Lucius Annaeus Seneca,
the elder
I

# ANNAEI SENECAE

# ORATORVM ET RHETORVM

## SENTENTIAE DIVISIONES COLORES

RECOGNOVIT

**ADOLPHVS KIESSLING**

E. KNITTEL
HELMSTEDT.

LIPSIAE,
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXXII.

PA
6659
A2
1872

19645
14/12/91

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI.

111

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

ILLVSTRI ICTORVM ORDINI

VRATISLAVIENSIVM

V. S. L. M.

EDITOR

# PRAEFATIO.

In recognoscendis Senecae patris libris usus sum subsidiis hisce:

I. codice Antverpiensi [**A**] bibliothecae municipalis nr. 411. est liber membranaceus saeculi decimi, qui foliis 124 continet Suasorias et Controuersiarum libros I, II, VII, VIIII et X. desunt propter foliorum mediorum quaternionis tertii iacturam ea quae in hac editione p. 54, 2—68, 11 leguntur; eidem casui tribuendum quod ex quaternione septimo p. 177, 19—186, 3, ex tertiodecimo p. 410, 21—416, 18 hodie desiderantur. liber caret inscriptione; quae enim in fronte Suasoriarum leguntur: *incipit lib̄* suasoriarum *lannei senece sentenciarū* manus recentior addidit. Contuli ipse codicem Senatus Hamburgensis auctoritate interposita Hamburgum liberaliter transmissum; praeterea usus sum collatione a Friderico Haasio, qui diu harum reliquiarum edendarum consilium agitauerat, accuratissime facta.

II. codice Bruxellensi [**B**] nr. 9581—9595, membr. saeculi decimi, qui foliis 80 eadem continet quae in Antverpiensi scripta erant; primum folium, a librario nisi fallor uacuum relictum, et paenultimum quo p. 507, 4—512, 10 legebantur perierunt. Huius quoque libri, quem primus adhibuerat Bursianus, habui collationem Haasianam, ex qua nonnullos quamuis perpaucos Bursianeae editionis errores corrigere potui.

Hi duo libri praestantissimi ex eodem codice [**C**] hodie deperdito descripti sunt, id quod ex summa eorum uel in leuissimis mendis conuenientia apparet. Uterque enim librarius religiosissime qua' potuit fide archetypi exemplum sequi eiusque scripturam reddere studuit. discrepantia igitur fere nulla, uel talis, quae ex librariorum socordia nasci soleat. ingrati enim laboris taedio superatum modo hunc modo illum lapsum esse quis est qui miretur? Haud raro accidit ut Bruxellensis libri scriba uoculas integras omistteret; saepe archetypi scripturam difficilem, quae correctoris limam ubique perpessa erat falso interpretatus est. at idem uel maxime cadit in Antverpiensis codicis librarium. Itaque neuter neutri praeferendus est, neutro carere possumus, ex utriusque demum accurata comparatione omnis Senecae emendatio repetenda est. Iniquius enim Bursiani de **A** iudicium, quod (*praef. p.* XII) bis interpolationis uestigia in Antverpiensi detexisse sibi uisus est. P. 469, 23 enim Antverpiensis scriptura 'eadem uia' (eadem uestigia **B**) ipsam Senecae manum reddit, et quod *p.* 418, 26 'in carcerem' pro 'in arcem' exhibet[1]) id ex eo interpolationis genere natum, in quod fere inuiti omnes incidere solemus, ut ubi animi intentio paullo remittitur aliud agentes similia similibus commutemus. neque eiusdem labis Bruxellensis liber prorsus immunis est.[2]) Addendus his duobus testibus locupletissimis est:

III liber Vaticanus [**V**] nr. 3872, membr. saeculi X, cuius notitiam — nam nec Bursiano nec

[1]) addere potuit alia uelut *p.* 299, 14 spei] in spe **A** in spei **B** 302, 13 scires] sciret si **A** scirets **B** 302, 22 ut probem] utro homine **A** utrobem me **B** 311, 18 sibi] suū **A** sibi **B** 316, 19 capto] capite **A** capte **B** [2]) *cf. p.* 294, 20 excusare malint quam] excusare malin quam **A** excusarem aliquam **B** 335, 16 obtendenda] obtenda **A** obtanda **B** 345, 25 et aliae] me talie **A** me talia **B** 401, 13 quoi] quot **A** quod **B** 406, 8 audiuntur] auditintur **A** audit intus **B**

mihi cum Vaticanos Senecae codices scrutaremur uetustissimi huius libri uidendi copia facta est — Studemundi debeo amicitiae. is enim praeter Graeca plurima suasoriam primam et ex controuersiis tertiam (I 3) et tricesimam quartam (X 5) contulit quaeque exscripserat mecum communicauit. de nonnullis locis Gardthausen tunc temporis Romae degens me certiorem fecit. Hic liber, quamuis arctissimo cognationis uinculo cum **AB** coniunctus, id quod ex summo in minimis rebus uelut in Graecis consensu adparet, tamen saepius uoces in **AB** omissas suppleuit, et multas leuiores corruptelas feliciter sanauit, ut aut a perdocto librario interpolatus aut ex alio eoque optimae notae codice correctus esse uideatur. Eum igitur futurus Senecae editor accuratius examinare et excutere debebit, quamquam uix satis magnum emolumentum ad uerba scriptoris rectius constituenda nasci inde posse persuasum habeo. quod ut confidentius contendam efficit alius codicis accuratior cognitio, uidelicet

IIII libri olim Toletani [**T**] siue Covarruviani nunc Bruxellensis nr. 2025, membr. saeculi XIII, quem Antonius Covarruvia Andreae Schotto utendum dederat, sicut ipse Schottus in fronte libri adnotauit (*cf. Burs. praef. p.* XIII). Hunc librum Hamburgum transmissum ipse contuli cum editione Bursiani, eiusque scripturam potiorem in adnotatione proposui. est autem ex ipso Vaticano uel ex eius apographo descriptus, id quod certo demonstrari potest. In Vaticano enim in quaternione duodecimo ita ordo turbatus est, ut posteriora quattuor folia quibus ea quae inde a *pag.* 213, 2 '*ad sterilitatem*' *sq.* scripta sunt, antecedant priora quae in uerba '*hinc omnes quaestiones*' *p.* 213, 1 desinunt. uerum ordinem restituit corrector qui in margine ad '*hinc omnes quaestiones*' adscripsit '*transi ad duodecimum quaternionem*'. Iam in Covarruviano legimus *hinc omnes quaestiones transi ad*

*duodecimum quaternionem ad sterilitatem eqs.* Idem accidit *p.* 300, 3, ubi Vaticani quaternio duodecimus finit uerbis '*inferos perferam licuisse*'. Is enim quaternio reuera decimus est, soluta uero fasciculorum compage sedem mutauit et in duodecimum locum delatus est. Quod ubi animaduertit corrector, pristinum ordinem restituit, ad marginem hac addita nota: '*reuertere ad decimum quaternionem*'. Hanc quoque notam Toletani librarius in apographum quod conficiebat transtulit, quamuis loco paullum mutato. Legimus enim in **T** '*mare reliquit reuertere ad decimum quaternionem Moriendum*' (*p.* 299, 25). Aliis quoque locis in **T** turbatum erat, antequam bibliopega fasciculos in ordinem redigeret, quas turbas hic enumerare nolo; unum addo easdem in Brugensi quoque codice [**S**] adparere, unde euincitur hunc ex Toletano esse descriptum.

Toletanus igitur liber ex Vaticano fluxit, ideoque minus aegre tuli quod plena ac iusta eius codicis collatione mihi carendum erat. Ipse uero **T** mendis scatebat, quae recentissimus saeculi XVI corrector (**Tb**) tollere sedulo conatus est. Has correcturas quibus innumeris fere locis ex coniectura genuina Senecae scriptura restituta est Schottus fere omnes in uerborum ordinem recepit; inde in uolgatam quam ferunt, i. e. Gronovianam editionem anni 1672 transiere. Atque ut tandem intellegatur quo fundamento Senecae lectio nitatur, eas in adnotatione mea adposui. quod autem priorem quoque Toletani scripturam [**Ta**], quamuis a correctore saepe cultro funditus deletam, tamen plerumque legere mihi contigit, id beneficio Brugensis codicis debetur, ex **T** sicut dixi antequam corrigeretur descripti.

V Hunc enim librum [**S**] olim Brugensem, nunc Bruxellensem nr. 9768, membr. saeculi XV, ipse in manibus habui. Primae Suasoriae initium (*p.* 1—5, 4 '*non esset*' bis scriptum, cum prior scriba paullo uetustior, quamuis et ipse saeculi XV, (falsa

enim sunt quae Bursianus hac de re *praef. p.* XIIII narrat) in graecis ubi primum occurrerunt haesisset, alter uero opus iterum adgressurus rursus ab initio inciperet. Duorum apographorum diuersitatem signis **S1** et **S2** distinxi. Brugensis libri in Senecae uerbis emendandis usus fere nullus, itaque eius discrepantiam plerumque omisi; Toletani scripturam pristinam elicienti non est neglegendus.

Hi sunt quibus usus sum Senecae codices. Praeter libros uero emendationem Senecae ex excerptis pendere, quae tum concinnata sunt cum ex decem controuersiarum libris quibus integrum constabat opus nondum quinque perierant hodie in confesso est. Atque excerptorum codicis optimi Montepessulani [**M**] nr. 126 saeculi X scriptura mihi aliunde nisi ex Bursiani adnotatione nota non erat; addidi in ea parte qua Montepessulanus liber hodie legi nequit scripturam Parisini [**P**] nr. 7836 saec. XIII [cf. Bursiani *praef. p.* XVIII]. Quod autem excerptorum libros suo quemque loco inserendo uolgarem ordinem quo sub fine totius operis delituerunt, deserui, non est cur multis defendam.

In lectione constituenda eam legem secutus sum ut inprimis **AB** auctoritati parerem; pauca praeter supplementa quaedam necessaria et iam dudum ab editoribus recepta ex **TV** fide dubia nouaui. in uerborum scribendorum ratione optimis **AB** obsecutus sum, ceterum de aequalitate scripturae minus sollicitus. non admisi autem ea quae ingruens barbaries inuexit monstra, uelut tertias uerborum in *-d* exeuntes, uel seculum, penitet, alia id genus. neque codicum auctoritatem secutus sum in scribendis *conditio, suspitio, diuissio, accusso, etc.* uocabulis; in his enim saeculi decimi codicum fides nulla. Itaque orthographicam quam uocant scripturae diuersitatem adnotare fere omisi, ne moles adnotationis uel sic iam praeter spem amplae incommode augeretur; nisi ubi talia ad codicum deprauationem, et uitiorum

genera ac gradus adcuratius cognoscenda aliquo usu fore uiderentur. Pigebat uero toties referre in nonnullis libris extare *gredatis*, *ioganti*, *adolescens* uel *adulescens*, *inquid*, et quae sunt eiusdem farinae scripturae quae legentibus molestiam magnam, nullam utilitatem allaturae erant. Neque in suasoriis omnem scripturae diuersitatem adposui, sed leuioris momenti menda codicum nonnulla, quae ad lectionem constituendam prorsus nihil conferre posse uiderentur, sciens omisi.

Verum multo minus codicum ope factum est, ut in hac recognitione Senecae libri multo quam antea commodius legi possint, siquidem iam Bursiani recensio plerisque in locis lectionem bonorum librorum fundamento stabilitam proposuit: longe maiore usu erant ea quibus nunc primus ad uerba rectius constituenda usus sum uirorum doctorum commenta. Ac primum quidem notas Nicolai Fabri et Ioannis Schultingii emendationes uere aureas diutius apud Gronovium delitescere nolui; hinc factum est ut permultis emendationibus, quas Bursianus, utpote Gronovianae editionis ignarus primus protulisse sibi uisus est, nunc suus auctor redderetur. Tum uti mihi licuit Friderici Haasii coniecturis, quas margini editionis Bipontinae alterius a. 1810 et Lipsiensis a Bursiano curatae adscripserat; ualde autem dolendum quod Haasii lima intra priorem harum reliquiarum partem substitit. Amicorum quoque prompta beneuolentia magnopere adiutus sum: Guilielmus Müller nuper Berolinensis nunc Vratislaviensis quaecumque adnotauerat mihi amice misit; itemque Otto Ribbeck meus taedium plagulas aliquot relegendi sustinuit. alia mecum communicarunt Herman Müller Berolinensis et Guilielmus Wagner collega olim Hamburgensis. At longe splendidissimum huic editioni accessit decus et ornamentum quod NICOLAVS MADVIG, uir mea laude superior, non solum litteris me de non-

nullorum locorum correctione commonefecit, uerum etiam qua est insignis humanitate, omnes mihi quas in Aduersariorum criticorum altero uolumine propositurus erat emendationes ultro transmisit. quibus quantopere in Senecae oratione castiganda adiutus sim quaeuis fere docet pagina aliquo praeclaro uiri docti commento conspicua. ac quoniam Madvigii schedae mihi allatae sunt cum typothetae iam in tertio huius editionis folio laborarent, quae ad priora duo folia spectant emendationes, eas in Addendis proponam. Restat ut his uiris omnibus quorum propensam in me uoluntatem expertus sum gratias agam quam maximas. In indice denique nominum Schotti laudabile exemplum secutus addidi quidquid de eis quos Seneca recenset rhetoribus aliunde mihi innotuit.

Diem die doceri, neque quidquam tam perfectum atque perpolitum esse quin aliqua ex parte corrigi et emendari queat, ut nemini ignotum est ita ego quoque nunc ipse expertus sum. Larga enim, dum haec folia diutius prelum exercent, subnata est coniecturarum seges, quarum spicilegium in his addendis proponam, adiunctis alienis quoque commentis, quae in ipsa adnotatione commemorare aut non potui aut oblitus sum.

Suasoriae primae praefigendus est, quem M. Sander (*quaestionum syntacticarum in Sen. rhet. Gryphisw.* 1872 *p.* 3) ex VII 7, 19 expiscatus est titulus '*deliberat Alexander an Oceanum nauiget, cum exaudita uox esset: quousque inuicte*'?

*p.* 3, 12 repone Marvlli sicut et p. 14, 17 et 25, 4.

p. 6, 16 uerba *Hic est Dellius cuius epistulae ad Cleopatram lasciuae feruntur* non ab ipso Seneca addita esse uidentur.

p. 8, 12 in librorum scriptura *descripsisset* fortasse *descripsit. Set* latet.

p. 9, 9 *quamuis incredibile sit* recte Sander *l. l. p.* 45.

p. 9, 14 an *ignoscamus* Mvsae, *qui?*

p. 9,26 *quis diem? quis aerem?* W. Wehle, Mus. rhen. XVIII 165.

p. 11,6 *potuisset enim* N. Madvig quoque commendauit.

p. 12,6 *O Lacedaemonii, ite aduersus barbaros. Non refero [referam?] opera uestra eqs.* N. Madvig.

p. 12,10 *licet intuentibus explicet inutilem* W. Müller, N. Madvig.

p. 12,14 an *remigium arctat inquietatione?*

p. 12,24 repone *set si.*

p. 13,8 'Videtur scribendum: *proximique deos indigetes agunt*' Madvig.

p. 14,4 in *furori* potius latere uidetur *cur⟨rum⟩ori.*

p. 14,5 *Vix uictoria* Madvig quoque emendauit, qui *l.* 13 ⟨*Ne*⟩ *ceteri quidem fugerunt* suadet.

p. 15,28 an *a bello inermem reuerti quam armatum a fuga?*

p. 16,4 *et sciet* Haase.

p. 17,8 *quisquam alius in iis suasoriis dixerit* N. Madvig.

p. 19,1 an: *non sanam refero memoria ullam sententiam Graeci cuiusquam. cf. p.* 22,19; 23,12; nisi forte praestat: *non sane refero memoria ⟨dignam⟩ ullam eqs.*

p. 19,21 *Lesbocles scholam soluit, neque umquam amplius ⟨declamauit; maiore⟩ animo se gessit Potamon;* N. Madvig.

p. 20,10 *uulnera pressit* N. Madvig.

p. 21,15 'Videtur scribendum: *referam ⟨e⟩ Victoris Statorii municipis mei fabulis memoria dignissimis. Aliquis huius suasoriae occasione*'. N. Madvig. ceterum quod ego proposui iam a Vahleno occupatum uideo (Mus. rhen. XVII *p.* 548).

p. 22,6 *ut unus uersus surripi non posset* N. Madvig, W. Müller.

p. 25,11 an *etiamsi aliter nauigari non posset?*

p. 26,20 '*cur iste inter⟨pres et⟩ eius ministerium placuit? cur hoc os deus elegit? cur hoc sortitur potissimum pectus?* N. Madvig.

p. 27,22 *in simili huius tractatione.* Vahlen *l. l.*

p. 31,22 nunc me paenitet quod coniecturam fallacem *de te posui* certissimae Schultingii emendationi: *ideo posui* praetuli.

p. 35,4 emendationis '*uictoris*' W. Müller auctor est.

p. 36,21 *nec idem uirtutis eqs.* Madvig.

p. 36,24 *in omnia te saecula seruatum dabit* N. Madvig.

p. 68,4 *ultimorum* ex *alimentorum* repetitum esse uidetur.
p. 68,7 l. *quid facturus es?*
p. 68,22 an *faciam, quod uoltus quoque u. h.*?
p. 69,19 fortasse *Misericors sum, non uitio patrum: ⟨o⟩ si naturam mutare potuissem?*
p. 70,22 lege: '*at nisi impetrauero ut boni fratres sint, ⟨non⟩ impetrabo ne mali patres sint.*
p. 73,22 'fortasse praestat: *ille alimenta audebit rogare*' W. Müller, cui item in mentem uenit post *rogare immo* intercidisse, et *p.* 77,23 *huic* esse supplendum.
p. 77,8 lege: *an patiemini.*
p. 79,15 an: *ad te arbitrum discordiam nostram non mittimus?*
p. 91,16 lege: *et per hoc illi inlaesam pudicitiam efferre contigit.* ceterum haec uerba post *adtulerat* (*l.* 19) transponenda esse censet W. Müller.
p. 109,27 an ⟨*atqui*⟩ *quid interest?*
p. 115,21 *suas illa amet* W. Müller.
p. 115,27 an: *quo, quaeso infelix?*
p. 118,5 *per patrem quodque iusiurandum* Sander l. l. p. 30.
p. 121,2 fortasse praestat: *at certe parum est.*
p. 129,21 *se praeclarum colorem* W. Müller.
p. 137,16 *amplius pugnauit quam necesse fuit* Sander l. l. p. 21.
p. 151,16 an: *Tam uidelicet conpositus . . . animus?*
p. 159,1 sqq. uerbas corruptissimas fortasse subest imitatio Salustii apud Charisium (p. 195 K.): *non tu seis siquas aedes ignis cept acriter, haud faciles sunt defensu, quin conburantur proxumae?*
p. 167,3 in corruptis uocabulis *non leget* fortasse nihil aliud latet nisi *neget.*
p. 183,12 codicum scriptura: *non est fortunae meae rogari; nunc ego rogare debueram* utique reponenda est.
p. 187,2 lege *uitae mortisque.*
p. 194,13 *antequam moriatur* Sander l. l. p. 20.
p. 199,8 lege *non quaeram extra exemplar sani hominis.*
p. 204,10 Studemund proponit: *ecquid dolui quae peperi;* fortasse scribendum *ecquid tam dolui.*
p. 205,5 *tortam* ⟨*et*⟩ *occupatum* W. Müller.
p. 206,10 *exhausta* W. Müller qui *l* 11 coniecit *ac silentio.*

p. 213,23 *L. Vinicius pater*, Nipperdey ad Tacit. Ann. III 11.
p. 228,23 *nulla* Bursian quoque scripsit
p. 245,26 supplementa Bursiani sunt.
p. 259,25 lege *alioqui*.
p. 312,4 an: *ad patris narrationem eleganter transiit?*
p. 315,8 an: *quom uiuos negarit?*
p. 333,26 *cum insidias uererentur* Sander l. l. p. 22.
p. 350,17 codicum scriptura Accavs restituenda erat.
p. 391,14 *itaque ut ex umbroso* Sander l. l. p. 27.
p. 394,26 an: *siquis . . . misericors est, nunc occasionem misericordiae inuenit?*
p. 402,28 an *scortum auidum, set?*
p. 413,7 *grauis indiciua est* M. Haupt Herm. III p. 344.
p. 463,15 an: *a Gallione nostro?*

In indice significandum erat Clodium Sabinum fortasse eundem esse atque Sex. ille Clodius, magister Antonii, salsus homo (*Cic. Phil.* II 17,42.43) et 'Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor' (*Suet. de rhet.* 5) cuius uita extat apud Suetonium. Itemque addendum Dioclis Carystii epigramma legi in Anth. Palat. VII 393 et Argentarium rhetorem Graecum posse esse Marcum Argentarium cuius epigrammata multa in Anthologiam recepta sunt.

In adnotatione haec addenda repperi: p. 8,20 ΛΠΟϹΠΛΤϾ **B** p. 11,15 ΜΑΚϾΔΟΜϾΓΑΡ **B** p. 13,25 inmutauit **B** *man. recentior* p. 14,17 marylli **C** p. 21,26 ec **B** p. 22,7 aut nunc **A** p. 25,4 marilli **O** p. 39,29 uellit **B** p. 43,16 sint p. **T** p. 70,19 alii *Haase*, *Madvig* p. 123,3 Marilli **O** p. 409,14 quondam **T**.

# CORRIGENDA

*in scriptoris uerbis haec typothetarum peccata praeteruideram:* p. 8, 10 *lege:* φορᾶς ⟨εἰς⟩ ἀ. p. 17, 20 *l.* [deonidam, quod p. 17,21 *l.* esse, p. 18,17 *l.* soloecismum, quod p. 23,9 *l.* expectemus, si p. 25,18 *l.* uentorum; deorum p. 32,24 *l.* deinde: non p. 32,26 *l.* nouissime: ut p. 87,7 *l.* uenditori; ⟨sic p. 87,21 *l.* inquit; cum p. 91,13 *l.* saeculi p. 95,5 *l.* rogo te hoc p. 96,9 *l.* uideatur? p. 111,6 *l.* nubet? p. 151,9 *l.* saeculi p. 161,16 *l.* saeculis p. 162,6 *l.* saeculi p. 174,19 *l.* est' p. 174,20 *l.* numeraris. Marvlli p. 199,25 *l.* paenitentiam p. 200,1 *l.* recipiet' p. 206,16 *l.* saeculi p. 210,5 *l.* defensus damnatus p. 302,7 *l.* dimisit. etiam p. 320,2 *l.* Antoni.

*in adnotatione hos errores deprehendi:* p. 9,25—27 *l.* quis mihi ... signa p. 10, 17 *l.* nisu Scaliger p. 11,15 *l.* ... et corruptis **B** (*non* **C**) p. 22,96 notate **Tmg** p. 26,4 *l.* lumi **Ta** ‖ 5 pari **C** p. 26,9 *l.* *prius* et *om.* **A** p. 30,13 te illum **C** p. 32,8 *l.* colliendum deo **B** p. 40,26 *l.* quō **STa** p. 46 *l.* 29 nisi esse **C** p. 48,21 *l.* quod **O**, quoque *ed. Bip.* p. 52,27 *l.* annis **ABa** p. 55. *l.* quid *W. Müller* ‖ 25 inimico **B**. p. 69 *l.* 19 muto **O** ‖ 20 natura p. 73,22 *l.* rogare? immo p. 75, l. 5 quaedam iniuria **CSTa** quaedam iura **TbE** p. 77,24 *l.* non *deleui* p. 79,14 *l.* tunc **C**, tu nunc **T** p. 79,27 *dele asteriscum* p. 81,11 *l.* occidi *uolgo* p. 85, *l.* 23 cuiquam ⟨cumea⟩ *Madvig* p. 106 l. 22 occide **O** p. 113 l. 7 fili **C** ... ‖ 8 dixi **B** p. 114,15 *l.* uolueris *uolgo* p. 115 *l.* 11 haerem **C** p. 116,29 *l.* hanc **B** p. 126,22 *l.* aduersari **C** p. 129,2 *l.* ... *corr. H. Müller* p. 130 *dele* 4 *et transpone in proximam sedem* p. 138, 18 *post* ποιεῖν *Haase* ‖ *insere* 19. p. 138,19 *l.* ΝΗΓΙΟΥ [ΝΗϹΙΟΥ **V**] ΛΕΤΜΟϹ **O** p. 155,9 *l.* miratur ? ‖ neme **C** nemo **T**, nempe *Haase* p. 166,3 *l.* ⟨at⟩ diuiti ? p. 175 *l.* 16 quid

**C** p. 183, 15 *l.* tuos ñ ignoro numero **Ba** p. 186 *l.* 24 pereclitante **CTa** p. 193 *l.* 9 ΦⲖⲢЄⲒⲤⲖ *eqs.* p. 196, 26. 27 *l.* frater donauit plus quam p. 197 *dele* 3 *ante* mimice p. 202 *l.* 19, 20 est et *eqs.* p. 206, 24 *l.* modo uota **O** p. 207 *l.* 17 expectasset **O** p. 208 *l.* 17 haec **O** p. 214 *l.* 19 cū **O** p. 219 *l.* 11 emendauerat **C** *ibid. l.* 14, 15 simulas **C** p. 221, 19 *l.* ut aliter quis quam per *Schult.* p. 228 *l.* 23, 28 erat illic atque **C** p. 242, 5 *l.* *alterum* in p. 242, 20 *l.* *an* id eo numquam ? p. 297 *l.* 10 si *om.* **M** p. 297, 13 *l.* illo **O** illa de *Schult.* p. 302, 7 *l.* . . . *post.* patrem *u.* 14 *leguntur* p. 315, 2 *dele* 2 *ante* eului **C** p. 318, 9 *l.* accausari **B** p. 319, 30 *l.* *deleui* p. 320, 10 *l.* ꝑde *ibid. l.* 19 propillio **C** p. 357. 5 *ante* filium *adde* ‖ p. 364, 21 *dele* qui p. 393, 23 *l.* patiar **Tmg**.

---

**A** *cod. Antverpiensis.*
**B** *cod. Bruxellensis.*
**C** *consensus codd. A B.*
**E** *excerpta.*
**M** *excerptorum cod. Montepessulanus*
**P** *excerptorum cod. Parisinus* 7836.
**S** *cod. Brugensis.*
**I** *cod. Toletanus sine Covarruvianus.*
**V** *cod. Vaticanus* 3872.
**O** *omnes libri collati.*
⟨ ⟩ *inclusi quae praeter codicum uel omnium uel optimorum fidem addita sunt.*
[ ] *notaui quae delenda sunt.*
* *significaui quae ipse nouaui.*

# ⟨ANNAEI SENECAE ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE DIVISIONES COLORES SVASORIARVM.⟩

## ⟨SVASORIA I.⟩

..... sinunt. Cuicumque rei magnitudinem natura 1 dederat, dedit et modum: nihil infinitum est nisi Oceanus. Aiunt fertiles in Oceano iacere terras, ultraque Oceanum rursus alia litora, alium nasci orbem, nec usquam rerum naturam desinere, sed semper inde ubi desisse uideatur nouam exsurgere. facile ista finguntur, quia Oceanus nauigari non potest. Satis sit hactenus Alexandro uicisse qua mundo lucere satis est. Intra has terras caelum Hercules meruit. Stat immotum mare, et quasi deficientis in suo fine naturae pigra moles: nouae ac terribiles figurae, magna etiam Oceano portenta, quae profunda ista uastitas nutrit, confusa lux alta caligine et interceptus tenebris dies, ipsum uero graue et defixum mare et aut nulla aut ignota sidera. Ita est, Ale-

5 sinunt **CV** finitā **S1.2T** || cuicumque **Ta** cuique **S1.2Tb** cuiuscumque **CV** || 7 aiut **CVa** aiut' **Vb S1** auctus **S2Ta** auitus **Tb**, aiunt *Bursian* || cerras **A** cerrais **B** || utraque **C** || 8 oceanus **CV** || 9 desinire **A** || semper indesisse **A** || 10 * noua **O** || facilis est a **C**, facilius ista *Bursian* || 12 lugere **CS1.2TaV** || 14 statim mortum **S1.2Ta** || e quasi **CS1.2TaV** || deficieritis **CV** deficentis **Ta** || 15 pigrā mores **A** || fugirae **Ba** || 17 mittit **S1** offusa? || 19 alut ignota **S1T** auctignota **S2** || siderata est **C**

xander, rerum natura: post omnia Oceanus, post
2 Oceanum nihil. Argentari. Resiste, orbis te tuus
reuocat: uicimus qua licet. nihil tantum est, quod
ego Alexandri periculo petam. Pompei Silonis. Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi opera
desset: idem sunt termini et ‖ regni tui et mundi.
Osci. Tempus est Alexandrum cum orbe et cum sole
desinere. Quod noueram uici: nunc concupisco quod
nescio. Quae tam ferae gentes fuerunt, quae non
Alexandrum posito genu adorarint? qui tam horridi
montes, quorum non iuga uictor miles calcauerit?
Ultra Liberi patris tropaea constitimus. Non quaerimus orbem, sed amittimus. Inmensum et humanae
intemptatum experientiae pelagus, totius orbis uinculum terrarumque custodia, inagitata remigio uastitas, litora modo saeuiente fluctu inquieta, modo
fugiente deserta: tetra caligo fluctus premit, et nescio qui quod humanis natura subduxit oculis aeterna
nox obruit. Mvsae. Foeda beluarum magnitudo et
inmobile profundum testantur, Alexander, nihil ultra
3 esse quod uincas: reuertere. Albvci Sili. Terrae
quoque suum finem habent, et ipsius mundi aliquis
occasus est; nihil infinitum est: modum magnitudini

1 nature **A** ‖ *uerba* oceanus (oceanum **Va**) post *om.* **C** ‖ 2 occeanus **S1.2a Ta** ‖ Argentari *ut passim rhetorum nomina om.* **S1.2** ‖ tectuus **C** ‖ 3 qui **CS1.2TaV** ‖ lucet **BS1.2TaV** licet **A**, qua ille lucet *O. Ribbeck* ‖ tantum **B** tatum **A** tutum **S1.2TV**, tanti *W. Müller* ‖ 5. 6 * opere adesse **CS1.2TV** operae finis adesset **Tmg** ‖ 6 terminis **C** terminii **S2** ‖ 7 Oscii **CTV** ‖ sote **S1a.2aTa** ‖ 8 desiiere **B** ‖ noueratti **A** ‖ uicinum **CS1.2TaV** uici nunc **Tb**. uici, non *Schott* ‖ 9 quod tam **S1.2Ta** ‖ ferre **A** ‖ 10 adorarent **C**, *corr. W. Müller* ‖ 11 pugali ictor **C** ‖ calcauerint **C** ‖ 12 trophea **CV** ‖ 13 amittibmus **S1T** ‖ inmensum est et *Schult.* ‖ 15 custodià **V** ‖ inagittata **B** ‖ remissio **O**, *corr. N. Faber* ‖ 16 seniente **S1** ‖ 17 terra **S1** ‖ remittet **O**, premit et *Haase* ‖ 18 qui quod **Ta** quin quod **CS1.2V** quid **Tb** ‖ eterra **CS1.2TaV** etterra **Tb**, *corr. Schott* ‖ 19 Musae *om.* **S1.2T** (*sed habet* **Tmg**) ‖ fede **S1.2Ta** ‖ 20 testatus es **O** ‖ 21 Silii **CTV** ‖ 22 quodque sum **Ba** ‖ 23 est *om.* **S1.2a** ‖ est *om.* **S1.2** ‖ magnitudine **BS1.2TV** in magnitudine **B** *m. rec.*

facere debes, quoniam fortuna non facit. magni pectoris est inter secunda moderatio. Eundem fortuna uictoriae tuae quem naturae finem facit: imperium tuum cludit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est! Alexander orbi magnus est, Alexandro orbis angustus est. Aliquis etiam magnitudini modus est: non procedit ultra spatia sua caelum, maria intra terminos suos agitantur. Quidquid ad summum peruenit, incremento non reliquit locum. non magis quidquam ultra Alexandrum nouimus, quam ultra Oceanum. Marilli. Maria sequimur, terras cui tradimus? Orbem quem non noui quaero, quem uici relinquo. Fabiani. Quid? ista toto pelago infusa 4 caligo nauigantem tibi uidetur admittere, quae prospicientem quoque excludit? Non haec India est, nec ferarum terribilis ille conuentus. inmanes propone beluas, aspice quibus procellis fluctibusque saeuiat, quas ad litora undas agat. tantus uentorum concursus, tanta conuulsi funditus maris insania est; nulla praesens nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum: rudis et inperfecta natura penitus recessit. Ista maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum. Illi qui etiam siderum collegerunt metas et annuas hiemis atque aestatis

1 quo̅ S1.2V q̅m̅ ABa quem B *m. rec.* q̅n̅ Tb ‖ 2 moderatio *om.* A ‖ 3 natura et CVa natura S1.2TVb, *corr. Burs.* ‖ in imperium A ‖ 4 tum Ba tam̃ A ‖ 5 natura A ‖ 5. 6 *uerba* Alexander orbi ... angustus est *om.* A ‖ 7 in magnitudini A ‖ 8 spacie A ‖ inter A ‖ 10 incrementum A *m. pr.* ‖ 12 Mirilli A ‖ 13 quere A ‖ 14 quista C quae ista S1.2TV, *corr. Schult.* ‖ 15 ubi O ‖ nidentur A ‖ a^d^mitere S1T admittere S2 ‖ quae *del.* S2b ‖ 16 exaudit S1 ‖ 17 ferat̃ S1 ‖ ⟨gentium⟩ conuentus *Schult.* ‖ 19 fluctibusq; sibiad C ‖ Cantus S1.2a ‖ 20 connussi S1 ‖ 21 praesenti A *sed corr. m. ant.* B, in praesenti *Burs.* ‖ 22 rudis sed C ‖ 25 naturęa A ‖ circumfodit S1.2T ‖ iam O etiam *O. Ribbeck* ‖ 26 metus Ba motus Bb, meatus *O. Ribbeck.*

uices ad certam legem redegerunt, quibus nulla pars ignota mundi est, de Oceano tamen dubitant utrumne terras uelut uinculum circumfluat, an in suum colligatur orbem et in hos per quos nauigatur sinus quasi spiramenta quaedam magnitudinis exaestuet; ignem post se (cuius augmentum ipse sit) habeat, an spiritum. Quid agitis, conmilitones? domitoremne generis humani, magnum Alexandrum, eo dimittitis quod adhuc quid sit disputatur? Memento Alexander: matrem in orbe uicto adhuc magis quam pacato relinquis.

5 Divisio. Aiebat Cestivs hoc genus suasoriarum aliter declamandum esse quam suadendum. Non eodem modo in libera ciuitate dicendam sententiam quo apud reges, quibus etiam quae prosunt ita tamen ut delectent suadenda sunt. Et inter reges ipsos esse discrimen: quosdam minus aut magis osos ueritatem; facile Alexandrum exisse quos superbissimos et supra mortalis animi modum inflatos accepimus. Denique ut alia dimittantur argumenta, ipsa suasoria insolentiam eius coarguit; orbis illum suus non capit: itaque nihil dicendum aiebat, nisi cum summa ueneratione regis, ne accideret idem quod praeceptori eius amitino Aristotelis accidit, quem

1 acceptam legem **A** ‖ regederunt **S1** ‖ 3 uel uinculum **C** ‖ circumpluat **S1.2 T V** pluat **C**, cludat *Burs.* ‖ in sua **A** in suam **B S1.2 Ta V** ‖ colligatus **S1.2 T V** ‖ 4 in os **C**, *an* illos? ‖ nauigatus inus **B** ‖ 5 spiramento **A** ‖ 6 posse **C S1.2 Ta V** poſt se **Tmg** ‖ 7 domitoremque **C V** dominatoremque **S1.2 T**, *corr. M. Haupt* regem domitoremque *Haase* ‖ 8 dimittis **A** ‖ 10 matrem nomine **A**, Martem *O. Ribbeck* ‖ cato **Aa B V** chato **Ab** catho **S1.2 Ta**, tuto *c. Burs.* ‖ 11 relinqui *Gron.* ‖ 12 agebat **A** ‖ cercius **A** ‖ 13 esset **O**, quam esset s. *Haase* esse quam sententiam *Gron.* ‖ 17. 18 usus ueritatem **S1.2 T Vb** usueritatem **C Va**, *corr. Schott* ‖ 18 * faciti **B** facti **A S1.2. T V**, fastu *Burs.* factis *O. Ribbeck* ‖ ex iis esse *Haase* ‖ quosdam **S1.2 T V** ‖ 19 inlatos **C** elatos **S1.2 T V**, *corr. Burs.* ‖ acerrimus **C S1.2 Ta V** cernimus **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 20 dimitantur **B** ‖ 21 et orbis **S1.2 T** ‖ 22 caput **Aa B** ‖ 23 sua **C S1.2 Ta V** ‖ accederet **S1.2 T** ‖ 24 autem aristotelis **C** aristotelis **Va** aristoteli **Vb** aristotili **S1.2 T** l' Ca-

occidit propter intempestiue liberos sales: nam cum ⟨deum⟩ se uellet uideri, et uulneratus esset, uiso sanguine eius philosophus mirari se dixerat, quod non esset ἰχὼρ οἷός πέρ τε ‖ ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν. [Hom. E 340] Ille se ab hac urbanitate lancea uindicauit. Eleganter in C. Cassi epistola quadam ad M. Ciceronem missa positum: [Cic. ad fam. XV 19] multum iocatur de stultitia Cn. Pompei adulescentis, qui in Hispania contraxit exercitum et ad Mundam acie uictus est; deinde ait: 'nos quidem illum deridemus, sed timeo ne ille nos gladio ἀντιμυκτηρίσῃ'. In omnibus regibus haec urbanitas extimescenda est. Aiebat itaque apud 6 Alexandrum esse dicendam sententiam ut multa adulatione animus eius permulceretur, seruandum tamen aliquem modum, ne conrueret ratio et accideret tale aliquid quale accidit Atheniensibus, cum publicae eorum blanditiae non tantum deprehensae set castigatae sunt. Nam cum Antonius uellet se Liberum patrem dici et hoc nomen statuis subscribi iuberet, habitu quoque et comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt uenienti ei Athenienses cum coniugibus et liberis et Διόνυσον salutauerunt. Belle illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset; ⟨set⟩ dixerunt despondere ipsos in matrimonium illi Mineruam suam et rogauerunt ut duceret. Antonius

listenis **Tmg**, *corr. Burs.* ‖ 1 intempestiuos **O**, *corr. Haase* ‖ libros **S1.2T** ‖ 2 deum *om.* **CS1.2TaV** se deum **Tb** ‖ uisio **B** ‖ 3 philosophos **C** ‖ 4 ΕΙΧΩΡ **O** ‖ ΠΡΟΤΕΡΙ **STV** ΠΡΡΤΕΡΙ **C** ‖ ΜΑCΑΡΕCCΙ **O** ‖ 5 eliganter **ST** ‖ 6 casti **CSTaV** ‖ ad in Cic. **A** ‖ 7 iogatur **C** ‖ 8 adhalescentes **C** adolescentis **S** ‖ 11 ΑΝΤΙΜΥΚΙΝΓΙCΗ (—ΓΙCΝ **B**) **O** ‖ 12 agebat **A** ‖ ita quidem *Burs.* ‖ 13 adolectione **Aa** ‖ 15 * ne non ueneratio et **B** ne non uerie (?) ratio et **A** ne non **STV** ne non ueneratio ⟨uideretur sed irrisio⟩ *Haase* ne non conueniret ratio *O. Ribbeck* ‖ 18 castis a te **ABa** et cassate **STaV** ‖ cum *om.* **Aa** ‖ 19 stacius **STa** ‖ 20 ⟨et⟩ habitu? ‖ imittaretur **ST** ‖ 22 ac liberis **STVa** ‖ ΔΙΟΝΥCΟΝ **ASV** ‖ bene **STV** ‖ 23 cessarat **B** ‖ sibi **CSTaV** ‖ substituisset **Va** ‖ set *add. O. Iahn* ‖ 25 musam **ST** usam **CV**, suam *Lipsius* Hygiam *Burs.* musicam *I. Grotius* urbicam *O. Ribbeck* ‖ rogauimus **CSTaV**

ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tum ex Graeculis quidam ait: *κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχεν.* Huic quidem inpune fuit, sed Atheniensium sponsalia mille talentis aestimata sunt. quae cum exigerentur, conplures contumeliosi libelli proponebantur, quidam etiam ipsi Antonio tradebantur: sicut ille qui subscriptus statuae eius fuit, cum eodem tempore et Octauiam uxorem haberet et Cleopatram: *Ὀκταουία καὶ Ἀθηνᾶ Ἀντωνίῳ·* res tuas tibi habe.

7 Bellissimam tamen rem DELLIVS dixit, quem Messala Coruinus desultorem bellorum ciuilium uocat, quia ‖ ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset: a Cassio deinde transiit ad Antonium, nouissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. Hic est Dellius cuius epistulae ad Cleopatram lasciuae feruntur. Cum Athenienses tempus peterent ad pecuniam conferendam nec exorarent, Dellius ait: et tamen dicito illos tibi annua, bienni, trienni die debere. Longius me fabellarum dulcedo produxit: itaque ad propositum

8 reuertar. Aiebat CESTIVS magnis cum laudibus Alexandri hanc suasoriam esse dicendam, quam sic diuisit, ut primum diceret, etiamsi nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse; satis gloriae quaesitum; regenda esse et disponenda quae in transitu uicisset; consulendum militi tot eius uictoriis lasso;

2 κυριc **O** ‖ 3 τιιν **O** ‖ ααηιєρα **TV** ‖ coy **A** coycєpacoy **BSTV** ‖ ατιpoιron **CV** ατιpoypon **ST** ‖ 4 fuit an sed **C** ‖ Atheniensibus *Schult.* ‖ spemsalia **B** ‖ 5 exierentur **B** ‖ 7 tradebatur **C** ‖ 10 hoc tua uita **O** ‖ καιδθηνα **STV** καιδθννα **A** ‖ ανтωνєω restituas **CSTaV**, *corr.* **Tb** ‖ tibi abe **O** ‖ 11 tñ **CSTa** tū **Tb** deillius **O**, *corr. Ruhnken ad Vell.* II 84 ‖ quem esse sala **C** 12 loca **A** ‖ 13 transiturum **CSTaV** ‖ 14 tibi **CSTaV** ‖ accidisset **A** ‖ cassiu **B** 15 transit **O** ‖ 16 deillius **O** ‖ 17 lasciuie **CV** trāsferunturlasciuie **STa** ‖ 18 paterent **B** ‖ 19 deillius **O** ‖ digito **ASTaV** digita **B** ‖ 20 adnua **O** ‖ bima trima *Schott* ‖ diem **STV** ‖ mei **B** ‖ 22 agebat **A** ‖ alexandria **C** alexandro **STV** ‖ 23 hac **CSaTaV** ‖ dicenda **A** ‖ 27 uicisse **CSaTaV** ‖ totius **O**, *corr. Haase, M. Haupt*, totius orbis **Tb** ‖ uictoris **CSTaV**

de matre illi cogitandum: et alias causas complures
subiecit. Deinde illam quaestionem subiecit, ne
nauigari quidem Oceanum posse. FABIANVS philo- 9
sophus primam fecit quaestionem eandem: etiam si
nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse. At
rationem aliam primam fecit: modum inponendum
esse rebus secundis. hic dixit sententiam: illa de-
mum est magna felicitas, quae arbitrio suo constitit.
Dixit deinde locum (de uarietate fortunae), et cum
descripsisset nihil esse stabile, omnia fluitare, et in-
certis motibus modo adtolli, modo deprimi, absor-
beri terras et maria siccari, montes subsidere, deinde
exempla regum (e fastigio suo) deuolutorum, adiecit:
sine potius rerum naturam quam fortunam tuam
deficere. Secundam quoque quaestionem aliter tra- 10
ctauit: diuisit enim illam sic, ut primum negaret
ullas in Oceano aut trans Oceanum esse terras ha-
bitabiles. Deinde si essent, perueniri tamen ad illas
non posse; hic difficultatem nauigationis, ignoti
maris naturam non patientem nauigationis. Nouis-
sime, ut posset perueniri, tanti || tamen non esse. Hic
dixit incerta peti, certa deseri; descituras gentes, si
(Alexandrum rerum naturae terminos supergressum)
enotuisset; hic matrem, de qua dixit: quomodo illa
trepidauit, etiam quom Granicum transiturus esses.
GLYCONIS celebris sententia est: *τοῦτο οὐκ ἔστι Σι-* 11
*μόεις οὐδὲ Γράνικος· τοῦτο εἰ μή τι κακὸν ἦν,
οὐκ ἂν νέατον ἔκειτο.* Hoc omnes imitari uolue-

5 ad **CS** || 7 sententia **C** || 8 et magna **O** || arbrio **A** || 9 de uarietate **STVb** de liarietate **Va** doliariaetate **B** dolirietate **A** || 11 acsorberi **C** || 13 exemplo **CSTaV** || rerum **O**, *corr. Hause* || et **CSaTaV**, e **Tb** a **Sb** || uastigio **A** || deuolutarum **STV** || 17 illas **A** || in oceanum **C** || 19 nauigationis *del. Höfig.* || 21 non *om.* **S** || 22 describescituras **CSTaV** || centes **C** || 23 naturam **CSTaV** || 24 enotauisset **CTV** enotauisse **S** innotuisset *Schult.*, *corr. Burs.* || 25 trepidauerit *Schult.* || quod **O**, *corr. W. Müller* || esset **O**, *corr. W. Müller* || Granicii **A** || 26 liconis **STV** || scelebris **A** || ΤΟΦΥΤΟΟΚ **CV** ΤΟΘΥΤΟΟΚ **ST** || 27 ΟΥΔΕ **ST** ΟΥΛΕ **CV** ΓΡΑΝΕΙΗΟC **O** || ΚΑΚΟΝΙΙΝ **O** || 28 ΟΥΚCΑΝΝ (Η **V**) CΑΤΟΝ ΗΚΕΙΤΟ **O**, *corr. Burs.*

runt. PLVTION dixit: *καὶ διὰ τοῦτο μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μὲν μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ οὐθέν.* ARTEMON dixit: *βουλευτέον εἰ δεῖ ἄρα περαιοῦσθαι. οὐ ταῖς Ἑλλησποντίαις ᾐόσιν ἐφεστῶτες, οὐδ' ἐπὶ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει τὴν ἐμπρόθεσμον καραδοκοῦμεν ἄμπωσιν· οὐδὲ Εὐφράτης τοῦτ' ἐστιν, οὐδὲ Ἰνδός, ἀλλ' εἴτε γῆς τέρμα, εἴτε φύσεως ὅρος, εἴτε πρεσβύτατον στοιχεῖον, εἴτε γένεσις θεῶν, ἱερώτερόν ἐστιν (ἢ κατὰ ναῦς) ὕδωρ.* APATVRIVS dixit: *ἐντεῦθεν ἡ ναῦς ἐκ μιᾶς φορᾶς εἰς ἀνατολάς, ἔνθα δὲ εἰς τὰς ἀοράτους δύσεις.* CESTIVS descripsit: sic fremit Oceanus, quasi indignetur, quod terras re-
12 linquas. Corruptissimam rem omnium quae umquam dictae sunt ex quo homines diserti insanire coeperunt, putabant Dorionis esse in metaphrasi dictam Homeri, cum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit.... Haec quomodo (ex corruptis) eo perueniant, ut et magna et tamen sana sint, aiebat Maecenas apud Vergilium intellegi posse. Tumidum est: *ὄρεος ὄρος ἀποσπᾶται.* Vergilius quid ait? rapit

1 ΚΑΙΛΙΑ **CV** ‖ 2 ΛΟΤΟ **CV** ΑΟΤΟ **T** ‖ ΛΜΙΝ **B** ΑΥΙΝ **ATV** ‖ ΗΕΤΑ **BTV** ΝΕΤΑ **A** ‖ ΜΑΝΤΑΛΕΛΥΤΟΟΥΟΝΝ **CV** ΜΝΤΑΑΕΑΥΤΟΟΥΟΝΗ **T** | 3 ΒΟΥΛΕΤΟΝΕΟΔΕΙ **O** ‖ ΛΡΝ **C** ΑΡΗ **TV** ‖ ΤΙΝΡΛΙΟΥCΙΘΛΙ (—ΕΛΙ **A**) **CV** ΤΥΝΡΑΙΟΥCΥΘΑΙ **T** ‖ 4 ΟΥCΛΥC ΕΜΗ(ΕΜΝ **C**)SΙΤΟΝΤΙΑΙC **O** | ΗΟCCΙΝ **B** ΗΟCΥΝ **T** ‖ ΕΦΕCΤΩΤΕΟ **O** ‖ ΟΥΛ **CV** ΟΙΑ **T** ‖ 5 ΤΟΓΙΑΝΦΤΛΙΟΙ (—ΦΙΑΙΟΙ **T**) **O** | ΤΕΛΛΤΙ **O**, *nisi quod* ΑΑ **T** | ΕΝΡΟΤΕC(—ΤΕΚ **B**) ΜΟΝ **O** ‖ ΚΑΕΛΛΟΚΟΥΜΕΝ **B** ‖ 6 ΑΝΤΙΟΖΙΝ **O** ‖ CΙΦΡΛΤΕC **O** ‖ ΤΟΤΤΕCΤΙΝ **C** ΤΟΙΤΕCΤΙΝ **TV** ‖ 7 ΙΝΛΟC **O** ‖ ΛΜΕΤΕΤΗC **CV** ΑΜΕΓΕΤΗC **T** ‖ ΤΝΡΝ **C** ΤΗΡΝ **TV** *τέρμα O. Iahn.* ‖ ΦΥCΕΟC **AV** ΦΥCΘΟC **B** ΦΙCΕΟC **T** ‖ 8 ΙΤΡΛΕCΒΥ(Ι **T**)ΤΑΝ CΤΙΧΙΟΝ ΙΤΕ **O** ‖ Τ(Ι **T**)ΕΝΕCCΕC **O** ‖ ΘΕΩΡ **BTV** ΕΕΩΡ**A** ‖ ΙΕΡΟΤΟΝ **O** ‖ 9 ΝΛΥΕ **B** ΝΑΙC **TV** ‖ *u.* 3 *emend. Haase, reliqua plerumque manus docta in* **T** ‖ 10 ΕΝΑΥΕΤ ΜΤΑC (—ΜΙΑC **TV**) **O** ‖ *ἔνθα*] ΛΕΝΤΑ **O** ‖ 11 ΛΟΡΛΤΟCΑΥ (—ΟΥ **TV**). Sic **O** ‖ testus **CTaV** ‖ descripsisset **TV** describisset **B** describsisset **A** ‖ 12 fremito **AaB** fremitu **STaV** ‖ quas **C** ‖ relinquat **CTaV** ‖ 15 orionis **T** aorionis **AV** dorionis **B** ‖ metapharasi **O** ‖ dicta momert **A** ‖ met. Odysseae Homeri *Gron.* | tum **BTV** ‖ 16 excecatos **CTaV** ‖ cyclopos **O** ‖ iecit *uolgo* ‖ 17 *lacunam. sign. W. Müller, O. Ribbeck* ‖ 18 micenas **O** ‖ 19 COΡΟΤΟΤΟΡΟC **O**, *ὄρους ὄρος Spengel* ‖ 20 ΑΤΙΟCΠΑΤΕ **TV** ΑΤΙΟCΤΤCΛΤΕ **A**, *corr. O. Ribbeck* ‖ *fortasse haec ex Cyclope Philoxeni petita esse uidit Schott.* ‖ quid ait *om.* **Ta**

haud partem exiguam montis. || [Aen. X 128]
Ita ⟨a⟩ magnitudine discedit, ut non inprudenter dis-
cedat a fide. Est inflatum:
καὶ καίρια βάλλεται νῆσσος.
Vergilius quid ait? qui de nauibus:
credas innare reuolsas [Aen. VIII 691]
Cycladas.
Non dicit hoc fieri, sed uideri. Propitiis auribus
accipitur, quamuis incredibile est, quod excusatur
antequam dicitur. Multo corruptiorem sententiam 13
Menestrati cuiusdam, declamatoris non abiecti suis
temporibus, nactus sum in hac ipsa suasoria, cum
describeret beluarum in Oceano nascentium magni-
tudinem. .... Efficit haec sententia, ut ignoscamus
ei qui dixit ipsis Charybdi et Scylla maius porten-
tum: 'Charybdis ipsius maris naufragium', et ne in
una re semel insaniret: 'quid ibi potest esse salui,
ubi ipsum mare perit'? Damas ethicos induxit ma-
trem loquentem, cum describeret adsidue prioribus
periculis noua superuenisse: ..... Barbarvs dixit,
cum introduxisset excusantem se exercitum Macedo-
num, hunc sensum: .... Fvscvs Arellivs dixit: 14
testor ante orbem tibi tuum deesse quam militem.
Latro sedens hanc dixit; non excusauit militem, sed
dixit: dum sequor, quis mihi promittit hostem, quis
terram, quis diem, quis mare? da ubi castra po-
nam, ubi signa ponam. Reliqui parentes, reliqui
liberos, commeatum peto: numquid inmature ab
Oceano? Latini declamatores in descriptione Oceani 15

1 aud **B** hanc **STa** || 1—5 rapit ... quid ait *om.* **A** || 2 * ita magnitudinis cedat studet **BSTaV** ita magnitudini sedat sed ut **Tb** || inpudenter? || 3 inflatus **B** || 4 καρ **ST** || κειρια **O** || νηεςος **BST** νεςος **V** || 5 quia **CSTa** quie **V** qui de **Tmg** *Burs.* 6 reddas **O** || innaue **CSTaV** || 8 propitis **CTbVa** pōptis **STaVb** 9 q; **A** || 11 ministrati **O** || declamatoribus **C** || abiectis **Ta** || suus **A** || 15 ipsi caribdi et scyllae **O** || 18 eticos **C** eticus **V** seticus **T** || 20 nouas **CTaV** || superuenisset **C** || 21 excitum **C** || 24 secus hanc *Burs.* || excusabit **C** || 25—27 quis ... signa ponam *om.* **A** || 27 signa figam *Gron.* || relinqui **C** || 29 descrip(-b **C**)tionem **CTaV**

non nimis uiguerunt; nam aut minus descripserunt, aut ⟨nimis⟩ curiose. nemo illorum potuit tanto spiritu dicere quanto Pedo, qui nauigante Germanico dicit:

Iam pridem post terga diem solemque relinquunt,
Iam pridem notis extorres finibus orbis ‖
Per non concessas audaces ire tenebras
Ad rerum metas extremaque litora mundi;
Nunc illum pigris immania monstra sub undis
Qui ferat Oceanum, qui saeuas undique pistris
Aequoreosque canes, ratibus consurgere prensis.
Accumulat fragor ipse metus. iam sidere limo
Nauigia et rapido desertam flamine classem
Seque feris credunt per inertia fata marinis
Tam non felici laniandos sorte relinqui.
Atque aliquis prora caecum sublimis ab alta
Aëra pugnaci luctatus rumpere uisu,
Vt nihil erepto ualuit dinoscere mundo,
Obstructa in talis effundit pectora uoces:
Quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
Anne alio positas ultra sub cardine gentes
Atque alium flabris intactum quaerimus orbem?
Di reuocant rerumque uetant cognoscere finem
Mortales oculos: aliena quid aequora remis
Et sacras uiolamus aquas diuumque quietas
Turbamus sedes?

1 discripserunt **C** ‖ 2 nimis *add. M. Haupt* ‖ tantos **C** ‖ 4 dicet **C** dixit **T**, dicit (**V**) *Burs.* ‖ 5 post terga **TV** ‖ relictum **O**, *corr. M. Haupt* ‖ 6 quidem **BSTaV** quid*am* **A** ‖ natis **CSTaV** ‖ 7 nos **CSTaV** ‖ 8 asperum **C** Hesperii **STV**, ad rerum *M. Haupt* ‖ 10 pristinis **A** dristinis **B** pristis **STV** ‖ 13 nauigie trapido **ABa** ‖ laniendos forte **A** ‖ 16 cedunt **CVa** cedat **TVb** sedens **STmg**, caecum *Haase M. Haupt* ‖ 17 luctatur **A** ‖ uisūm **CSTaV**, nisi *Scaliger* ‖ 19 obstructum **O**, obstructa in *Burs.* obstructo *Scal.* ‖ pectore **O**, *corr. Burs.* ‖ 20 rugit **CVa** ruit **STVb** *Scal.*, *corr. Gron.* ‖ 23 libris **STV** liberis **C**, flabris *M. Haupt* ‖ 24 reuocani **C** ‖ 25 alienas **Ba** alienos **A** *m. pr.* alienis **Ab** ‖ qui decora **C** quide aequora **Va** ‖ 26 ecsacras **B** et sacra **STa**

Ex Graecis declamatoribus nulli melius haec suasoria processit quam Glyconi; sed non minus multa magnifice dixit quam corrupte: utrorumque faciam uobis potestatem. Et uolebam uos experiri non adiciendo iudicium meum nec separando a corruptis sana — potuisset enim fieri ut uos magis illa laudaretis quae insaniunt — et nihilominus poterit fieri, quamuis distinxerim. Illa belle dixit: .... sed fecit quod solebat, ut sententiam adiectione superuacua atque ‖ tumida perderet; adiecit enim: .... Illud quosdam dubios iudici sui habet — ego non dubito contra sententiam ferre —: *ὑγίαινε γῆ, ὑγίαινε ἧλιε· Μακεδόνες γὰρ χάος εἰςπλέουσι.* 16

## ⟨SVASORIA II.⟩

Trecenti Lacones contra Xersen missi, cum treceni ex omni Graecia missi fugissent, deliberant an et ipsi fugiant.

Arelli Fvsci patris. At, puto, rudis lecta aetas et animus qui frangeretur metu insuetaque arma non passurae manus, hebetataque senio aut uulneribus corpora: quid dicam potissimos Graeciae? 1

1 nec **A** *m. pr.* **B** ‖ 2 gloiconi **C** ‖ 3 magnifice fecit dixit **ST** ‖ utrumque **CSTaV** utriusque **Tb**, *corr. Haase* ‖ 4 potestate **TaV** ‖ experiri nos **C** ‖ 5 separando ac et alios habere nos trecentos qui sic non fugiant et corruptis **C** (*cf. p.* 12, 20) ‖ 6 * etenim **O** ‖ situos **C** siuos **STV** ‖ illa magis **T** magis illa magis **V** ‖ 8 distinxerit **O** ‖ in illa **Va** ulla **B** ‖ 9 superuacuaque ad tumide **O** ‖ 11 iudices sui **T** iudices ui **V** ‖ haberet **A** ‖ 12 ΥΤΙΜΝΕΤΗ **TV** ΥΤΙΜΝΕΤΝ **C** ‖ ΥΠΑΝΕΗΑΑΕ **TV** *et, nisi quod* ΗΑΛΕ, **B** ΥΠΛΝΕΝΑΛΕ **A**, *corr. Haase* ‖ 13 ΜΑΚΕΔΟΜΕΤΛΡΑΡΑΟC ΕΙΤΑCΟCCΙ **CV** ΑΑΑΚΕΑΟΝΕΓΑΡΑΡΟCΕΙΤΑCΟCCΙ **T**, *corr. Haase* ‖ 15 cum trecenti **CSTaV** cum troezeni **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 18 fusci. s. p. **TV** fuscis p̃. **C** ‖ 19 aetas animus **AVa** aetas ετaST animus **B** ‖ insuetoque arma **C** insueto armaque **TV**, *corr. Burs.* ‖ 21 *an* quid dicam? potissimos Graeciae, Lacedaemo-

an Lacedaemonios? an Eleos? an repetam tot acies patrum, totque excidia urbium, tot uictarum gentium spolia? et nunc produntur condita sine moenibus templa? Pudet consilii nostri, pudet etiamsi non fugimus deliberasse talia. At cum tot milibus Xerses uenit. O Lacedaemonii, et aduersus barbaros non reueremini opera uestra, non auos, non patres quorum uobis exemplo ab infantia surgit ingenium? Pudet Lacedaemonios sic adhortari: en, loco tuti sumus. licet totum classe orientem trahat, licet metuentibus explicet inutilem numerum: hoc mare quod tantum ex uasto patet urguetur in minimum, insidiosis excipitur angustiis uixque minimo aditus nauigio est et huius quoque remigium arcet inquietatione quod circumfluit mare, fallentia cursus uada altioribus internata, aspera scopulis, et cetera quae nauigantium uota decipiunt. Pudet, inquam, Lacedaemonios et armatos quaerere, quemadmodum
2 tuti sint. Non referam Persarum spolia? certe super spolia nudus cadam. Sciat et alios habere nos trecentos, qui sic non fugiant et sic cadant. Hunc sumite animum: nescio an uincere possimus; uinci non possumus. Haec non utique perituris refero: sed si cadendum est, erratis, si metuendam creditis

nios an Eleos?; || 1 an eleos *om.* **A**, an electos *Burs.* || an ereptū **CTaV** || 3 nunc pro*h dolor conc*[1]*dunt***Tb** || si remianibus templa **C** si remanib; templa **Va** remanemus **STa** si remanemus **Vb** si remeamus templa **Tb**; sine moenibus templa *Burs.* || 5 ac tum **C** || 6 Xerses suae nitho **C** || 7 reuero **C** reuera **STaV** || non animus **CSTaV** non auos **Tb** || 8 * quorum non exemplum **CSTaV** quorum nos exemplum moueat **Tb**, quorum nobis exemplo *Burs.* quorum uos exemplum moueat *N. Faber* || 9 Laceidemonios **C** || catortari **C** || filico tutissimis **CSTaV** uel loco tuti simus **Tb**, *corr. O. Iahn* quali loco t. simus *O. Ribbeck. an* illic t. s.? || 10 classem **C** || morientem **B** in orientem **A** || 12 tandem **O** || 13 uixquem **C** || 14 esset huius **O** || arceta **AaB**, arcet et *Burs.* || inquieta omne **O**, inquieto momine *O. Ribbeck* inquietat omne *Burs.* || 15 fallatia **ATV** fallantia **B**, *corr. Burs.* || uadet **C** uadat **TaV** || 16 scopulos **C** || 20 sciet **O**, *corr. Schult.* || alios nos habere **T** || 24 sed etsic candidum **C**, *corr. Schott.* || terr atis **C**

mortem. Nulli natura in aeternum spiritum dedit, statutaque nascentibus in finem uitae dies est. inbecilla enim nos materia deus orsus est; quippe minimis succidunt corpora, indenuntiata sorte rapimur; sub eodem pueritia fato est, eadem iuuentus causa cadit: optamus quoque plerique mortem; adeo in securam quietem recessus ex uita est. At gloriae nullus finis est, proximique deos sic † ageses agunt: feminis quoque frequens hoc in mortem pro gloria iter est [illud]. Quid Lycurgum, quid interritos omni periculo quos memoria sacrauit uiros referam? ut unum Othryadem excitem, adnumerare trecentis exempla possum. 3 Triari. Non pudet Laconas ne pugna quidem hostium, sed fabula uinci? Magnum est alumnum uirtutis nasci et Laconem. ad certam uictoriam omnes remansissent; ad certam mortem tantum Lacones. Non est Sparta lapidibus circumdata: ibi muros habet ubi uiros. Melius reuocabimus fugientes trecenos quam sequemur. Sed montes perforat, maria contegit. Numquam solido stetit superba felicitas et ingentium imperiorum magna fastigia oblinione fragilitatis humanae conlapsa sunt. Scias || licet ad finem non peruenisse quae ad inuidiam perducta sunt. Maria terrasque, rerum naturam statione inmutauit sua: moriamur trecenti, ut hic primum inuenerit quod mutare non

2 statatque **C** || fine **O** || 3 est *om.* **A** || 4 corpore **C** || 5 sub eadem **A** || 7 cessus **T** || ex uit est **C** est **T**, *corr. Burs.* || 8 sic ages satagunt **T** sic agessa satagunt **V** sic cadentes agunt *Haase qui et* deo sic agetis; ea satagunt *coni.* || 10 iter est illud **CTa** || interbitos somni **CVa** interlitos somni **TVb** || 11 poculo **Tb** || 12 otroyademescitem **O**, *corr. Burs.* || 14 nec **O** 15 es (est **T**) alienum **O** *corr. Schult.*, aes alienum *Burs.* adiumentum *uel* alimentum *Gron.* || est nasci **C** nasci **T** nasci et *Schult.* || 16 certa **C** || 17 Nesi parta **CTa** || 18 ibi muros habet ubi muros habet ubi (ibi **ST**) muros **O**, *corr. Burs.* || reuocanimus **O** || 19 trecenenos **T** || sequimur **CTa** || 21 superbia **Ta** || 22 fastigio **CTa** || 23 conlassa **A** || non *om.* **T** || perueniss etque **C** || 25 natura **CTa** || stationem **ABb** stationum **Ba** || mutauit **O**

posset. Si tam demens placiturum consilium erat,
4 cur non potius in turba fugimus? Porci Latronis. In hoc scilicet morati sumus, ut agmen fugientium cogeremus. Rumori terga uertitis: sciamus saltem, qualis sit iste quem fugimus. Vix uictoria dedecus elui potest; ut omnia fortiter fiant, feliciter cadant, multum tamen nomini nostro detractum est: iam Lacones an fugeremus deliberauimus. Vtinam moriamur! quantum ad me quidem pertinet, post hanc deliberationem nihil aliud timeo, quam ne reuertar. Arma nobis fabulae excutiunt. Nunc, nunc pugnemus: latuisset uirtus inter trecenos. Ceteri quidem fugerunt. si me quidem interrogatis [ut] quid sentiam, et in nostrum et in Graeciae patrocinium loquar: electi sumus, non re-
5 licti. Gavi Sabini. Turpe est cuilibet uiro fugisse, Laconi etiam deliberasse. Marilli. In hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus. Habent quemadmodum se excusent Graeciae treceni: 'tutas Thermopylas putauimus, cum relinqueremus illic Laconas'. Cesti Pii. Quam turpe esset fugere indicastis, Lacones, tamdiu non fugiendo. Omnibus sua decora sunt: Athenae eloquentia inclitae sunt, Thebae sacris, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futurae militiae patientiam; ideo Taygeti nemoris difficilia

1 possit **T** ‖ si tandem amens **O**, *corr. W. Müller* ‖ concilium **Ta** ‖ 2 tuba **Ta** truba **C** ‖ fuimus **T** ‖ 3 silicet **B** ‖ augmen **A** *m. pr.* ‖ 4 augeremus *Schott* ‖ furori **O**, *corr. Gron.* ‖ 5 quam sit **C** quis sit **T**, *corr. Burs.* ‖ uix̃ in **B** uixit ut **A** uicit · at **TV**, uix *Rebling* ‖ 7 cedant **A** ‖ n̄ ministro **A** ‖ 8 quod an **T** ‖ 9 ut enim moriemur **O**, *corr. Burs.* ‖ 11 reuertamur **T** ‖ 12 nunc *alterum om.* **B** ‖ trecentos **O**, *corr. Burs.* ‖ 13 ceteros qui f. *Schult.* ‖ 14 ut *del.* **A** *m. rec.* ‖ sententia mei in **A** sentiam ei in **B** sentia ego in **T**, *corr. Haase* ‖ 15 loquente lectissumus **A** loquar electissimus **B** ‖ 16 alii sabini **O** ‖ 17 resistimus **O** ‖ 19 mutas **CTa** munitas **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 20 Thermopostlias **C** ‖ 21 lacona **C** ‖ quamdiu **Tb** ‖ esset *om.* **T** est **ABa** ‖ * iudicastis **O** ‖ 26 pacientiamus **C** ‖ tayeti **O**

nisi Laconibus iuga; ideo Hercule gloriamur deo,
operibus caelum merito; ideo muri nostri arma sunt.
O graue maiorum uirtutis dedecus! Lacones se nu- 6
merant, non aestimant. Videamus quanta turba sit,
ut habeat certe Sparta, etiamsi non fortes milites,
at nuntios ueros. Ita ne ‖ bello quidem, sed nuntio
uincimur? merito, hercules, omnia contempsit, quem
Lacones audire non sustinent. si uincere Xersen
non licet, uidere liceat: uolo scire, quid fugiam.
Adhuc non sum ex ulla parte Atheniensium similis,
non muris, non educatione: nihil prius illorum imi-
tabor quam fugam? Pompei Silonis. Xerses mul- 7
tos secum adducit, Thermopylae paucos recipiunt.
Erimus inter fortes fugacissimi, inter fugaces tar-
dissimi. Nihil refert, quantas gentes in orbem no-
strum Oriens effuderit, quantum nationum secum
Xerses trahat: tot ad nos pertinent, quot locus ce-
perit. Corneli Hispani. Pro Sparta uenimus, pro
Graecia stemus: uincamus hostes, socios iam uici-
mus: sciat iste insolens barbarus, nihil esse diffici-
lius quam Laconis armati latus fodere. Ego uero
quod discesserunt gaudeo: liberas nobis reliquēre
Thermopylas; nil erit quod uirtuti nostrae se apponat,
quod ⟨se⟩ inserat; non latebit in turba Laco; quo-
cunque Xerses aspexerit, Spartanos uidebit. Blandi. 8
Referam praecepta matrum: 'aut in his, aut cum
his'? minus turpe est a bello inermem reuerti quam
armatum fugere. Referam captiuorum uerba? captus

1 * de operibus **O**, sexcentis *i. e.* DC *Ritschl* ‖ 6 an nuntios **Ta** ‖ 7 contempserit *Schult.* ‖ 8 Xernem **ABa** ‖ 9 qui **C** quem **T**, *corr. Burs.* ‖ 11 * nec ducatione **O** ‖ 12 fugiam **Ta** ‖ 12. 13 multosum adducit **C** ‖ 14 ostes **C** hostes **T** fortes *N. Faber; an* nostros? ‖ fagacissimi **C** ‖ *uerba* Erimus ... tardissimi *post* fugam *u.* 12 *transp. W. Müller* ‖ 16 effu(-un **A**)derint **C** ‖ nationum quecum **C** n. agmen secum *c. O. Ribbeck* ‖ 17 pertinet **T** ‖ 18 Cornelius **C** ‖ *prius* pro *om.* **B** ‖ 19 uincimus **BT** ‖ 20. 21 *uerba* sciat ... fodere *fort. post* ceperit *u.* 18 *transponenda* ‖ 21 laconi **O** ‖ 22 dicesserunt **C** ‖ relinquere **C** ‖ 23 mi erit **A** ni ierit **Ba** ‖ opponat **O**, *corr. O. Ribbeck* ‖ 24 se *add. Ribb.* ‖ inferat **C** ‖ 25 Spartano **ABa** spartanū **T** uidebat **ABa** ‖ 28 fuge **C**

Laco, ‘occide’, inquit, ‘non seruio’. non potuit non capi, si fugere uoluisset. Describite terrores Persicos: omnia ista cum mitteremur audiuimus. Videat trecentos Xerses et sciat quanti bellum aestimatum sit, quanto aptus numero locus. Reuertemur ne nuntii quidem nisi nouissimi. Quis fugerit nescio: hos mihi Sparta conmilitones dedit. DESCRIPTIO THERMOPYLARVM. Nunc me delectat, quod fugerunt treceni: angustas mihi Thermopylas fecerant.

9 CONTRA. CORNELI HISPANI. At ego maximum ⟨uideo⟩ dedecus futurum reipublicae nostrae, si Xerses nihil prius in Grae|cia uicerit quam Laconas. Ne testem quidem uirtutis nostrae habere possumus; id de nobis credetur quod hostes narrauerint. Habetis consilium meum; id est autem meum quod totius Graeciae. si quis aliud suadet, non fortes uos uult esse, sed perditos. CLAVDI MARCELLI. Non uincent nos, sed obruent. Satisfecimus nomini, ultumi cessimus: ante nos rerum natura uicta est.

10 DIVISIO. Huius suasoriae feci mentionem, non quia in ea subtilitatis erat aliquid quod uos excitare posset, ⟨set⟩ ut sciretis quam nitide FVSCVS dixisset uel quam licenter: ipse sententiam ⟨non⟩ feram; uestri arbitrii erit, utrum explicationes eius ⟨ut⟩ luxuriosas uituperetis an ut uegetas ⟨laudetis⟩. Po-

2 non *om.* **T** ‖ capis fugeres **ABa** ‖ describit etiam errores **T** describit et errores **V** ‖ 4 sciat quod tanti *Schult.* | 5 quanti *O. Ribbeck* ‖ reuertamur **O**, *corr. N. Faber* ‖ 9 trecenti **T** ‖ fecerunt **CSTb** ‖ 10 Spatini **BaT** Spani **ABb**, *corr. Haase* | at, puto, maximum d. *Haase* ‖ 11 uideo *om.* **ABaT**, *add.* **B** *m. rec.* | 12 quas **C** ‖ 13 hid **Ta** ‖ 14 creditur **C** ‖ narrauerunt **A** ‖ 15 concilium **Ta** ‖ idem *W. Wagner* ‖ quo **C** ‖ 16 alius suadent **C** ‖ uos ut esse **ABa** uos esse **T** ‖ 17 Claudio **C** gaudet **T** ‖ 18 ultum **B** multum **T** ‖ * gessimus **O** ‖ 21 suptilitate **CTa** ‖ 22 set *om.* **CTaV** ‖ suscus **A** ‖ 23 non *add. Schult.* ‖ 24 explicationis **ABaTa** ‖ ut *add. Burs.* ‖ 25 putetis **AT** ut putetis **B**, uituperetis *Burs.* | an ut petas **A** an ut poetas **B** an ut poeta **T**, *corr. ego. N. Madvig;* ineptas *Kon.* poeticas *Grut.* floridas *Gron.* ‖ laudetis *add. Burs.*

lio Asinius aiebat hoc non esse suadere. Recolo, nihil fuisse me iuuene tam notum quam has explicationes Fusci, quas nemo nostrum non alias alia inclinatione uocis uelut sua quisque modulatione cantabat. At quia semel in mentionem incidi Fusci, ex omnibus suasoriis celebres descriptiunculas subtexam, etiam si nihil occurrerit quod quisquam alius nisi suasor dilexerit. Diuisione autem ⟨in⟩ hac 11
suasoria Fuscus usus est illa uolgari, ut diceret, non esse honestum fugere, etiamsi tutum esset; deinde aeque periculosum esse fugere et pugnare; nouissime periculosius esse fugere: pugnantibus hostes timendos, fugientibus et hostes et suos. CESTIVS primam partem sic transiit, quasi nemo dubitaret an turpe esset fugere; deinde illo transiit, an non esset necesse. Haec sunt, inquit, quae uos confundunt: hostes, sociorum ⟨fuga⟩, paucitas. Non quidem in hac suasoria, sed in hac materia, disertissima illa fertur sententia DORIONIS, cum posuisset hoc dixisse trecentis Leonidam, quod puto etiam apud Herodo- [Diod. XI 9]
tum ‖ esse ⟨ἀριστοποιεῖσθαι ὡς ἐν ᾅδου δειπνησομένους⟩. SABINVS ASILIVS, uenustissimus inter rhe- 12
toras scurra, cum hanc sententiam Leonidae rettulisset, ait: ego illi ad prandium promisissem, ad cenam renuntiassem. ATTALVS Stoicus qui solum uertit a Seiano circumscriptus, magnae uir eloquen-

1 * suadere isci uidere **C** suadere sci uidere **T** *ex dittogr. ortum*, suadere scire uos uolo *Vahlen* suadere set irridere *Burs.* ‖ ue uolo **O** recolo *Burs. Madvig* ‖ 2 et iuuenet (iuuene **Ta**) anno tamquam **O**, *corr. Burs.* ‖ 3 tusci **C** isti **T** ‖ alios alia **O**, *corr. Haase* ‖ 6 descriptiungula **C** ‖ subtextam **T** ‖ 8 autem hanc **O**, *corr. Schult.* ‖ 11 periculum **O** ‖ 12 periculorum **C** periculosum **T**, *corr. Schult.* ‖ fugere ⟨quam pugnare⟩ *c. Schult.* ‖ propugnantibus **Ta** ‖ 13 fugientibus et hostes timendos fugientibus et ostes **C** ‖ 14 neme **C** ‖ dubitabit **C** dubitet **ST** ‖ 15 pugeret **Ba** fugere et **B** *m. rec.* pugnaret **A** ‖ transit **O** ‖ 17 fuga *addidi* ‖ 17. 18 quidem haec suasoriae **O**, *corr. Haase* ‖ 18 desertissima **A** ‖ 21 *graeca om.* **O** ‖ 22 retores **B** ‖ 23 scura **B** ‖ 25 adtalus **C**

tiae, ex his philosophis quos uestra aetas uidit longe et subtilissimus et facundissumus, cum tam magna et nobili sententia certauit, et mihi dixisse uidetur animosius quam prior. . . . Occurrit mihi sensus in eiusmodi materia a Severo Cornelio dictus tamquam de Romanis nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna epulantes milites inducit et ait:

stratique per herbam,
Hic meus est, dixere, dies.

Elegantissime quidem adfectum animorum incerta sorte pendentium expressit, sed parum Romani animi seruata est magnitudo: cenant enim tamquam crastinum desperent. Quantum illis Laconibus animi erat, qui non poterant dicere: 'hic dies est meus'.
13 Illud Porcellvs Grammaticus arguebat in hoc uersu quasi soloecismum quod cum plures induxisset dicerent: 'hic meus est dies', non 'hic noster est', et in sententia optima id accusabat, quod erat optimum. muta enim, ut 'noster' sit: peribit omnis uersus elegantia, in quo hoc est decentissimum quod ex communi sermone trahitur; nam quasi prouerbii loco est: 'hic dies meus est'; et cum ad sensum rettuleris ne grammaticorum quidem calumnia ab omnibus magnis ingeniis summouenda habebit locum: dixerunt enim non omnes semel, tamquam in choro manum ducente grammatico, sed singuli ex
14 iis: 'hic meus est dies'. Sed ut reuertar ad Leonidam et trecen||tos, pulcherrima illa fertur Glyco-

3 ut mihi **T** || 4 *Attali sententiam intercidisse uidit Schult.* || 5 dictū **C** || quamquam? || 6 parem **A** arem **B** || 9 gratique **CTa** || 10 es **C** || dixisse **O** || 12 perdentium **C** prudentium **STa** prādentium **Tb** || expressit̄ **C** || 14 quantus **T** || 14. 15 animus erat iis **T** animis aeratis **C**, *corr. Burs.* || diest meus **A** || 16 procellus **A** || 17 plures dicerent induxisset diceret **CVa** plures induxisset dicere **Tb** (dicerent **STa**) || 18 meus dies est dies **CT** || 19 erat *om.* **C** || 20 multa **O** || peribuit **CSTa** || omnes **B** || decentesimum **A** || 23 loco et hic **O** || est *om.* **A** || 24 redtuleris **C** || 25 sumenda **O** || 27 chorum **C** || magnum **T** || 29 Gloyconis **O**

NIS sententia. . . . . In hac ipsa suasoria non sane refero memoria ullam sententiam Graeci cuiusquam nisi DAMAE: ποῖ φεύξεσθε; ὅπλα τείχη. De positione loci eleganter dixit HATERIVS, cum angustias loci facundissime descripsisset: natus trecentis locus. CESTIVS cum ⟨honores⟩ descripsisset quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adiecit: per sepulcra nostra iurabitur. NICETES longe disertius hanc phantasiam mouit, et adiecit: . . . . nisi antiquior Xerses fuisset quam Demosthenes † CIPTOY cui dicere. Hanc suam dixit sententiam aut certe non deprehensam, cum descripsisset oportunitatem loci, et tuta undique pugnantium latera et angustias a tergo positas, sed aduersas hostibus . . . . POTAMON 15 magnus declamator fuit Mitylenis, qui eodem tempore uiguit quo LESBOCLES magni nominis et nomini respondentis ingenii: in quibus quanta fuerit animorum diuersitas in simili fortuna puto uobis indicandum, multo magis quia ad uitam pertinet quam si ad eloquentiam pertineret. Vtrique filius eisdem diebus decessit: LESBOCLES scolam soluit; nemo umquam amplius ⟨declamantem audiuit; aequo⟩ animo recessit POTAMON a funere filii: contulit se in scolam et declamauit. Vtriusque tamen adfectum temperandum puto: hic durius tulit fortunam quam patrem decebat, ille mollius ⟨quam⟩ uirum. POTAMON cum suasoriam de 16 trecentis diceret tractabat quam turpiter fecissent La-

3 ΤΙΕΥΦΕΤΖΕΖCΕ (—ΕΤCΕ B) otili ta τειχη (telxει T) O, *corr. Haase. Bücheler* ‖ 4 acerius O ‖ 5 loci *del. O. Ribbeck* ‖ factundissime discripsisset C ‖ 5. 6 *uerba* natus (nactis T) . . . honores *om.* Ta ‖ 6 * descripsisset honores TVb descripsisset CVa ‖ 7 pro] piro Ba pira A ‖ 8 * Nicetas O ‖ desertius C ‖ 10. 11 Demosthenes epitaphium diceret *Burs.* ‖ 12 loci *om.* B ‖ 13 tota B ‖ 15 moylenis O ‖ 16 nominis C ‖ 18 obis C ‖ 19 quasi C ‖ 20 eloquentia C ‖ 21 ampliore TVb ‖ 22 declamantem audiuit; aequo *add. O. Ribbeck, W. Wagner* ‖ regressit A regessit B segessit TV ‖ 23 post tamen T postamen ABa ‖ contulisse ABa ‖ 25 dicebat ABaTa ‖ 26 quam *add. Burs.* ‖ uerum T ‖ Potamoni C ‖ 27 dicere C

cones hoc ipsum quod deliberassent de fuga et sic nouissime clausit. . . . . . Insanierunt in hac suasoria multi circa Othryaden: MVRREDIVS qui dixit: fugerunt Athenienses; non enim Othryadis nostri litteras didicerant. GARGONIVS dixit: Othryades qui periit ut falleret, reuixit ut uinceret. LICINIVS NEPOS: cuius exemplo ‖ uobis etiam mortuis uincendum fuit. ANTONIVS ATTICVS inter has pueriles sententias uidetur palmam meruisse; dixit enim: Othryades paene a sepulcro uictor digitis uulnera conpressit, ut tropaeo Laconem inscriberet. O dignum [in] Spartano atramentum! o uirum cuius ne litterae quidem fuere sine sanguine. CATIVS CRISPVS municipalis κακοζήλως dixit post relatum exemplum Othryadis: aliud ceteros, aliud Laconas decet: nos sine deliciis educamur, sine muris uiuimus, sine uita uincimus.

17 SENECA fuit, cuius nomen ad uos potuit peruenisse, ingenii confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut nouissime morbo huius rei et teneretur et rideretur; nam et seruos nolebat habere nisi grandes, et argentea uasa non nisi grandia. Credatis mihi uelim non iocanti, eo peruenit insania eius, ut calceos quoque maiores sumeret, ficus non esset nisi mariscas, concubinam ingentis staturae haberet. Omnia grandia si quando inueniret probanti inpositum est cognomen uel, ut Messala ait, cognomen-

3 tarca **A** ‖ utriadem **C** ‖ 4 motydris **O** ‖ 5 Carconius **C** Corgonius **T** ‖ 6 cum **O** cuius *Gron.* ‖ 7 exemplum **C** ‖ 8 acticus **O** ‖ interras plurares **C** inter plures **T**, *corr. Burs.* ‖ 9 palam **C** ‖ moyradas **O** ‖ 10 * cessit **C**, l'pressit al'impressit **Tmg** ‖ 10. 11 trophea laconum **T** ‖ 11 inscribere deo **C** inscriberet · deo **T**, *corr. Gron.* ‖ 12 sacramento uirum **O**, *corr. I. Bernays* ‖ 13 gaco(gato **AT**)zeos **O** ‖ 14. 15 otyrdi dicebam (othyridi dicebat **T**) municipalis aliut **O**, *corr. Gron.* ‖ 15 ceteras **CTa** ‖ diliciis **C** ‖ educamus **T** ‖ 18 confugiae **C** ‖ 22 insaniae, ut *Schott.* ‖ 23 caceos **ABa** ‖ esse **C** ‖ 24 * habebat **O** ‖ 25 grandia probati **C** grandia probata **T**, *reliquis quae ex p.* 21, 1 *huc transposui omissis*

tum, et uocari coepit Seneca Grandio. Is in hac
suasoria cum posuisset contradictionem: 'at omnes
qui missi erant a Graecia fugerunt' sublatis mani-
bus, insistens summis digitis — sic enim solebat
quo grandior fieret — exclamat: gaudeo, gaudeo.
mirantibus nobis quod tantum illi bonum contigisset,
adiecit: totus Xerses meus erit. Item dixit: iste qui
classibus suis maria subripuit, qui terras circumscri-
psit, dilatauit profundum, nouam rerum naturae
faciem imperat, ponat sane contra caelum castra:
commilitones habebo deos. Senianvs multo poten- 18
tius dixit: terras armis obsidet, caelum sagittis,
maria uinculis: Lacones nisi succurritis mundus ca-
ptus est. Decentissimi generis stultam sententiam
referam Victoris Statori, municipis mei, cuius
fabulis memoria dignissimis aliquis † suasoria ‖ occa-
sione sumpsit contradictionem: At, inquit, trecenti
sumus; et ita respondit: trecenti, set uiri, set ar-
mati, set Lacones, set ad Thermopylas; numquam
uidi plures trecentos. Latro in hac suasoria cum 19
tractasset omnia quae materia capiebat, posse ipsos
et uincere, posse certe inuictos reuerti [et] beneficio
loci; tum illam sententiam ⟨adiecit⟩: si nihil aliud eri-
mus certe belli mora. Postea memini auditorem
Latronis Arbronivm Silonem, patrem huius Silo-
nis qui pantomimis fabulas scripsit et ingenium
grande non tantum deseruit sed polluit, recitare

1 grandia aliquando inuenire. his (is **T**) in **O**, *quae emendaui et transposui;* aliquando ⟨mireris, aliquando⟩ inuenta rideas. in *Haase* ‖ 2 imposuissed **C** ‖ ad **C** ait **T**, *corr. Schult.* ‖ 4 summi digiti **ABa** ‖ 5 quod **C** ‖ fierat **A** ‖ 6 qui **C** quid **T**, quod *W. Müller* ‖ 10 imperauit *O. Ribbeck* ‖ astra **O** ‖ 11 potensius **C** ‖ 13 ungtis **T** uingulis **B** ‖ 15. 16 cuius in fabulis memoria dignissima sunt aliquae. Is in hac *Schult.; an* cuius f. m. d. aliquis ⟨delectetur. Is in hac⟩ suasoria? ‖ 18 armatis **ABa** ‖ 19 atermopoylasi **C** ‖ 20 in haec **C** ‖ 21 tractaset **C** ‖ cupiebat **ST** ‖ 22 euincere **ST** ‖ et *deleui* ‖ beneficia **ST** ‖ adiecit *add. Schult.* ‖ 24 moram **C** ‖ 25 Arbronum **C** Abronum **ST**, *corr. Burs.* Apronium *Schott* Artorium *O. Iahn.* ‖ 27 disseruit **C**

carmen in quo agnouimus sensum Latronis in his uersibus:

Ite agite, ⟨o⟩ Danai, magnum Paeana canentes;
Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.

Tam diligentes tunc auditores erant, ne dicam tam maligni, ut unum uerbum surripi non posset: at nunc cuilibet orationes in Verrem tuto ⟨dicere⟩ 20 licet pro suo. Sed ut sciatis sensum bene dictum dici tamen posse melius, notate prae ceteris quanto decentius Vergilius dixerit hoc quod ualde erat celebre, 'belli mora concidit Hector':

[Verg. Aen. XI 288 sqq.] Quidquid ad aduersae cessatum est moenia Troiae
Hectoris Aeneaeque manu uictoria Graium
Haesit.

Messala aiebat hic Vergilium debuisse desinere: quod sequitur

Et in decimum uestigia rettulit annum,

explementum esse, Maecenas hoc etiam priori comparabat. Sed ut ad Thermopylas reuertar, Diocles 21 Carystius dixit ... ‖ Apaturius dixit ... Corvo rhetori testimonium stuporis reddendum est, qui dixit: 'quid? si iam Xerses ad nos suo mari nauigat, fugiamus, antequam nobis terra subripiatur'. Hic est Corvus qui cum temptaret scolam Romae Sosio illi qui Iudaeos subegerat declamauit controuersiam de ea quae apud matronas disserebat liberos

3 o *om.* **O** ‖ peanentes **A** ‖ 4 occidit **A** occidit occidit **BS TV** ‖ ore sectora **C** ore s;ora **ST** Orcus Hectora ⟨habet⟩ *c. Burs.* ‖ 5 nec **C** ‖ 6 unus uerba **CSTa** unius uerba **Tb**, *corr. Spengel* ‖ possent **Tb** ‖ 7 quilibet **CSTa** ‖ inuertere **S** ‖ * dicere *om.* **O**, habere tuto licet *Vahlen* ‖ 8 sua **A** ‖ 9 notata **Tmg** non **CSTa** ‖ 11 hęctorum **C** hector. item **STV** ‖ 12 Quodquia aduerse gessatum est **C** ‖ apud durae cessatum est *Verg. l. l.* cessatum est apud durae **STbVb** cessatum est **TaVa** ‖ moynia **C** ‖ troiiae **B** ‖ 13 eneequod **C** ‖ 15 uergiū **A** ‖ 16 quid **C** ‖ 17 annuum **Ba** ‖ 18 mic(ch **ST**)enis **O** ‖ prior **A** ‖ 20 Carisius **O** ‖ apatrius **C** apat$^{i}$us **ST**, *corr. N. Faber* ‖ corruo **C** ‖ 21 thore **A** tbore **ST** hore **B**, *corr. Gron.* ‖ reddiū **A** ‖ quid dixit **C** ‖ 22 nauigiat **B** ‖ 24 cum ostentaret *Schott* ‖ 25 sunio **O** Sosio *Gron.* ‖ 26 dissirebat **C**

non esse tollendos, et ob hoc accusatur reipublicae laesae. In hac controuersia sententia eius haec ridebatur: 'inter pyxides et redolentis animae medicamina constitit mitrata contio'. Sed si uultis hi- 22 storicum quoque uobis fatuum dabo. Tvscvs ille, qui Scaurum Mamercum in quo Scaurorum familia extincta est maiestatis reum fecerat, homo quam inprobi animi tam infelicis ingenii, cum hanc suasoriam declamaret, dixit: 'expectemus (si nihil aliut, hoc effecturi), ne insolens barbarus dicat: ueni, uidi, uici', cum hoc post multos annos Diuus Iulius uicto Pharnace dixerit. Dvrion dixit: ἄνδρες . . . Aiebat Nicocrates Lacedaemonius insignem hanc sententiam futuram fuisse, si media intercideretur. Sed ne uos diutius infatuem, quia dixeram me Fvsci 23 Arelli explicationes subiecturum, hic suasoriae ⟨finem⟩ faciam: quarum nimius cultus et fracta conpositio poterit uos offendere, cum ad meam aetatem ueneritis: interim ⟨non⟩ dubito quin nunc uos ipsa quae offensura sunt uitia delectent. ||

## ⟨SVASORIA III.⟩

Deliberat Agamemnon an Iphigeniam inmolet, negante Calchante aliter nauigari fas esse.

Arelli Fvsci Patris. Non in aliam condicio- 1 nem deus fudit aequora quam ne omnis ex uoto

1 tollendo sed **C** || 4 mirata **O**, *corr. Schott.* myrrhata potio *c. Gron.* || siultis hitoricum **C** || 5 factum **O** || 6 scaurum **CVa** scaurorum **STVb** || 7 facerat **C** || homo *om.* **A** || inprobri **STa** || 8 animittam **A** anmittam **B** || 10 effectū sit **ST** || 12 direxerit **C** || andres **BST** || 13 agebat **CST** || nicogrates **C** nichogrates **ST** || lacedemonies **CST** || insignā **STa** insignum **C** || 15 infat⟨u⟩em **T** infatū **A** infantum **B** infanē **S**(?) || praedixeram **ST** || tusci **B** || 16 areli **C** aurelii **ST** || * sic **O** || 17 * finem *om.* **O** || faciem **C** facient *Haase* || 19 non *om.* **O** || qui nunc **CVa** an **STVb** || 22. 23 leganteo alchante **STa** legam teo alcantte **C** || 23 fuisse **O**, fas esse *Burs.* || 24 * fusci pii **A** fusci **BT**

iret dies; nec ea sors mari tantum est: caelum specta: non sub eadem conditione sidera sunt? alias negatis imbribus exurunt solum, et miseri concremata agricolae lugent semina, et haec interdum anno lex est; alias serena clauduntur et omnis dies caelum nubilo grauat: subsidit solum, et creditum sibi terra non retinet; alias incertus sideribus cursus est: [et ut] uariantur tempora, neque soles nimis urguent, neque ultra debitum imbres cadunt: quidquid asperatum aestu est, quidquid nimio diffluxit imbre inuicem temperatur altero; siue ita natura disposuit siue, ut ferunt, luna cursu gerit — quae siue plena lucis suae est, splendensque pariter adsurgit in cornua, imbres prohibet, siue occupata nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quam lucem reddit — siue ne lunae quidem ista potentia est, sed flatus qui occupauere annum tenent. quidquid horum est, extra iussum dei tutum fuit adultero mare. At non potero uindicare adulteram. prior est salus pudicae; ne quid huius uirginitati timerem, persequebar adulterum. uicta Troia uirginibus hostium parcam: nihil adhuc uirgo Priami
2 timet. Cesti Pii. Vos ego adhuc, di inmortales, inuoco: sic reclusuri estis maria? obstate potius. Ne Priami quidem liberos immolaturus es. Describe nunc tempestatem: omnia ista patimur, nec parricidium fecimus. Quod hoc sacrum est, uirginis deae templo uirginem occidere? libentius hanc sa-

1. 2 ceterum ipsa **O** caelum specta *Haase* ‖ 2 alia **O**, *corr. Schott* ‖ 3 cremata **BSTb** c̄menta **Ta** ‖ 4 legunt **O**, *corr. Haase* ‖ seminat hoc **B** ‖ hoc **CST** ‖ 5 lex es **C** ‖ alia **CSTa** aliis **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 6 graua **CSTa** ‖ subsidis **CSTa** ‖ 8 et ut *om.* **A** et **ST** ‖ 10 estus **C** ‖ nimo **A** ‖ difluxit **C** defluxit **ST** ‖ 11 temperatū **C** ‖ siuita **B** siuit **A** ‖ 12 luna consurgerit **STa** ‖ regit *quidam ap. Schott et Haase* ‖ 13 splendesque **C** ‖ 14 occurret de **ABa** occurrit de **ST** occupata **Bb** ‖ 15 quam in lucem **O** quam uicem *Burs.* ‖ 16 redit **ST** ‖ ipsa **O** ista *Haase* ‖ 23 *ergo ad hunc **O**, adhunc *del. O. Ribbeck* ‖ diem mortales **O**, *corr. N. Faber* ‖ 25 est **STa** ‖ 27 uirgini deae extemplo? ‖ 28 de templo **STa**

cerdotem habebit quam uictimam. Cornelii Hispani. Infestae sunt, inquit, tempestates || et saeuiunt maria, neque adhuc parricidium feci. Ista maria, si numine suo deus regeret, adulteris clauderentur. Marilli. Si non datur nobis ad bellum iter, reuertamur ad liberos. Argentarii. Iterum in malum familiae nostrae fatale reuoluimur: propter adulteram fratris liberi pereunt. ista mercede nollem ⟨eam⟩ reuerti. at Priamus bellum pro adultero filio gerat.

Divisio. Hanc suasoriam sic diuisit Fvscvs, ut 3 diceret, etiamsi aliter nauigare non possent, non esse faciendum, et sic tractauit ut negaret faciendum, quia homicidium esset, quia parricidium, quia plus inpenderetur quam peteretur: peti ⟨Helenam⟩, inpendi Iphigeniam; uindicari adulterium, committi parricidium. Deinde dixit, etiamsi non immolasset, nauigaturum; illam enim moram naturae, maris et uentorum, deorum uoluntatem ab hominibus non intellegi. Hoc Cestivs diligenter diuisit: dixit enim deos rebus humanis non interponere arbitrium suum; ⟨ut⟩ interponant, uoluntatem eorum ab homine non intellegi; ut intellegatur, non posse fata reuocari. si non sint fata, nesciri futura; si sint, non posse mutari. Silo Pompeivs etiamsi quod esset diui- 4 nandi genus certum, auguriis negauit credendum: quare ergo, si nescit Calchas, adfirmat? primum et scire se putat. Hic communem locum dixit in omnes, qui hanc adfectarent scientiam; deinde: irascitur tibi, inuitus militat, quaerit sibi tam magno testimonio apud omnes gentes fidem. In ea descri-

3 paricidium C || nomine A || 7 fratres CSTa || 8 mercedē A || * eam *om.* O || 9 adperiamus A || gerit *Gron.* || 10 nunc A || 11 nauigari C || 12 si C || 13 quo plus O || 14 inpendetur A | petit O || Helenam *add. W. Wehle* || 16 dein A || 19 estius C | duxit C || 21 ut *Burs. om.* C si ST || 23 nesciri Bb sacri ABa sacrari ST || 25 auguris CSTa auguri Tb || 28 sientiam Ba sententiam Ta

ptione ⟨quam⟩ primam in hac suasoria posui FVSCVS ARELLIVS Vergilii uersus uoluit imitari. Valde autem longe petiit et paene repugnante materia, certe non desiderante, inseruit. Ait enim de luna ‘quae siue plena lucis suae est splendensque pariter assurgit in cornua, imbres prohibet; siue occupata nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, non ‖ ante 5 finit quam lucem reddit’. At Vergilius haec quanto et simplicius et beatius dixit:

[Georg. I 427 sqq.] Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aere cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.

Et rursus:

[ib. 432] Si . . . . . .
Pura nec obtunsis per caelum cornibus ibit.

Solebat autem FVSCVS ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputaret: toties enim pro beneficio narrabat in aliqua se Vergiliana descriptione placuisse; sicut in hac ipsa suasoria dixit: ‘cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os deus elegit? cur hoc sortitur potissimum Pythius’ — quod tantum non impie aiebat se imitatum esse Vergilia- [Verg. Ecl. III 59?] 6] num ‘plena deo’? Solet autem Gallio noster hoc aptissime ponere. Memini una nos ab auditione NICETIS ad Messalam uenisse. Nicetes suo impetu ualde Graecis placuerat. quaerebat a Gallione Messala, quid illi uisus esset Nicetes? Gallio ait: ‘plena deo’. quotiens audierat aliquem ex his declamato-

1 quam *add. Burs.* ‖ primum **O**, *corr. Burs.* ‖ potuit **C** *om.* **ST**, posui *Burs.* ‖ 3 petit **O**, *corr. Burs.* ‖ pene **CV** pugne **ST** ‖ repugnatae **CVa** ‖ materie **ST** materiae **C**, *corr. Haase* ‖ 4 desiderant **CSTa** ‖ 5 lumi **Ta** ‖ pari **C** ‖ 6 cornu **O** ‖ 8 * uicem **O** ‖ 9 et *om.* **A** ‖ 11 compenderit **STa** cum praeniderit **B** ‖ aera **O** ‖ 14 Sin *Vergil. l. l.* ‖ 14 obtusi **ST** ‖ 16 tuscus **O** ‖ 18 aliaqua sae **C** ‖ 19. 20 triste inter nos eius *Schult.* iste in triste *Burs.* ‖ 21 * poetis quod **O**, Phoebus quo *Gron.* ‖ 22 tanto nemine **C** tanto nomine **ST** ‖ inepte aiebat *O. Ribbeck* ‖ si **CSTa** ‖ Vergilium **O**, *corr. Gron.* ‖ 23 hoc Gallio noster hoc **ST** ‖ 27 usus **CSTa**

ribus, quos scolastici caldos uocant, statim dicebat: 'plena deo'. Ipse Messala numquam aliter illum ab noui hominis auditione uenientem interrogauit, quam ut diceret: 'numquid plena deo'? Itaque hoc ipsi iam tam familiare erat, ut inuito quoque excideret. Apud Caesarem cum mentio esset de ingenio Hateri, 7
consuetudine prolapsus dixit: 'et ille erat plena deo'. quaerenti deinde, quid hoc esse uellet uersum Vergilii retulit, et quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset, et nunquam ⟨non⟩ postea potuisset excidere. Tiberius ipse Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio, itaque delectatus est fabula Gallionis: hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse; itaque fecisse illum, quod in multis aliis uersibus || Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam mutuandi, hoc animo ut uellet agnosci; esse autem in tragoedia eius:

feror huc illuc, ut plena deo.

Iam ⟨si⟩ uultis ad Fvscvm reuertar et descriptionibus eius uos statim satiabo ac potissimum eis quas in uerisimilitudinis tractatione posuit, cum diceret omnino non concessam futurorum scientiam.

1 scolasti **ABaST** || 2 ipse la **A** || 2. 3 agnouit **O**, *corr. Bursian*; ab ignoti *Haase* || 3 * interrogat **CVa** interrogatū **STVb** || 5 iamiam **O**, *corr. Burs.* || 7 erit **ST** || 8 quaerent **C** || hoc sibi uellet *Schult.* || 9 sibi hoc semel **ST** || 10 excidisse **C** || non *add. Schult.* || 11 theodorus **ST** teodoris **A** teodorus **B** || 12 pabula **C** || 15 subrupiendi **C** || 16 * mutandi **AST** inutandi **B**, imitandi *uolgo* || 18 ueplena **AST** ueplane **B**; uolo plena *c. O. Ribbeck* || 19 iam ultis **B** iam multis **AST**, si *add. Schult.* || et scriptionibus **A** scriptionibus **B** || 20 nos **STa** || satium **ABa** statim **Bb**, *om.* **ST** || hec **O** ac **Tmg** *Haase* || quasi **C** || 21 similitudinis **O**, *corr. Schult.*

## ⟨SVASORIA IIII.⟩

Deliberat Alexander Magnus an Babylona intret, cum denuntiatum esset illi responso auguris periculum.

1 Arelli Fvsci. Quis est qui futurorum scientiam sibi uindicet? nouae oportet sortis is sit, qui iubente deo canat, non eodem contentus utero quo inprudentes nascimur: quandam imaginem dei praeferat, qui iussa exhibeat dei. Sic est; tantum enim regem tantique rectorem orbis in metum cogit. Magnus iste et supra humanae sortis habitum sit, cui liceat terrere Alexandrum: ponat iste suos inter sidera patres et originem caelo trahat, agnoscat suum uatem deus; non eodem uitae fine, aetate magna, extra omnem fatorum necessitatem caput sit quod gentibus futura praecipiat. Si uera sunt ista, quid ita non huic studio seruit omnis aetas? cur non ab infantia rerum naturam deosque qua licet uisimus, cum pateant nobis sidera, et interesse numinibus liceat? quid ita inutili desudamus facundia, aut periculosis atteritur armis manus? an melius alio pignore quam futuri scientia ingenia surrexerint? Qui uero
2 in media se, ut praedicant, fatorum misere pignora, natales inquirunt, et primam aeui horam omnium annorum habent nuntiam, quo ierint motu sidera, in quas discucurrerint partes, contrane ‖ deus steterit,

2 a **C** ‖ * babylonia **C** babyloniam **ST** ‖ 5 aureli **C** ‖ 6 is *om.* **ST** ‖ 7 contemtum **CTa** conceptus **Tb** ‖ 10 metu **AST** ‖ magnis **B** ‖ 11 est supra **C** ‖ 12 uos **C** ‖ 14 aetate magna *del. Haase Konitz.* ‖ 15 futurorum **O**, fatorum *Schult.* ‖ 16 qui **Ta** quin **CS** ‖ 18 uisuimus **A** uisumus (i *supra*) **B**, quaesiuimus *O. Ribbeck* ‖ 19 nominibus **A** ‖ 20 inutile **Aa** ‖ * desidemus **O** ‖ 21 ad **C** ‖ 22 quid **O** ‖ 24 *uerba* nat. inq. *post* 25 nuntiam *transp. Kon.* ‖ prima melioram **C** prima meliorem **ST**, *corr. Haase Burs.* ‖ 25 habentes *Haase* ‖ ⟨quaerunt⟩ quo *O. Ribbeck* ‖ moto **C** ‖ 26 deos *Schult.* ‖ isteterint **C**

an placidus adfulserit sol; an plenam lucem, ⟨an⟩ initia surgentis acceperit, an abdiderit in noctem obscurum caput luna; Saturnus nascentem, an ad bella Mars militem, an negotiosum in quaestus Mercurius exceperit, an blanda adnuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime Iuppiter tulerit, aestimant: tot circa unum caput tumultuantis deos! Futura 3
nuntiant: plerosque dixere uicturos, at nihil metuentis oppressit dies; aliis dedere finem propinquum, at illi superfuere agentes inutilis animas; felices nascentibus annos spoponderunt, at fortuna in omnem properauit iniuriam. incertae enim sortis uiuimus: unicuique ista pro ingenio finguntur, non ex fide scientiae. Erit aliquis orbe toto locus, qui te uictorem non uiderit? Babylon ei cluditur, cui patuit Oceanus.

Divisio. In hac suasoria nihil aliud tractasse 4
Fvscvm scio, quam easdem quas supra retuli quaestiones ad scientiam futuri pertinentis. Illud, quod nos delectauit, praeterire non possum. Declamitauerat Fvscvs Arellivs controuersiam de illa quae, postquam ter mortuos pepererat, somniasse se dixit, ut in luco pareret. Valde in uos contumeliosus fuero, si totam controuersiam quam ego intellego me dicere ... ⟨cum⟩ Fvscvs declamaret et a parte aui non agnoscentis puerum tractaret locum contra

1 sol in plenam **CSTa** ‖ 1. 2 anuitia **ST** inuitia **C** ‖ 2 acceperint **O** ‖ 3 nocentem **C**, nasc. ad cultum agrorum *add. Kon.* ‖ 4 maris **C** ‖ 6 sublim **C** ‖ tulerint **C** ‖ 8 nuntiantes *Schult.* ‖ et **O** at *W. Müller* ‖ 10 egentes inutili anime **C** *om.* **Ta** alii **STb**, *corr. Haase. O. Ribbeck* ‖ 11 adnos **C** ‖ 12 incertae enim **Tb** enim incertae **STa** incertae **C** ‖ 13 uiuimus enim **C** uiu. omnes *Kon.* ‖ figuntur **ST** ‖ 14 ex ui scientie de erit **STVb** ex uide erit **AVa** ex ide erit **B**; ex fide. Erit *Burs.* ‖ tot **A** tota **Ba** ‖ 15 uictore **ABa** ‖ Babyloni **C** Babylone **STa** e Babylonia **Tb**, Babylon ei *Freinsheim in Curt. ind. s. v. Babylon.* ‖ clauditur **ST** ‖ 18 fuscus **C** ‖ 19 qui **Ta** ‖ 20 nos delectabit? ‖ declamitabat **O**, *corr. Schult.* ‖ 25 ⟨posuero⟩ *N. Faber* ‖ cum *add. N. Faber* ‖ 25. 26 apte aut **O**, *corr. N. Faber*

somnia et deorum prouidentiam, et male de magnitudine eorum dixisset mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret, summis clamoribus illum dixit Vergili uersum:

[Aen. IIII 379] Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat.

5 Auditor Fvsci quidam, cuius pudori parco, cum hanc suasoriam de Alexandro ante Fuscum diceret, putabat aeque belle poni eundem uersum et dixit: ||
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat.

Fvscvs illi ait: si hoc dixisses audiente Alexandro, scisses apud Vergilium et illum uersum esse:

[Aen. II 553] capulo tenus abdidit ensem.

Et quia soletis mihi molesti esse de Fvsco, quid fuerit, quare nemo uideretur dixisse cultius, ingeram uobis Fuscinas explicationes. Dicebat autem suasorias libentissime et frequentius Graecas quam Latinas. Hybreas in hac suasoria dixit: *οἷον ἔσχεν ἡ Βαβυλὼν μάντιν ὀχύρωμα.*

## ⟨SVASORIA V.⟩

Deliberant Athenienses an tropaea Persica tollant, Xerse minante rediturum se nisi tollerentur.

1 Arelli Fvsci. Pudet me uictoriae uestrae, si fugatum creditis Xersem ut reuerti possit. Tot caesa milia, nihil ex tanta acie relictum minanti nisi quod uix fugientem sequi possit; totiens mersa classis; quid Marathona, quid Salamina referam? pudet di-

3 puerperos **C** || 5 silicet **ST** || 7 porco **A** pco **T** || 8 putabat **Tb** putabit **CSTa** putauit *uolgo* || 9 et *om.* **ST** || 10 silicet **ST** || quitos **C** || 13 te illum **ST** || 14 abdit tensem **C** || 19 ECXNHE **O** || 20 ANTIN **O** || OXYPAMA **A** || 22 trophea *passim* **CST**, eropea **A** || 23 Xerxe *passim* **A** || minate **C** || si **STa** || tolleretur **B** || 24 sic fugatum **ST**; si ita *c. Burs.*

cere: dubitamus adhuc an uicerimus. Xerses ueniet? nescio quomodo languet circa memoriam iacturae animus et disturbata arma non repetit. prior enim metus futuri pignus est, et amissa ne audeat amissurum monent. Vt interdum in gaudio surgit animus et spem ex praesenti metitur, ita aduersis frangitur. Omnis destituit animum dies ubi ignominia spem premit, ubi nullam meminit aciem nisi qua fugerit; errat circa damna sua, et quae male expertus est uota deponit. Si uenturus esset non minaretur: saeuis ira ardet ignibus et in pacta non soluitur. Non denuntiaret si uenturus esset, neque 2 armaret nos nuntio nec instigaret uictricem Graeciam nec sollicitaret arma || felicia: magis superueniret inprouidis: nam et ⟨antea⟩ arma indenuntiata mouerat. Quantumcunque Oriens ualuit primo in Graeciam impetu effusum est: hoc ille numero ferox et in deos arma tulerat. extincta tot ante Xersem milia, tot sub ipso, iacent: nulli nisi qui fugerunt supersunt. Quid dicam Salamina? quid Cynaegiron referam et te Polyzele? et hoc agitur, an uiceris? Haec ego tropaea de ⟨te⟩ posui, haec in totius conspectu Graeciae statui, ne quis timeret Xerxem minantem. Me miserum, pugnante Xerxe tropaea posui, fugiente tollam? Nunc Athenae uincimur: non tantum credetur redisse set uicisse Xerses. Non 3 potest Xerses nisi per nos tropaea tollere. Credite mihi, difficilest adtritas opes recolligere et spes fractas nouare et ⟨ex⟩ paenitenda acie in melioris euen-

3 armata **A** || 4 regnus **C** renus **ST**, *corr. Schott* || esset **O**, *corr. Haase* || amisse **STa** || 5 gaudia **O**, *corr. O. Iahn* || 7 est sit **CSTa** aest situ **Tb** *corr. Schott*, destruit *Burs.* || 11 suis ira **O**, *corr. Schult.* || pactarion **STaV** || 15 etiam antea *O. Rebling* || antea *om.* **O**, *add. Schulting* || moueret **O**, *corr. Burs.* || 17 illo **O** || 18 extincto tante serse **C** || xerse **ST** || 19 iacerent **CSTa** iacuerunt *Burs.* || 21 poly(i)teles **O**, *corr. Schott coll. Diog. Laert.* I 2, 8, 56 || uiceritis? || 22 * de posui **CSTa** posui **Tb**, ideo posui *Schult.* || 25 cathenę **C** || 29 ex *add. Schult.*

tus fiduciam surgere. Cesti Pii. Inferam, inquit, bellum. alia mihi tropaea promittit. Potest maior uenire quam uictus est? Argentarii. Non pudet uos? pluris tropaea uestra Xerxes aestumat quam uos.

4 Divisio. Fvscvs sic diuisit: etiamsi uenturus est Xerses nisi tollimus, non sunt tropaea tollenda. Confessio seruitutis est iussa facere: si uenerit uincemus; hoc non est diu colligendum de eo: dico ‘uincemus’ quem uicimus. Sed ne ueniet quidem: si uenturus esset non denuntiaret; fractus est et uiribus et animo. Cestivs et illud adiecit, quod in prima parte tractauit, non licere Atheniensibus tropaea tollere: commune in illis ius totius Graeciae esse; communem uictoriam, bellum fuisse commune. deinde ne fas quidem esse: numquam factum ut quisquam consecratis uirtutis suae operibus manus adferret. Ista tropaea non sunt Atheniensium, deorum sunt; illorum bellum fuit, illos Xerses uinculis, illos sagittis persequebatur. Hic omnia ad impiam
5 et superbam Xerxis militiam pertinentia. Quid ergo? bellum habebimus? habuimus; et si Xersem remoueris, inuenietur alius hostis: numquam magna imperia otiosa. Enumeratio bellorum prospere ab Atheniensibus gestorum. Deinde non erit bellum: Xerxes enim non ueniet. multo timidiores esse quom superbissimi fuerint. Nouissime, ut ueniat, cum quibus ueniet? reliquias uictoriae nostrae colliget: illos adducet quos priore bello quasi inutiles reliquerat, aut

1 cesti pii *om.* **A** ‖ 2 postest **Ba** ‖ 3 podest *in* potest *corr.* **A** ‖ 5 eiamsi **A** ‖ 6 si **STa** ‖ 8 colliendum deo **C** ‖ 9 nec **STa** ‖ 10. 11 sed uiribus **C** ‖ 11 * dicit **O** ‖ 14 communem (commune **A**) bellum fuisse commune uictoriam **C** ‖ 16 munus **O** ‖ 17 ferret **C** auferret **ST**; inferret *O. Iahn*, 16 consecratum — munus auferret *Burs.* ‖ 19 illo **A** ‖ sagitis **ST** agitis **B** ‖ * haec omnia **O**; *uerba* haec ... pertinent *interpolatori debere coniec. Kon.* ‖ 20 superbiam **STa** ‖ * pertinent ea quid **C** pertinent ecquid **TV** p. et quid **S** ‖ remouebis **O**, *corr. Schult.* ‖ 23 enim **A** omnium **BST**, *corr. ego*, *Haase* ‖ 25 quam **O**, *corr. O. Ribbeck* ‖ 28 reliquias nouit **O**, *corr. Burs. qui et* reliquit domi et si — constituti sunt *proposuit*

si qui ex fuga consecuti sunt. nullum habet militem nisi aut fastiditum aut uictum. ARGENTARIVS 6 his duobus contentus fuit: aut non uenturum Xerxen, aut non esse metuendum si uenerit. his solis institit, et illud dixit quod exceptum est: 'tollite', inquit, 'tropaea'. si uicisti, quid erubescis? si uictus es, quid imperas? Locum mouit non inutiliter: iudicare quidem se neque Xerxen neque iam quemquam Persarum ausurum in Graeciam effundi; sed eo magis tropaea ipsis tuenda, si quis umquam illinc uenturus hostis esset, ut conspectu tropaeorum animi militum accenderentur, hostium frangerentur. BLANDVS dixit: repleat ipse prius Atho, et maria in 7 antiquam faciem reducat. apparere uult posteris quemadmodum uenerit: appareat quemadmodum redierit. TRIARIVS omni dimissa diuisione tantum exultauit, quod Xerxen audiret uenire: adesse ipsis nouam uictoriam, noua tropaea. SILO POMPEIVS uenusto genere sententiae usus est: 'nisi tollitis', inquit, 'tropaea, ego ueniam'. hoc ait Xerses: nisi haec tropaea tollitis, alia ponetis. Alteram partem solus 8 GALLIO declamauit et hortauit ad tollenda tropaea; dixit gloriae nihil detrahi: mansuram enim memoriam uictoriae quae perpetua esset; ipsa tropaea et tempestatibus et aetate ‖ consumi; bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro coniugibus, pro liberis: pro re superuacua et nihil nocitura si defieret, non esse suscipiendum. Hic dixit utique uenturum Xerxen et descripsit aduersus ipsos deos tumentem; deinde habere illum magnas uires: neque omnes

1 sequi **A** *unde* inutiles noluit sequi *relicuis deletis c. Kon.* ‖ 2. 3 Argentarii. Vsis **CTa** ‖ 3 aut uenturum **A** ‖ 5 excertum **C** ‖ 7 iocum **STb** ‖ 9. 10 effundisse, deo **C** effundisse. Ideo **STa**, *corr. Schott* ‖ 10 ipsi **C** ‖ 11 trophea **A** ‖ 12 accenderent **C** ‖ 13 ipse se **C** ‖ hatos **C** hiatus **ST**, *corr. Bursian* ‖ 14 uoluit **ST** ‖ 17 xermè **STa** ‖ ad se **O**, adesse *Haase* ‖ 19 sententia **CSTa** ‖ 21 illa **BSTa** illā **A** ‖ 22 ortauit **C** ‖ 27 fieret **O**, *corr. H. Sauppe*

illum copias in Graeciam perduxisse nec omnes in Graecia perdidisse; timendam esse fortunae uarietatem; exhaustas esse Graeciae uires nec posse iam pati alterum bellum: illi esse inmensam multitudinem hominum. Hoc loco disertissimam sententiam dixit quae uel in oratione uel in historia ponatur: diutius illi perire possunt quam nos uincere.

## ⟨SVASORIA VI.⟩

Deliberat Cicero an Antonium deprecetur.

1 Q. Haterivs. Sciant posteri potuisse Antonio seruire rempublicam, non potuisse Ciceronem. Laudandus erit tibi Antonius: in hac causa etiam Ciceronem uerba deficient. Crede mihi, quam diligenter te custodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tacere non possit. Si intellegis, Cicero, non dicit 'roga ut uiuas', sed 'roga ut seruias'. Quemadmodum autem hunc senatum intrare poteris, exhaustum crudeliter, repletum turpiter? intrare autem tu senatum uoles, in quo non Cn. Pompeium uisurus ⟨es⟩, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortensium, non Lentulum atque Marcellum, non tuos, inquam, consules Hirtium ac Pansam? Cicero, quid in alieno
2 saeculo tibi? iam nostra peracta sunt. M. Cato, solus maximum uiuendi moriendique exemplum, mori maluit quam rogare — nec erat Antonium rogaturus — et illas usque ad ultimum diem puras a ciuili sanguine manus in pectus sacerrimum armauit.

5 homini **C** ‖ 6 ponitur **O**, *corr. Schult.* ‖ 9 an *om.* **C** ‖ 12 erat **Ba** ‖ ubi **CSTa** ‖ 13 deficiunt **CSTa** ‖ * cum **O** ‖ 16 *bis* uti **ST** ‖ 17 sanątum **B** ‖ 18 turoiter **C** ‖ senatus **B** ‖ 19 es *om.* **O** ‖ 22 hac **B** hęc **A** ‖ 23 ubi **CSTa** tibi **Tb** ‖ paracta **B** ‖ K. M. Cato **B** Cato **ST** ‖ 24 monendique **STa** ‖ 25 malluit **C** ‖ neg **C** ‖ erad **B** ‖ antonium antonium **Aa** ‖ 26 curas **C** ‖ 27 sanguinem **C** ‖ in sectus acerrimem **C** infectas acerrime **ST**, *corr. Burs.*

Scipio cum gladium penitus abdidisset, quaerentibus qui in nauem transiuerant militibus imperatorem 'imperator', inquit, 'bene se habet'. uictus uocem uictoris emisit. 'Vetat', inquit, 'Milo rogari iudices': i nunc et Antonium roga. PORCI LATRONIS. 3
Ergo loquitur umquam Cicero ut non timeat Antonius, loquitur umquam Antonius ut Cicero timeat? Ciuilis sanguinis Syllana sitis in ciuitatem redit, et ad triumuiralem hastam pro uectigalibus ciuium Romanorum mortes locantur; unius tabellae albo Pharsalica ac Mundensis Mutinensisque ruina uincitur, consularia capita auro rependentur: tuis uerbis [Cicero] utendum est: 'o tempora, o mores!' Videbis [in Catil. I 1, 2] ardentes crudelitate simul ac superbia oculos; uidebis illum non hominis sed belli ciuilis uultum; uidebis illas fauces per quas bona Cn. Pompei transiuerunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem; uidebis illum pro tribunali locum quem modo magister equitum, cui ructare turpe erat, uomitu foedauerat: supplex accadens genibus deprecaberis? eo ore, cui se debet salus publica, humilia in adulationem uerba summittes? Pudeat: Verres quoque proscriptus fortius periit. CLAVDI MARCELLI 4
AESERNINI. Occurrat tibi Cato tuus, cuius a te laudata mors est: quicquam ergo tanti putas, ut ui-

1 gaudium **A** ‖ ponitur **ASTa** ponitus **B** poni **Tb**, *corr. Burs.* ‖ abdidisse **ABaT** ‖ 2 transierant **T** ‖ 4 uictorie **O** ‖ misit **ABaST** ‖ rogare **O** ‖ iudicis **A** ‖ 5 u nucet **C** v ñc et **ST**, *corr. Schott* ‖ rogat **T** ‖ 7 annomeos ut **Ba** an ut **A** ‖ 8 sylla **B** ‖ ciuitate **A** uitatem **Ba** ‖ 9 ciues Romani **CSTa** ‖ 10 iniusta bella **O**, *corr. Gron.* ‖ molbo **A** ‖ 11 mutiniensisque **O** ‖ 12 Cicero *deleui cum* **A** ‖ 15 uidebas **A** ‖ 16 transierunt **ST** ‖ 17 clamatoriam **CSTa** ‖ 18 loco quo **AST** loco quomodo **B**, *corr. Schott* ‖ 19 cum raptaretur p̃erat **O**, *corr. Schott* ‖ 20 accades **A** accadar **B** ‖ 21 et ore **O**, *corr. Haase* ‖ 22 adulatione **O** ‖ summittentes **A** *m. pr.* ‖ * uerrem **O** ‖ quodque **CSTa** quod **Tb** ‖ 23 perit **BST** parit **A**, *corr. Burs.* ‖ clmarylli **B** clpmarylli **A** cyrimarilli **T**, *corr. N. Faber* ‖ 24 tusculus a te **CSTa** ‖ 24. 25 laudat amor **C**

tam Antonio debeas? Cesti Pii. Si ad desiderium populi respicis, Cicero, quandoque perieris, parum uixisti; si ad res gestas, satis uixisti; si ad iniurias fortunae et praesentem reipublicae statum, nimium diu uixisti; si ad memoriam operum tuorum, semper uicturus es. Pompei Silonis. Scias licet tibi non expedire uiuere, si Antonius permittit ut uiuas. Tacebis ergo proscribente Antonio et rempublicam laniante? [et] ne gemitus quidem tuus liber erit. malo populus Romanus mortuum Ciceronem quam uiuum

5 desideret. Triarii. 'Quae Charybdis est tam uorax? [Cic. Phil. II 27, 67] Charybdim dixi, quae si fuit, animal unum fuit; uix medius || fidius Oceanus tot res tamque diuersas uno tempore absorbere potuisset'. Huic tu saeuienti putas Ciceronem posse subduci? Arelli Fvsci patris. Ab armis ad arma discurritur: foris uictores, domi trucidamur, domi in sanguine intestinus hostis incubat: quis non hoc populi Romani statu Ciceronem ut uiuat cogi putat? Rogabis, Cicero, turpiter Antonium, ⟨et⟩ frustra. Non te ignobilis tumulus abscondet; idem uirtutis tuae qui finis est mortalium. humanorum operum custos memoria, quae magnis uiris uitam perpetuat, in omnia te

6 saecula sacratum dabit: nihil aliud intercidet quam corpus fragilitatis caducae, morbis obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus obiectum; animus uero diuina origine haustus, cui nec senectus ulla nec mors, onerosi corporis uinculis exsolutus ad sedes suas et cognata sidera recurret. Et tamen si

2 quando **T** quanto **C**, *corr. Schott* || 2. 3 parum uicisti **C** || 4 praesenti **A** || 8 rep̃ **C** || 9 et *deleui* || 11 quod caribdis **C** || 13 midius **B** || ono **B** || 14 absoluere **CSTa** || 15 subdici **A** || patris *om.* **T** || 17 *bis* dũ **O**, domi *Schott* || 20 et *add. Schult.* || 21 abscondit **A** || uirtuti **O** || virtutis tuae ⟨uitae⟩que finis est. Imm. operum (*del.* humanorum) *Madvig* || 22 immortalium **O**, *corr. Gron.* || memoriã **A** || 23 * que manus uiri (magni uiri **Tmg**) uita perpetua est **O** quae mansura perpetua est *Madvig.* qua mansura u. perpetuo est *Schult.* || 24 secuta **CSTa** || 25 moribus obnoxium **B** || 28 exsulatus **Aa** || 29 recurrit **C**

ad aetatem annorumque (numquam obseruatum uiris
fortibus) numerum respicimus, sexaginta supergressus
es nec potes non uideri nimis uixisse, qui moreris
reipublicae superstes. Vidimus furentia toto orbe
ciuilia arma, et post Italicas Pharsaliasque acies
Romanum sanguinem hausit Aegyptus. quid in-
dignamur in Ciceronem Antonio licere ⟨quod⟩ in
Pompeium Alexandrino licuit? an non sic occidun-
tur qui ad indignos confugiunt? CORNELI HISPANI. 7
Proscriptus est ille qui tuam sententiam secutus est:
tota tabula tuae morti proluditur; alter fratrem pro-
scribi, alter auunculum patitur: quid habes spei?
ut Cicero periret tot parricidia facta sunt. Repe-
tas tecum tot patrocinia, tot clientelas et maximum
beneficiorum tuorum, ⟨rempublicam⟩ ipsam: iam intel-
leges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non
posse. ARGENTARII. Explicantur triumuiralis regni
delicata conuiuia, et popina tributo gentium instrui-
tur; ipse, uino et somno marcidus, deficientes oculos
ad capita proscriptorum || leuat. iam ad ista non sa-
tis est dicere: 'hominem nequam!' [Cic. Phil. II 31,77]

DIVISIO. LATRO sic hanc diuisit suasoriam: etiam- 8
si impetrare uitam ab Antonio potes, non est tanti
rogare; deinde: impetrare non potes. In priore illa
parte posuit turpe esse cuilibet Romano, nedum
Ciceroni, uitam rogare: hoc loco omnium qui ultro
mortem adprehendissent exempla posuit. deinde:

3 potes uideri non **O**, *corr. Schult.* || 4 rep̄ **B** || superstites **C** || toto orbe furentia toto orbe **ST** || 5 parsiliasq; **A** || 6 quin **C**, quod *W. Müller* || 7 Cicerone **O**, *corr. Gron.* || quod *add. Gron.* || 8 Pompeio **O**, *corr. Gron.* || ad non **C** || 11 toto **A** || 13. 14 * repete agecum **O**; tecum *Schult.* agedum *Haase, Burs.* || 15 remp. *add. Schult.* || ipsum **O** || 17 triumuralis **B** || 19 ipso **A** || 20 prostorum **A** || 21 hominem quam **B** || 22 diuisionem suasoriam
b a
**ABaSTaV** diuisit suasoriam **Tb** diuisit omnem s. **Bb** *ut uid.* || 23 impetrares **ST** || Antonio (antonino **B**). Nō potes tanti **CSTa A**. non est tanti **Tb**, *corr. Burs.* || 24 priora **A** || 26 tam rogare **A** tam rogaret **B**

inutilis uita futura, et morte grauior detracta libertate. hic omnem acerbitatem seruitutis futurae descripsit. deinde: non futuram fidem impetranti beneficium. hic cum dixisset: aliquid erit quod Antonium offendat aut factum tuum aut dictum aut silentium aut uultus, adiecit sententiam: haut enim
9 placiturus es. Albvcivs aliter diuisit: primam partem fecit moriendum esse Ciceroni, etiamsi nemo proscriberet eum: hic insectatio temporum fuit. Deinde: moriendum esse illi sua sponte, quom moriendum esset etiamsi mori noluisset: graues odiorum causas esse; maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. Et solus ⟨de⟩ declamatoribus temptauit dicere non unum illi esse Antonium infestum. hoc loco dixit illam sententiam: si cui ex triumuiris non es inuisus, grauis es. et illam sententiam quae ualde excepta est: roga, Cicero,
10 exora unum, ut tribus seruias. Cestivs sic diuisit: mori tibi utile est, honestum est, necesse est, ut liber et inlibatae dignitatis consummes uitam. hic illam sententiam dixit audacem: ut numereris cum Catone, qui seruire ⟨ne⟩ Antonio quidem nondum domino potuit. Marcellvs hunc sensum de Catone melius: usque eone omnia cum fortuna populi Romani conuersa sunt, ut aliquis deliberet, utrum satius sit uiuere cum Antonio, an mori cum Catone? Sed ad diuisionem Cesti reuertamur. Dixit utile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur:

1 utilis illis (illa **Ta**) **O**, *corr. Haase* ‖ grauiora **A** ‖ 3 * futurum fidei **O** ‖ impetratae **O**, *corr. Haase* ‖ 4 erat **Ba** ‖ 6 aut erit **C** haut enim **T** hanc(?) enim **S** hanc: unde enim ei *Schult.* ‖ 9 cum haec **O**, *corr. Schult.* ‖ 10 est ille (illi **Tb**) se sua **O**, *corr. Burs.* ‖ * quā **CSTa** quia **Tb**, quoniam *Haase* ‖ 12 causa **A** ‖ 13 * de *om.* **ABaSTa** ex **B** *m. rec.* **Tb** ‖ 16 esset **BST** est et **A** ‖ 16. 17 illa sententia **O**, *corr. Schult.* ‖ 18 unum *om.* **ST** ‖ seruibas **A** ‖ 19 ut ille **C** ‖ 20 consumes **BST** ‖ 22 ne *add. Burs.* ‖ nundum **O** ‖ 23 domino non potuit **Tb** ‖ 26 a **A** ‖ 27 diuisione **C** ‖ 28 utille **C**

non simplici illum modo periturum, si [in] Antonii manibus incidisset. in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni et uerbera et tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: tum mehercules, Cicero, cum ueneris ad Antonium, mortem rogabis. Varivs Geminvs sic diuisit: hor- 11
tarer te, si nunc alterutrum utique faciendum esset, aut moriendum aut rogandum, ut morereris potius quam rogares; et omnia conplexus est quae a ceteris dicta erant. Addidit et tertium: adhortatus est illum ad fugam. illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. et adiecit illam sententiam quam Cassius Seuerus unice mirabatur: qui deficimus? et respublica suos triumuiros habet. Deinde etiam quas petere posset regiones percucurrit: Siciliam dixit uindicatam esse ab illo, Ciliciam a proconsule egregie administratam, familiares studiis eius et Achaiam et Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficiis, Aegyptum et habere beneficii memoriam et agere perfidiae paenitentiam. sed maxime illum in Asiam et in Macedoniam hortatus est in Cassi et in Bruti castra. Itaque Cassivs Severvs aiebat alios declamasse, Varium Geminum uiuum consilium dedisse.

Alteram partem pauci declamauerunt. nemo ausus 12
est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari, bene de Ciceronis animo iudicauerunt. Geminvs Varivs declamauit alteram quoque partem et ait: spero me Ciceroni meo persuasurum ut uelit uiuere. quod grandia loquitur et dicit: 'mors nec imma- [Cic. in Cat. IV 2, 3]

1 in *deleui* ‖ antonio **A** *m. pr.* ‖ 2 manim⁹ **Ta** ‖ hanc **A** ‖ 5 * tu **O** ‖ 6 gemitius **A** ‖ ocarer **A** ‖ 7 * si non **O** ‖ aliter utrum **CSTa** ‖ 8 moreris **A** ‖ 10 * aliquid **O**, aliquid est *Haase* ‖ 14 quid **O**, *corr. O. Iahn* ‖ deficiemus **O**, *corr. Burs.* te faciemus *Haase* ‖ 15 religiones **C** ‖ 16 Ciliciam] ciliā **A** ‖ 17 familiare **C** ‖ 18 deiotare **B** dei optari **STa** ‖ 20. 21 maximā illam **A** ‖ 23 audiebat **C** ‖ uarrum **C** utrum **STa** ‖ uiū **STa** biuū **Tb** l'unum **Tmg** *Schult.* ‖ 28 clamauit **CSTa**

tura consulari nec misera sapienti', non mouet me: ideo tamen ⟨non⟩ peribit; ego belle mores hominis noui: faciet, rogabit. nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit; iam collum tritum habet; et Pompeius illum et Caesar subiecerunt: ueteranum mancipium uidetis. et complura alia dixit scurrilia
13 ut illi mos erat. Diuisit sic ut diceret, non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum. In priore parte illud posuit, non esse turpe ciuem uictorem rogari a uicto. ‖ hic quam multi rogassent C. Caesarem, hic et Ligarium. deinde ne iniquum quidem esse Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscripsisset, qui hostem iudicasset; ab eo semper nasci satisfactionem † ac dacto rogari. deinde non pro uita illum sed pro republica rogaturum: satis illum sibi uixisse, reipublicae parum. In sequenti parte dixit exorari solere inimicos, ipsum exoratum a Vatinio, Gaio quoque Verri adfuisse. facilius exorari Antonium posse qui, cum tertius esset, reliquis III ⟨uiris⟩ hanc tam speciosam clementiae occasionem praeriperet. fortasse ei irasci Antonium, quia ne tanti quidem
14 illum putasset quem rogaret. Fuga quam periculosa esset cum descripsisset, adiecit quocunque peruenisset seruiendum illi esse: ferendam esse aut Cassii uiolentiam aut Bruti superbiam aut Pompei stultitiam.

Quoniam in hanc suasoriam incidimus non alienum puto indicare, quomodo quisque se ex histo-

1 monet **A** ‖ 2 * ideotam (idiotam **ST**) perit **C**, ne ideo uitam petat *Schult.* ‖ 3 ficiet **B** ‖ 4 resabit **A** ‖ 5 subierunt **A** ‖ ueteranum ... dixit *om.* **Ta** ‖ 6 scurilia **C** ‖ 8 priori **T** ‖ 9 esse non **A** ‖ 11 esse quidem **ST** ‖ 12. 13 qui etem **C** quietū **ST**, *corr. Gron.* qui litem incohasset *Burs.* qui et aequum iudicasset *Schult.* ‖ 13 ab reo *Schult.* ‖ 14 dacto **A** dato **BST** data *Burs.* ⟨eum⟩ aequo pacto rogare *W. Wagner* ‖ 15 rip. **A** ‖ 16 rei parū **C** ‖ 17 solet **Aa** ‖ exortatum **C** ‖ 18 uerra **A** ‖ adfuturum fuisse *Schult.* ‖ 19 tertio **C** ‖ * nequis tribus **O** ‖ 20 p̃t'iret **ST** ‖ 21 fortasset **ABa** fortasse et **Bb** fortasse **ST**, *corr. W. Müller* ‖ qui **O**, *corr. O. Iahn* ‖ ne *om.* **A** ‖ 22 ullum **C** ‖ quā **A** ‖ 26 q̃m **A** quā **B** q̃ō **S** a quando **Tb** ‖ hac **C** ‖ suasoria **B**

ricis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. Nam quin Cicero nec tam timidus fuerit ut rogaret Antonium, nec tam stultus ut exorari posse ⟨eum⟩ speraret, nemo dubitat excepto Asinio Pollione qui infestissimus famae Ciceronis permansit. et is etiam occasionem scolasticis alterius suasoriae dedit; solent enim scolastici declamitare: deliberat Cicero an salutem promittente Antonio orationes suas comburat.

Haec inepte ficta cuilibet uideri potest. Pollio 15 uult illam ueram uideri; ita enim dixit in ea oratione, quam pro Lamia edidit. Asini Pollionis. 'Itaque numquam per Ciceronem mora fuit, quin eiuraret suas esse quas cupidissime effuderat orationes in Antonium; multiplicesque numero et accuratius scriptas illis contrarias edere ac uel ipse palam pro contione recitare pollicebatur'; adieceratque his alia sordidiora multo, ut ‖ cuilibet facile liqueret hoc totum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt negant eum haec dixisse — nec enim mentiri sub triumuirorum conscientia sustinebat — sed postea conposuisse. Nolo 16 autem uos, iuuenes mei, contristari, quod a declamatoribus ad historicos transeo. satisfaciam uobis et fortasse efficiam, ut his sententiis lectis solidis et uerum habentibus ⟨a scolasticis⟩ recedatis. sed quia, hoc si iam recta uia consequi non potero, decipere uos cogar, uelut salutarem daturus pueris potionem

1.2 namq; **O**, *corr. Gron.* ‖ 3 possem **AaB** ‖ eum *addidi* ‖ 4 quinfestissimus **C** ‖ 6 scolaticis *passim* **ST** ‖ 7 declamatores **O**, *corr. Burs.* ‖ 8 promittentem **C** ‖ comburet **B** ‖ 9 hoc **ABa** ‖ 10 ullam **C** ‖ uidere **O** ‖ dicit *Schult.* ‖ 11 dedit **O**, *corr. Schult.* ‖ Polionis **A** ‖ 12 perficere ne mora **C** perficere nec mora **ST**, *corr. Burs.* ‖ qui ne iuraret **STa** qui neiura **A** qui neiurares **B** ‖ 13 suas esse *del. Gron.* ‖ quis **C** ‖ 14 accusatius **CSTa** ‖ 15 scriptus **A** ‖ illas **C** ‖ uelut **O** ‖ 16 ceteraque **O**, adieceratque *H. Müller* ‖ 17 tibi **O**, cuilibet *W. Müller* ‖ 20 interfuuerunt **C** ‖ 24 historicas **A** ‖ 26 habenti **C** ‖ a scolasticis *add. Burs.* ‖ et quia **O**, *corr. Burs.* ‖ 27 * si tam **O**, propositum *Burs.*

absinthiati poculi. Livivs adeo retractationis con-
silium habuisse Ciceronem non dicit, ut neget tem-
17 pus habuisse; ita enim ait: T. Livi. Marcus Cicero sub aduentum triumuirorum urbe cesserat pro certo habens id quod erat, non magis <se> Antonio eripi quam Caesari Cassium et Brutum posse: primo in Tusculanum fugerat, inde transuersis itineribus in Formianum ut ab Caieta nauem conscensurus proficiscitur. unde aliquoties in altum prouectum cum modo uenti aduersi retulissent, modo ipse iactationem nauis caeco uoluente fluctu pati non posset, taedium tandem eum et fugae et uitae cepit, regressusque ad superiorem uillam, quae paulo plus mille passibus a mari abest, 'moriar', inquit, 'in patria saepe seruata'. Satis constat seruos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos pati quod sors iniqua cogeret iussisse. Prominenti ex lectica praebentique inmotam ceruicem caput praecisum est. nec satis stolidae crudelitati militum fuit: manus quoque scripsisse aliquid in Antonium exprobrantes praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium iussuque eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno aduersus Antonium quanta nulla umquam humana uox cum admiratione eloquentiae auditus fuerat: uix attollen-

1 sumti (sãti **A** sumpti **STV**) populi huius **O**, summa ⟨parte⟩ poculi *Schult.* sumitote. Ti. Liuius *Th. Mommsen* absinthiati *uolgo* ‖ detractationis **BS** detractionis **A** detrectationis **T**, *corr. Schott* ‖ 3 l. liui **C** l. liuii **Tmg** liuii **Ta**, *corr. Burs.* 4 aduentu **ST** ‖ 5 * se *om.* **O**, eripi se *uolgo* ‖ 7 tuscula ñ **C** fuer̃ **C** fugierit **T**, fugerat **B** *m. rec.* **S** *corr.* ‖ 8 ut *om.* **ST** caiecta **Ba** ‖ conscensurum **ABa** ‖ proficissitur **ST** ‖ 9 prouectus **ST** ‖ 10 uenti **CSbTbV** ueniĕsia **Ta** ‖ 11 incerto uoluente *Gron.* ‖ 12 cępit **A** coepit **B** ‖ 17 et quias **C** et **ST**, et quiduis *Burs.* et quietos *uolgo* ‖ fors **O** ‖ 18 prominente (i) **A** ‖ lecticã **A** ‖ 19 inmota **C** ‖ 20 crudelitate **A** ‖ 21 praeciditur **STb** ‖ 26 eloquentia **C**, *del. Konitz.*

tes ⟨prae⟩ lacrimis oculos homines intueri truci-
dati membra ciuis poterant. Bassvs Avfidivs et 18
ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin forti-
ter se morti non praebuerit tantum, sed obtulerit.
Avfidi Bassi. Cicero paulum remoto uelo postquam
armatos uidit, 'ego uero consisto', ait: 'accede ue-
terane, et si hoc saltim potes recte facere, incide
ceruicem'. Trementi deinde dubitantique: 'quid si
ad me', inquit, 'primum uenissetis'? Cremvtivs 19
Cordvs et ipse ait Ciceronem secum cogitasse,
utrumne Brutum, an Cassium, an Sex. Pompeium
peteret, ⟨set⟩ omnia illi displicuisse praeter mortem.
Cremvti Cordi. Quibus uisis laetus Antonius, cum
peractam proscriptionem suam dixisset esse, quippe
non satiatus modo caedendis ciuibus, sed differtus
quoque, super rostra exponit. Itaque quo saepissime
ingenti circumfusus turba processerat, quae paulo
ante coluerat piis contionibus quibus multorum
capita seruauerat, tum per artus suos laceratus,
aliter ac solitus erat a ciuibus suis conspectus est,
praependenti capiti orique eius inspersa sanie, breui
ante princeps senatus Romanique nominis titulus,
tum pretium interfectoris serui. Praecipue tamen
soluit pectora omnium in lacrimas gemitusque uisa
ad caput eius deligata manus dextera, diuinae elo-
quentiae ministra; ceterorumque caedes priuatos lu-
ctus excitauerunt, illa una communem. Bryttedi 20

1 prae *add. Gron.* ‖ humentes intueri *W. Müller* ‖ trucidata **O**, *corr. Haase* ‖ 2 ciues *W. Müller* eius *uolgo* ‖ 7 saltem **ST** ‖ 8 quid? quasi *O. Iahn* ‖ 10 cum cogitasset **O**, *corr. W. Müller* ‖ 12 set *add. W. Müller* ‖ illa **A** ‖ 13 lusis **O** ‖ 14 esset **STa** ‖ 15 satius **STa** ‖ difertus **A** defectus **ST** ‖ 16 quodq; **B** quod **A** quotq; **ST** ‖ sit p **C**, super *Haase* ‖ * saepius ille **O** ‖ 18 praeclaris *O. Ribbeck* ‖ conationibus **C** ‖ in quibus *Schult.* ‖ 19 artes **Ba** ‖ * latus **O** ‖ 20 solutus **STa** ‖ 21 praetendenti **C** petendenti **STb** pecidenti (?) **Ta**, *corr. Burs.* praecanenti *Haase* ‖ insponsa **C** impensa **ST**, *corr. Haase* ‖ siniae **B** ‖ 23 * interfectoris sui **O** ‖ 25 ad cat **C** ‖ delicata **O** ‖ 27 brotedi **O**

Nigri. 'Elapsus interim altera parte uillae Cicero lectica per agros ferebatur; sed ut uidit adpropinquare notum sibi militem Popilium nomine, memor defensum a se laetiore uultu aspexit. at ille uictoribus id ipsum imputaturus occupat facinus, caputque decisum nihil in ultimo fine uitae facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat, oblitus se paulo ante defensum ab illo'. Et hic uoluit positi in rostris capitis miserabilem faciem de-
21 scribere, sed magnitudine rei obrutus est. ‖ Brvttedi Nigri. Vt uero iussu Antonii inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, datae gemitu et fletu maximae uiri inferiae, nec ut solet, uitam depositi in rostris corporis contio audiuit, sed ipsa narrauit. Nulla non pars fori aliquo actionis inclutae signata uestigio erat; nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miserrimi temporis seruitutem a Catilina dilatam in Antonium.

Quoties magni alicuius ⟨uiri⟩ mors ab historicis narrata est, toties fere consummatio totius uitae et quasi funebris laudatio redditur. hoc semel aut iterum a Thucydide factum, item in paucissimis personis usurpatum a Sallustio, T. Liuius benignius omnibus magnis uiris praestitit: sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, ut Graeco
22 uerbo utar, ἐπιτάφιον Liuius reddit. T. Livi. Vixit tres et sexaginta annos, ut si uis afuisset, ne in-

1 nicri **C** ‖ 4 uicto uictoribus **A** ‖ 6 decissum **ST** ‖ 10 magnitudines **A** ‖ brotedi **C** botredi **T** ‖ 13 dato **O**, *corr. N. Faber* ‖ 13. 14 maximo uiro *N. Faber* ‖ 14 ita **O**, *corr. Schult.*, rite *Gronov. qui* audiuit laudes *coniecit* ‖ 15 aut diuidit **C** ‖ 16 aliquae **ABa** ‖ 19 ac alienam **O**, *corr. O. Rebling* ‖ 21 uiri *add. Gron.* ‖ 22 ferre **C** ‖ 23 quas **A** ‖ 24 adhuc hydide **C** adhuc $\overset{t}{i}$didem **T** ‖ 25 l. liuius **CSTa** ‖ benignus **O** ‖ 26 praestitisse **O** ‖ 28 utar ei TITΛΦΙΟΝ **C** ‖ T *om.* **Ta**

matura quidem mors uideri possit. ingenium et operibus et praemiis operum felix; ipse fortunae diu prosperae et in longo tenore felicitatis magnis interim ictus uulneribus, exilio, ruina partium pro quibus steterat, filiae [morte] exitu tam tristi atque acerbo, omnium aduersorum nihil ut uiro dignum erat tulit praeter mortem, quae uere aestimanti minus indigna uideri potuit, quod a uictore inimico ⟨nil⟩ crudelius passurus erat quam quod eiusdem fortunae compos uicto fecisset. Si quis tamen uirtutibus uitia pensaret, uir magnus ac memorabilis fuit et in cuius laudes exsequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Vt est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator T. Liuius, plenissimum Ciceroni testimonium reddidit. 23 CORDI CREMVTI non est operae pretium referre redditam Ciceroni laudationem; nihil enim ‖ ipso ac Cicerone dignum est, ac ne hoc quidem quod paene maxime tolerabile est: CREMVTI CORDI. Proprias enim simultates deponendas interdum putabat, publicas numquam [ui] deserendas: ciuis non solum magnitudine uirtutum, sed multitudine quoque conspiciendus. AVFIDI BASSI. Sic M. Cicero decessit, uir natus ad reipublicae salutem, quae diu defensa et administrata in senectute demum e manibus eius elabitur, non ipsius uitio laesa, ⟨sed⟩ quod nihil in salutem eius aliud illi quam si caruisset Antonio placuit. Vixit sexaginta et tres annos ita, ut semper aut

2 operarum **O** ‖ 3 tenere **A** ‖ 4 exiliorū ina **A** ‖ partitum **C** ‖ 5 filii **O** ‖ morte *del. Madvig* ‖ tū **A** ‖ 7 quā **O** ‖ eastimanti **A** ‖ 9 nil *om.* **O** ‖ passus **O**, *corr. I. Lipsius* ‖ 10 composito **O**, *corr. Th. Mommsen, O. Rebling* compos in eo *Madvig* compos item *Schult.* 11 penserit **T**, pensauit *Gron.* 12 sequendas **O**, *corr. Gron.* ‖ 14 aestimatur **O** ‖ 16 non esto opere **C** ‖ * etiam **O** pretium *ego, W. Müller* ‖ deferre **O**, *corr. Schott* ‖ ipse **CSTa** ‖ a **O** ac *Burs.* ‖ 18 quod per se *W. Müller* ‖ 19 tolerabili **STa** ‖ 21 ui *deleui* ‖ descredendam **O**, *corr. Bursian* ui decernendas *Bücheler* ‖ magnitudinem **Ba** ‖ 22 uirtutem **O** ‖ multitudinem **C** ‖ 25 habitu **O** ‖ 26 sed *add. Schult.* ‖ salute **O**

peteret alterum aut inuicem peteretur, nullamque rem rarius quam diem illum quo nullius interesset
24 ipsum mori uidit. Pollio quoque Asinivs, qui Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat; testimonium tamen quamuis inuitus plenum ei reddidit. Asini Pollionis. 'Huius ergo uiri tot tantisque operibus mansuris in omne aeuum praedicare de ingenio atque industria superua⟨cuum est⟩. Natura autem atque fortuna pariter obsecuta est ei, ⟨si⟩ quidem facies decora ad senectutem prosperaque permansit ualetudo; tum pax diutina cuius instructus erat artibus contigit. namque ad priscam seueritatem iudiciis exactis maxima noxiorum multitudo prouenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat. Iam felicissima consulatus ei sors petendi et gerendi magna munera deum consilio industriaque: utinam moderatius secundas res, et fortius aduersas ferre potuisset! namque utraeque cum euenerant ei, mutari eas non posse rebatur. inde sunt inuidiae tempestates coortae grauissimae, eo certiorque inimicis adgrediendi fiducia; maiore enim simultates adpetebat animo quam gerebat. Sed quando mortalium nulli uirtus perfecta contigit, qua maior pars uitae atque ‖ ingenii stetit ea iudicandum de homine est. Atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse
25 tam miseram mortem putasset'. Adfirmare uobis possum nihil esse in historiis eius hoc quem retuli loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronem,

2 quod nullius **O** ‖ 6 inuitos **A** ‖ * redidit **A** reddit **BT** ‖ 7 Polionis **A** ‖ 8 mansuri *Burs.* ‖ 9 superba natura **O**, *corr. Schott* superuacaneum; n. *Haase* ‖ 11 si *add. W. Müller. Madvig* cui *Burs.* ‖ 12 ualitudo **A** ‖ tunc **O** ‖ 13. 14 a prisca seueritate iudicis exacti maximorum noxiorum **O**, *corr. Gron. an* namque prisca seueritate e iud. exacta? ‖ 16 felicissima magno munere deum *c. O. Ribbeck* ‖ 18 situndas **Ba** ‖ 20 uenerant **O**, *corr. W. Müller* ‖ 21 inde secutae inuidiae et t. *Mommsen* ‖ 21. 22 * graues in eo **O** ‖ 23 maiores **CSTa** ‖ 27 nisi esse **C** ‖ 30 dissertius **C**

sed certasse cum Cicerone, uideatur. nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis: concupiscite et poenas Ciceroni dabitis. Nemo tamen ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortem deplorauit, quam Seuerus Cornelius.

CORNELII SEVERI.

Oraque magnanimum spirantia paene uirorum 26
In rostris iacuere suis: sed enim abstulit omnis,
Tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta,
Iurataeque manus, deprensaque foedera noxae,
Patriciumque nefas extinctum: poena Cethegi
Deiectusque redit uotis Catilina nefandis.
Quid fauor aut coetus, pleni quid honoribus anni
Profuerant? sacris exculta quid artibus aetas?
Abstulit una dies aeui decus, ictaque luctu,
Conticuit Latiae tristis facundia linguae.
Vnica sollicitis quondam tutela salusque,
Egregium semper patriae caput, ille senatus
Vindex, ille fori, legum ritusque togaeque,
Publica uox saeuis aeternum obmutuit armis.
Informes uoltus, sparsamque cruore nefando
Canitiem, sacrasque manus operumque ministras
Tantorum, pedibus ciuis proiecta superbis
Proculcauit ouans, nec lubrica fata deosque
Respexit. nullo luet hoc Antonius aeuo.

4 dissertissimis **C** ‖ 5 depluit **C** deplorauit **ST**, defleuit *Burs.* ‖ 7 nicorum **S** uinorum **Ta**? ‖ 8 iacueres **C** ‖ 10 credt̄ **Ta** ‖ ingenia **C** ‖ 12 patrociumque **AVa** pato..ıūq; **Ta** patritiumque **B** *Scalig.* patriciumq; **TbVb** *Gron.*, *de* Autronio *cogitauit Barth.* ‖ nefas est tunc **O** extinctum et *Gron.* etiam tum ut *Scalig.* ‖ gestegi **C** ‖ 13 catillina **C** ‖ 15 profuerunt *uolgo* ‖ * sacris etuita **O** ‖ aetas] acta *Erasm. Scalig.* ‖ 16 .actaque (nactaque?) luctū **A** ‖ 17 latiet **C** late **STaV** ‖ 19 etgeium **C** *egregium* **V** ‖ 20 illa *Burs.* ‖ iurumque togaeque *Lindenbrog.* ‖ 21 uox eius **O**, *corr. Scalig.* ‖ ommutuit **B** ommutauit **A** ‖ 22 infores **C** ‖ uultus **T** uolutus **B** ‖ cruone **ST** ‖ 23 ganiciem **C** ‖ 24 uices **C** ciuis **STVb**, uictor *uolgo* ‖ 26 lucet **B** ‖ tonius **A**

Hoc nec in Emathio mitis uictoria Perse, ‖
Nec te, dire Syphax, non fecerat hoste Philippo;
Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Afuerant, nostraeque cadens ferus Hannibal irae,
Membra tamen Stygias tulit inuiolata sub umbras.

27 Non fraudabo municipem nostrum bono uersu, ex quo hic multo melior Severi Cornelii processit:

Conticuit Latiae tristis facundia linguae.

Sextilivs Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta et plane quibusdam locis [ro Arch-ia 10, 26] talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, ⟨pingue⟩ quiddam sonantis atque peregrinum. is, hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalae Coruini, Pollionem Asinium aduocauerat, et in principio hunc uersum non sine assensu recitauit:

Deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae.

Pollio Asinius non aequo animo tulit et ait: 'Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua uideris: ego istum auditurus non sum, quoi mutus uideor'; atque ita consurrexit. ei interfuisse recitationi Seuerum quoque Cornelium scio, cui non aeque displicuisse hunc uersum quam Pollioni adparet, quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi, et ipse conposuit. Si hic desiero, scio futurum, ut uos illo loco desinatis legere, quo ego a scolasticis recessi; ergo ut librum uelitis usque ad umbilicum reuoluere, adiciam suasoriam proximae similem. ‖

1 hematio **CV** ‖ mittis **AV** ‖ 2 dires sypax **C** ‖ * fecit **O** fecit in *uolgo* ‖ filippho **C** philipo **T** ‖ 3 tanta *Gron.* ‖ iugurta **CV** iurgata **T** ‖ 4 afuerat **CV** affuerat **T**, afuerunt *Burs.* ‖ annibal **C** ‖ 6 raudabo **C** laudabo **T**, *corr. Haase, Burs.* ‖ municem **C** ‖ 8 late **STa** ‖ forlinguae **T** ‖ 9 fuit fuit **T** ‖ ingeneniosus **B** ‖ 10 plene **Ba** plenae **A** pene **ST** ‖ 11 esse *om.* **A** ‖ corduuenses poeta **C** ‖ 12 pingue *om.* **O** ‖ quidam **O** ‖ 14 corruini **C** ‖ polionem **O** ‖ aduocauerant **C** ‖ 16 defiendus **C** deficiendus **ST** ‖ lataq; **STa** ‖ 20 * ei] ne **O** ‖ interfuisset **O**, *corr. Burs.* ‖ eorum **O**, Seuerum *ed. Bip.* ‖ 21 * quod **O**, cui *ed. Bip.* ‖ 22 polioni **C** ‖ aparet **B** ‖ 24 Sic hic **SaTa** ‖ 27 similem ALTERIVS **T**

## ⟨SVASORIA VII.⟩

Deliberat Cicero an scripta sua conburat, promittente Antonio incolumitatem, si fecisset.

Q. Haterivs. Non feres Antonium: intolerabilis in malo ingenio felicitas est, nihilque † cupientis magis accendit quam prosperae turpitudinis conscientia. difficile est; non feres, inquam, et iterum inritare inimicum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum a Cicerone absum: tamen non taedet tantum me uitae meae, sed pudet. Ne propter hoc quidem ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te? remittere ait se tibi ut uiuas, commentus quemadmodum eripiat etiam quod uixeras. crudelior est pactio Antonii quam proscriptio. Ingenium erat in quo nihil iuris haberent triumuiralia arma. commentus est Antonius quemadmodum quod non poterat cum Cicerone ⟨proscribere, a Cicerone⟩ proscriberetur. Hortarer te, Cicero, ut uitam magni aestimares, si libertas suum haberet in ciuitate locum, si suum in libertate eloquentia, si non ciuili ense ceruicibus luerentur; nunc ut scias nihil esse melius quam mori, uitam tibi Antonius promittit. Pendet nefariae proscriptionis tabula: tot praetorii, tot consulares, tot equestris ordinis uiri periere; nemo relinquitur nisi qui seruire possit. nescio an hoc tempore uiuere uelis, Cicero: nemo est cum quo uelis. Merito, her- 1

4 q; alterius **C** *om.* **T** ‖ tolerabilius **C** tolerabilis **T**, intolerabilis **Tmg** ‖ 5 cupidines? ‖ 6 accendat **A** ‖ propriae *Schult.* ‖ 9. 10 tam et non **C** ‖ 11 quidem pertinet multum a cicerone ingenium **O**, *corr. Gron.* ‖ 16 triũalia **A** ‖ 17. 18 proscribere a Cicerone *add. Burs.* ‖ 18. 19 hortare cicero **A** ‖ 19 s; libertas **STa** ‖ 20 si sum **B** fisum **A** ‖ loquentia **C** ‖ 23 sibi **C** ‖ 24 tot petori **A** tot pecori **B** tot rectores **STa** ‖ consulatores **C** ‖ 25 uiri pene **C**

cules, illo tempore uixisti quo Caesar ultro te rogauit ut uiueres sine ulla pactione, quo tempore non quidem stabat respublica, sed in boni principis
2 sinum ceciderat. Cesti Pii. Numquid opinio me fefellit? intellexit Antonius saluis eloquentiae monumentis non posse Cice||ronem mori. ad pactionem uocaris, qua [pactione] melior in te pars tui petitur. Adcommoda mihi paulisper eloquentiam: Ciceronem periturum rogo. Si te audissent Caesar et Pompeius, neque inissent turpem societatem neque diremissent: si uti umquam consilio tuo uoluissent, neque Pompeius Caesar⟨em deseruisset neque Pompeium Caesar⟩. Quid consulatum salutarem urbi, quid exilium consulatu honestius, quid prouocatam inter initia adulescentiae libertate tirocinii tui Syllanam potentiam, quid Antonium auulsum ⟨a⟩ Catilina, reipublicae redditum? ignosce, Cicero, ⟨si⟩ diu ista narrauero:
3 forsitan hoc die nouissime audiuntur. Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem filiumque et Afranium, Petreium, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc successore generis; si seruabitur, uiuet inter Ventidios et Canidios et Saxas: ita dubium est utrum satius sit cum illis iacere, an cum his uiuere? Pro uno homine iactura publica pacisceris. Scio omne pretium iniquum esse quod ille constituit: non emo tanti Ciceronis uitam

2 sene **Ba** sen' **T** ‖ ullo **A** ‖ actione **CSTa** ‖ 3 constat res. p. **Ta** constabat res. p. **Tb** ‖ bonis **ABa** ‖ 4 sinu **O** ‖ 5 eloquentiā **A** ‖ 7 quā **ABa** ‖ * pactione (pactionē **A**) *deleui* ‖ melior certe pars *W. Müller* ‖ 8 eloquentiam ⟨tuam⟩ Cicero; nam p. c. *Schult.* ‖ 10 dirimissent **O** ‖ 12 *uncis inclusa add.* **Tmg** ‖ 13 consulatum **C** ‖ 15 tirociniis tui **C** tirocini istius **STa** ‖ potentia **C** ‖ 16 aduulsum **T** ‖ a *add. Gron. Ribbeck* ‖ catilinā **T** catillinam **C** ‖ 17 si *add. Schott* ‖ diui **C**, tibi? ‖ 18 hec **T** ‖ nouissimo **AbBT** ‖ audientur **Tb** ‖ 20 qui catulum **B** q$^{i}$; catellum **A** q; catullum **T** ‖ 21 successorem **CSTa** ‖ seruatur **O**, *corr. W. Müller* ‖ 22 uincet **A** ‖ uentididos et canitidos **CST** ‖ saxos **CSTa** ‖ 24 is **ABa** iis **T** ‖ 25 scito *Schult.* ‖ omnē **A** ‖ ese **C** ‖ 26 * constituit nemo tanti **O**, constituit: nemo tanti emit *uolgo.*

quanti uendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret: uiues, sed eruentur oculi tibi, uiues, sed debilitabuntur pedes: etiam si in alia damna corporis praestares patientiam, excepisses tamen linguam. Vbi est sacra illa uox tua: 'mori enim naturae finis est, non poena'? hoc tibi uni non liquet? at uideris Antonio persuasisse. Adsere te potius libertati, et unum crimen inimico adice: fac moriendo Antonium nocentiorem. [Cic. pro Milone 37, 101] P. Asprenatis. Vt Antonius 4 Ciceroni parcat, Cicero in eloquentiam suam ipse animaduertet? quid autem tibi sub ista pactione promittitur? ut Cn. Pompeius et M. Cato et ille antiquos restituatur reipublicae senatus, dignissimus apud quem Cicero loqueretur? Multos saepe uicturos animi sui contemptus oppressit; multos perituros parati ad pereundum animi ipsa || admiratio eripuit, et causa illis uiuendi fuit fortiter mori. Promitte populo Romano contra Antonium: licet scripta ⟨tua⟩ combusseris, Antonius paucos annos tibi promittit: at si non combusseris, fama populi Romani omnes. Pompei Silonis. Quale est, ut perdamus 5 eloquentiam Ciceronis, fidem sequamur Antoni? misericordiam tu istam uocas, supplicium sumptum ⟨de⟩ Ciceronis ingenio? credamus Antonio, Cicero, si bene illi pecunias crediderunt feneratores, si bene pacem Brutus et Cassius. Hominem et uitio naturae et licentia temporum insanientem, inter scenicos amores sanguine ciuili luxuriantem: hominem qui creditoribus suis oppignerauit rempublicam, cuius gulae duorum principum bona, Caesaris ac Pompei, non potuerunt satisfacere! Tuis utar Cicero

2 tui **Ta** || debilitantur **O** || 4 sapientiam **STa** || non tamen **A** 5 mature **ABaSTa** || 7 liberati **A** || 8 nouum crimen *O. Ribbeck* 11 sub ipsa **ST** || 14 * multos eare **O**, m. care *Schult.* m. secure *O. Ribbeck* m. in arena *O. Iahn* || 15 sui] miseri? pusilli *W. Müller* || contempus **STa** || 16 adimi **C** || 17 permitte **O**, *corr. Schult.* 18 *an* scilicet, si? || 19 tua *add. W. Müller* || 20 combuseris quam **O**, *corr. Haase*; gratia *O. Ribbeck*, *an* spondet populus Rom.? || 23 summum **O**, *corr. Haase* || 24 de *add. Gron.* || 25 reddiderunt **CSTa**

uerbis: 'cara est cuiquam salus, quam aut dare aut eripere potest Antonius'? non est tanti seruari Ciceronem,

6 ⟨ut⟩ seruatum Antonio debeam. TRIARI. Conpulsus aliquando populus Romanus in eam necessitatem est, ut nihil haberet praeter Iouem obsessum et Camillum exulem: nullum tamen fuit Camilli opus maius quam quod indignum putauit uiros salutem pactioni debere. O grauem uitam, etiam si sine pretio daretur! Antonius, hostis a republica iudicatus, nunc hostem rempublicam iudicat. Lepidus, ne quis illum putet male Antonio collegam placuisse, alienae semper dementiae accessio, utriusque collegae mancipium, noster dominus ⟨est⟩.

7 ARGENTARI. Nihil Antonio credendum est; mentior. quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronem potest, qui seruare nisi crudelius quam occidebat non potest? ignoscere illum tibi putas, qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu speras uitam, cui nondum uerba tua exciderunt? Vt corpus quod fragile et caducum est seruetur, pereat ingenium quod aeternum est? ego mirabar, si non crudelior ‖ esset Antonii uenia.

8 P. Scipionem a maioribus suis desciscentem generosa mors in numerum Scipionum reposuit. Mortem tibi remittit, ut id pereat, quod in te solum inmortale est. qualis est pactio? aufertur Ciceroni ingenium sine uita; promittuntur ⟨pro⟩ obliuione nominis tui pauci seruitutis anni. Non ille te uiuere uult, sed tacere ingenii tui superstitem. Viue, ut Cicero audiat Lepidum, [Cicero] audiat Antonium,

2 seruare **C** serure **STa** seruire **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 3 ut *om.* **CSTa** ‖ 7 magis **Ba** ‖ 8 deberet **A** ‖ 11 malo **O** ‖ colligam *et* 13 colligae **A** ‖ 13 est *addidi* ‖ 14 mentior] merito *O. Ribbeck* ‖ 16 occidere *Burs.* ‖ 17 ignoscentem **O**, *corr. Gron.* ‖ 19 flagile **A** *m. pr.* **Ba** ‖ 20 per eum **ABaT**, *an* pereundumst ingenio? ‖ 21 ergo **ABaT** ‖ crulior **A** clurior **B** ‖ 23 generosus amor **O** ‖ 24 perdat? ‖ 26 pro *add. Schult.* ‖ 27 annis **AB** ‖ 28 facere **O**, *corr. W. Müller* iacere *O. Ribbeck* ‖ 28 Vide **CSTa**, Viuat Cicero ut *Gron.* uidelicet? ‖ 29 Cicero *del. Gron.*

nemo Ciceronem. Poteris perferre, ut quod Cicero optimum habet ante se efferat? sine durare post te ingenium tuum, perpetuam Antonii proscriptionem. Arelli Fvsci patris. Quoad humanum genus incolume manserit, quamdiu suus litteris honor, suum eloquentiae pretium erit, quamdiu reipublicae nostrae aut fortuna steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris uigebit ingenium et uno proscriptus saeculo proscribes Antonium omnibus. Crede mihi, uilissima pars tui est, quae tibi uel eripi uel donari potest: ille uerus est Cicero, quem proscribi Antonius non putat nisi a Cicerone posse. Non 9 ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius, morieris; si praestiterit, seruies. quod ad me attinet, fallere ⟨eum⟩ malo. Per te, M. Tulli, per quattuor et sexaginta annos pulchre actos, per salutarem reipublicae consulatum, per aeternam, si pateris, ingeni tui memoriam, per rempublicam quae, ne quid te putes carum illi relinquere, ante te periit, oro et obtestor, ne moriaris confessus quam nolueris mori.

Huius suasoriae alteram partem neminem scio 10 declamasse; omnes pro libris Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit mala, ut Cicero, si haec condicio lata ei fuisset, deliberaturus non fuerit. Itaque hanc suasoriam nemo declamauit efficacius quam Silo Pompeius: non enim ad illa speciosa se contulit, ad quae Cestivs

1 pateris perire **O**, *corr. Schult.* p. fieri *Burs.* ‖ cicero **Tb** dico **CSTa** ‖ 3 perpetua *O. Iahn* ‖ 4 patris *om.* **T** ‖ quomad **A** ‖ generis **ABa** ‖ 5 usus **O**, *corr. Heinsius*, *Ruhnken ad Vell. p. 992* ‖ sum **C** sūme **ST**, *corr. Heinsius. Schult.* ‖ 6 eloquentia **C** ‖ 8 poteris **CSTa** ‖ uidebit **A** uigebis (t) **ST** ‖ 9 proscribe **C** ‖ 13 emittit **CSTa** ‖ 15 fallerē **A** fallare *Haase* ‖ 16 eum *addidi* ‖ mallo **C** ‖ par tē **A** ‖ Tuli **C** ‖ *alterum* per *del. Burs.* ‖ 17 annis **A** ‖ salutē rē **Aa** ‖ 20 tu putes **A** ‖ ante ceperit **O**, *corr. I. Petreius* ‖ 21 q; **O**, quam *W. Müller*, *Madvig* ‖ 22 husus suaria **A** ‖ 23 declamas **B** ‖ 24 nulla pars **O** ‖ 25 male **STa** ‖ latae infuisset **C** ‖ 28 atq; Cestius **CTa**

qui || dixit, hoc grauius esse supplicium quam mortem, et ideo hoc Antonium eligere; breuem uitam esse omni, multo magis seni: ita memoriae consulendum, quae magnis uiris aeternitatem promitteret. non qualibet mercede uitam redimendam [et]: hic condiciones intolerabiles [esse]; ⟨omnia potius subeunda⟩ quam monumenta ingenii sui ipsum exurere. Iniuriam illum facturum populo Romano, cuius linguam ⟨in locum⟩ principem extulisset, ut insolentis Graeciae studia tanto antecederet eloquentia, quanto fortuna; iniuriam facturum generi humano. paenitentiam illum acturum tam care spiritus empti, cum in seruitute senescendum fuisset ⟨et⟩ in hoc unum eloquentia utendum, ut laudaret Antonium. Male
11 cum illo agi: dari uitam, eripi ingenium. SILO POMPEIVS sic egit, ut diceret Antonium non pacisci, sed inludere: non esse illam condicionem, sed contumeliam; conbustis enim libris nihilominus occisurum; non esse tam stultum Antonium, ut putaret ad rem pertinere libros a Cicerone conburi, cuius scripta per totum orbem terrarum celebrarentur, nec hoc petere eum quod posset ipse facere: nisi forte non esset in scripta Ciceronis ei ius cui esset in Ciceronem; quaeri nihil aliud, quam ut ille Cicero, multa fortiter de mortis contemptu locutus, ad turpes condiciones perductus, occideretur. Antonium illi non uitam cum condicione promittere, sed mortem

2 Antonium] *hinc desunt duo folia in* **A** *usque ad p.* 68, 11 || 3 homini **Tb** || itaque *Schult.* iam *Burs.* || 5 et *et* 6 esse *deleui* || omnia p. s. *add.* **Tmg** || 7 ipse exureret *Haase Madvig* || 8 populor **B** pr **T** || lingam **B** || 9 in locum *add. Haase* || incipem **B** inciuem **ST**, *corr. Burs. qui et* in culmen *coniecit* in eam spem *Madvig* in lucem *O. Ribbeck* || 10 antecedere **Ta** || 11 factura **O** || 12 tangere **O**, *corr. Schott* || 13 et *add. Burs.* || 15 ille ait **B** illi ait **STa** || 18 occissorum **B** || 21 terrarum *om.* **ST** || 21. 22 et hoc **O**, *corr. O. Iahn* || 23 eius cui **B** is cui **ST** l' ius **Tmg**, *corr. Burs.* || 24 quare **O**, *corr. Burs.* || 27 conditionem promitteret **B**

sub infamia quaerere. Itaque quod turpiter postea passurus esset, nunc illum debere fortiter pati.

Et haec suasoria insignita est . . . . dixit enim sententiam cacozeliae genere humillimo et sordidissimo, quod detractu aut adiectione syllabae facit sensum: 'pro facinus indignum! peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit'? Apud Cestium Pium rhetorem declamabat hanc sua- 12
soriam SVRDINVS, ingeniosus adulescens, a quo Graecae fabulae eleganter in sermonem Latinum conuersae sunt. Solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen praedulces et infractas. In hac suasoria, cum iusiurandum bellis sensibus prioribus complexus esset, adiecit: 'ita te legam'. CESTIVS, homo nasutissimus, dissimulauit exaudisse se, ut adulescentem ornatum quasi inprudens obiurgaret: 'quid dixisti? quid? ita te fruar'? Erat autem CESTIVS nullius quidem ingenii ⟨amator⟩, Ciceroni etiam infestus, quod illi non inpune cessit. Nam 13
cum M. Tullius filius Ciceronis Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit praeter urbanitatem, cenabat apud eum Cestius. M. Tullio et natura memoriam dempserat, et ebrietas si quid ex ea supererat subducebat; subinde interrogabat, qui ille uocaretur qui in imo recumberet, et cum saepe subiectum illi nomen Cestii excidisset, nouissime seruus, ut aliquā notā memoriam eius faceret certiorem, interroganti domino, quis ille esset qui in imo recumberet, ait: 'hic est Cestius qui patrem tuum negabat litteras scisse'; adferri ocius flagra iussit et

3 insignata **B** ‖ dixit etiam **ST**; *intercidit nomen declamatoris* ‖ 4 cato zelie **BST** ‖ umililimo **B** ‖ 5 quo **B** ‖ detractat **B** detracta **STa** ‖ 8 Cestium p̄torem **O**, *corr. Burs.* praeceptorem *Faber* ‖ 13 de bellis **Ba** ‖ 14 certius **B** ‖ 16 inpudens **BSTa**, inpudentem *Burs.* ‖ obiugaret **B** ‖ 17. 18 nullius Cestius **ST** ‖ 18 * amator *addidi* ‖ 23 dēserat **TVb** demerat **BVa**, memoria infidelis erat *Burs.* debilis erat *W. Wagner*, *an* memoria deerat? ‖ 24 subīn̄ **Ta** ‖ 25 quid *W. Müller* ‖ inimico **B** ‖ 30 potius **BVa** pocius **SaTa** protinus **Vb** ‖ flagitā **T**

Ciceroni, ut oportuit, de corio Cestius satisfecit.

14 Erat autem etiam ubi pietas non exigeret scordalus. Hybreae disertissimi uiri filio male apud se causam agenti ait: *μὴ οὖν πατὴϱ ὤν*; et cum in quadam postulatione Hybreas patris sui totum locum ad litteram omnibus agnoscentibus diceret, ‘age’, inquit, ‘non putas me didicisse patris mei ‘quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?’ GARGONIVS, homo uilissimus, in hac suasoria dixit duas res quibus stultiores ne ipse quidem umquam dixerat; unam in principio: nam cum coepisset scolasticorum frequentissimo iam more a iureiurando, et dixisset multa, ⟨ait⟩ ‘ita quamprimum tantum timeat, quantum potest; ita aut totus uiuat Cicero, aut totus moriatur, ut ego quae hodie pro Ciceronis ingenio dixero nulla pactione delebo’. alteram rem dixit, cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: ‘Iuba et Petreius mutuis uulneribus concucurrerunt et mortes fenerauerunt’.

1 cestii **O**, *corr. Schult.* || 2 ibi **O**, *corr. Gron.* || exieret **B** || 3 filius (9 supra u) uiri filio **ST** || 4 at **O**, *corr. Burs.* || HMHON **BV** HMOHON **ST**, *corr. Burs.* || HΛTHPωN **O**, *corr. Burs.* || 5 postulationem **B** | Hybrias **O** || partibus stultotum **BTa** partibus stultorum **STb**, *corr. Burs.* || 6 inqui **B** || 7 dedicisse **B** didiscisse **ST** || 8 Cantilena **B** || 8. 9 Gargonius amabilissimus **O**, *corr. Burs.* || 12 mora i. **STa** || 13 ait *add. W. Müller* || tantum Antonius *Burs.* || 15 que **BTb** qui **STa** || 18 ıut mutuis multis **B** uıt mutuis multis **Ta** mutuis **Tb** || LANNEI Ȳ SE.CAE (NE supra) .;. ORATORVM ET RETORVM | SENTENTIAE .;. DIVISIONES .;. COLORES SVΛSORIΛRVM LIB̄·I·EXPLICIT INCIP̄ LIB̄·II·FELICITER **B**

# ⟨ANNAEI SENECAE ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE DIVISIONES COLORES CONTROVERSIARVM LIBER I.⟩

Seneca Nouato, Senecae, Melae filiis salutem.

Exigitis rem magis iocundam mihi quam facilem: 1
iubetis enim quid de his declamatoribus sentiam qui
in aetatem meam inciderunt indicare, et si qua me-
moriae meae nondum elapsa sunt ab illis dicta col-
ligere, ut quamuis notitiae uestrae subducti sint,
tamen non credatis tantum de illis, sed et iudicetis.
Est, fateor, iocundum mihi redire in antiqua studia
melioresque ad annos respicere et uobis querentibus
quod tantae opinionis uiros audire non potueritis
detrahere temporum iniuriam. sed cum multa iam 2
mihi ex meis desideranda senectus fecerit, oculorum
aciem retuderit, aurium sensum hebetauerit, neruo-
rum firmitatem || fatigauerit, inter ea quae retinui

*Praefationem soli excerptorum codd. seruarunt.* '*Codicis* **M** *autem eius folii quod initium praefationis usque ad uerba quae leguntur p.* 62, 2: 'ante Ciceronem' *etc. continet dextera pars abscisa est, ut inde ab illo loco demum integram eius lectionis uarietatem repraesentare liceat.*' *Bursian* || 4 Incipit liber senece de declamationibus. Nouato senece Mene filiis seneca salutem **P** || 9 sunt **P** || 11 mihi iocundum **P** || 13 tanta **Ma** || 15 * ex me **MP** || 16 arium **Ma** || habitauerit **Ma** || 17 * retuli **MP**

memoria est res ex omnibus animi partibus maxime
delicata et fragilis, in quam primam senectus in-
currit. Hanc aliquando in me floruisse, ut non
tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usque
procederet, non nego: nam et duo milia nominum
recitata quo erant ordine dicta reddebam et ab his
qui ad audiendum praeceptorem mecum conuenerant
singulos uersus a singulis datos, cum plures quam
ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad
3 primum recitabam. nec ad complectenda tantum quae
uellem uelox mihi erat memoria, sed etiam ad con-
tinenda quae acceperat solebat bonae fidei esse. nunc
iam et aetate quassata et longa desidia, quae iuue-
nilem quoque animum dissoluit, eo perducta est, ut
etiamsi potest aliquid praestare, non possit promit-
tere: diu ab illa nihil repetiui. [Nunc] quia iubetis,
quid possit experiar et illam omni cura scrutabor.
Ex parte enim bene spero; nam quaecumque apud
illam aut puer aut iuuenis deposui, quasi recentia
aut modo audita sine cunctatione profert: at si qua
illi intra proximos annos commisi, sic perdidit et
amisit, ut etiamsi saepius ingerantur, totiens tamen
4 tanquam noua audiam. Ita ex memoria quantum
uobis satis sit superest: neque enim de his me in-
terrogatis quos ipsi audistis, sed de his qui ad uos
usque non peruenerunt. Fiat quod uultis: mittatur
senex in scolas. Illud necesse est inpetrem, ne me
quasi certum aliquem ordinem uelitis sequi in con-
trahendis quae mihi occurrent: necesse est enim per
omnia studia mea errem et passim quidquid obue-

2 prima **MP** ‖ 3 aliquando ⟨adeo⟩ *W. Müller* ‖ 6 dicta *om.* **Ma** ‖ 7 meum **M**, *corr. Vsener, W. Müller* ‖ 8 uersos **Ma** ‖ 10 complectendum **P** *m. pr.*, *in* **M** *haec uerba perierunt* ‖ 12 acceperam **M** ‖ *uerba* solebat b. f. esse *quae in libris post* repetiui *l.* 16 *leguntur huc transposuit R. Wachsmuth* ‖ 13 iam aetate **M** (*sed* iam *in ras.*) iam *om.* **P** ‖ 14 quoque *om.* **P** ‖ 16 repeteui **M** ‖ nunc *deleui* ‖ 23 memoria mea **P** ‖ 26 peruenerint **P**

nerit adprehendam. Controuersiarum sententias for- 5
tasse pluribus ‖ locis ponam in una declamatione dictas: non enim dum quaero aliquid inuenio, sed saepe quod quaerenti non comparuit aliud agenti praesto est: quaedam uero quae obuersantia mihi et ex aliqua parte se ostendentia non possum occupare, eadem securo et reposito animo subito emergunt. aliquando etiam seriam rem agenti et occupato sententia diu frustra quaesita intempestiue molesta est. necesse est ergo me ad delicias conponam memoriae meae quae mihi iam olim precario paret.

Facitis autem, iuuenes mei, rem necessariam et 6
utilem, quod non contenti exemplis saeculi uestri, prioris quoque uultis cognoscere: primum quia, quo plura exempla inspecta sunt, plus in eloquentia proficitur. non est unus, quamuis praecipuus sit, imitandus, quia numquam par fit imitator auctori. haec rei natura est: semper citra ueritatem est similitudo. Deinde ut possitis aestimare, in quantum cotidie ingenia decrescant et nescio qua iniquitate naturae eloquentia se retro tulerit: quidquid Romana facundia habet quod insolenti Graeciae aut opponat aut praeferat circa Ciceronem effloruit; omnia ingenia quae lucem studiis nostris adtulerunt 7
tunc nata sunt. In deterius deinde cotidie data res est, siue luxu temporum — nihil enim tam mortiferum ingeniis quam luxuria est — siue, cum praemium pulcherrimae rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia multo honore quaestuque uigentia, siue fato quodam cuius maligna perpetuaque in rebus omnibus lex est, ut ad summum perducta rursus ad infimum, uelocius quidem quam ascende-

5 obseruantia P ‖ 6 se *om.* P ‖ ostundentia P ‖ 14 priores MP ‖ 15 eloquentiam MP ‖ 18 citra rei ueritatem P ‖ 19 possistis restimare cognoscere P ‖ 23 oponat M ‖ 24 attulerunt P ‖ 25 res est data P ‖ 30 facto P ‖ 30. 31 in rebus omnibus perpetua (*om.* que) P ‖ 32 cursus P ‖ uolotius M

8 rant, relabantur. Torpent ecce ingenia desidiosae iuuentutis nec in unius honestae rei labore uigilatur: somnus languorque ac somno et languore || turpior malarum rerum industria inuasit animos, cantandi saltandique obscena studia effeminatos tenent, [et] capillum frangere et ad muliebres blanditias extenuare uocem, mollitia corporis certare cum feminis et immundissimis se expolire munditiis nostrorum
9 adolescentium specimen est. Quis aequalium uestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, immo quis satis uir est? emolliti eneruesque quod nati sunt inuiti manent, expugnatores alienae pudicitiae, neglegentes suae. In hos ne dii tantum mali ut cadat eloquentia: quam non mirarer, nisi animos in quos se conferret eligeret. erratis, optimi iuuenes, nisi illam uocem non M. Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? nempe uoluntas diuina hominis ore enuntiata; et quem tandem antistitem sanctiorem sibi inuenire diuinitas potuit quam M. Catonem, per quem humano generi non praeciperet, sed conuitium faceret? ille ergo uir quid ait? 'orator est, Marce fili, uir bonus dicendi
10 peritus'. Ite nunc et in istis uulsis atque expolitis et nusquam nisi in libidine uiris quaerite oratores. Merito talia habent exempla qualia ingenia. Quis est qui memoriae studeat? quis qui, non dico magnis uirtutibus, sed suis placeat? sententias a disertissimis uiris iactatas facile in tanta hominum desidia

1 ingeniose iuuentutis ingenia **P** || disidiosae **M** || 2 ullius *Vsener* || 3 a **P** || 5 psaltandiq. **P** || 6 et *om.* **P** || 8 extollere **P**, expolire *W. Müller* || 10 quis dicam **P** || 11 Mollitia et enerues **P** || 12 manerent **P** || puditiae **M** || 13 nec **P**, *corr. Bursian* || tantum ⟨patiantur⟩ mali *coll.* 76, 20 *Haase* (*in* **M** *haec uu. erepta*) || 17. 18 diuina uoluntas **P** || 19 diuinas **Ma** || 20 coatonem **M** || humani generi per quem **P** || 22 mi fili **P** || dicenti **P** || 27 uiribus **O**, *corr. Schulting* || sed uis **Ma** || 28 factas **O**, *corr. W. Müller* || omnium *Vsener*

pro suis dicunt et sic sacerrimam eloquentiam quam praestare non possunt, uiolare non desinunt. Eo libentius quod exigitis faciam et quaecumque a celeberrimis uiris facunde dicta || teneo, ne ad quemquam priuatim pertineant, populo dedicabo. Ipsis 11 quoque multum praestaturus uideor, quibus obliuio inminet, nisi aliquid quo memoria eorum producatur posteris tradatur. fere enim aut nulli commentarii maximorum declamatorum exstant aut, quod peius est, falsi. Itaque ne aut ignoti sint aut aliter quam debent noti, summa cum fide suum cuique reddam. Omnes autem magni in eloquentia nominis excepto Cicerone uideor audisse; ne Ciceronem quidem aetas mihi eripuerat, sed bellorum ciuilium furor, qui tunc orbem totum peruagabatur, intra coloniam meam me continuit: alioqui in illo atriolo, in quo duos grandes praetextatos ait secum declamasse, potui adesse illudque ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere et, quod uulgo aliquando dici solet, sed in illo proprie debet, potui uiuam uocem audire. Decla- 12 mabat autem Cicero non quales nunc controuersias dicimus, ne tales quidem quales ante Ciceronem dicebantur, quas thesis uocabant. hoc enim genus materiae quo nos exercemur adeo nouum est, ut nomen quoque eius nouum sit. controuersias nos dicimus: Cicero causas uocabat. Hoc uero alterum nomen Graecum quidem sed in Latinum ita translatum ut pro Latino sit, scolastica, controuersia

1 si acerrimam **MaP** sic acerrimam **Mb**, *corr. Guilelmius* | 2 possum **P** || 3 celeberrimum **Ma** || 4 facundiae uiris **P** (*in* **M** *haec uerba perierunt*), *corr. Bursian* || 5 priuatum **MP** || 11 notissima cum **P** || 13 nec **P** || 16 continui **MaP** || * alioquin **MP** || 17 duo **P** || * declamare **O** || 18 potui audisse **M** audisse re potui **P** || illud quidem ingenium **M** illud ingenium **P**, *corr. Burs.* || 19 habuit et cognoscere **P** || 22 controuersias nunc **P** | 23 natales **Ma** nec tales **P** || quid **P** || 25 quos nos exercemus **P** | 28 ita *om.* **P** || 29 controuersia *del. Haase*

multo recentius est, sicut ipsa declamatio apud nul-
lum antiquum auctorem ante Ciceronem et Caluum
inueniri potest qui declamationem distinguit; ait
enim: 'declamare est domi non mediocriter dicere'.
bene alterum putat domesticae exercitationis esse,
alterum uerae actionis. Modo no|men hoc prodiit;
nam et studium ipsum nuper celebrari coepit: ideo
facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me
13 natam. In aliis autem an beneficium uobis daturus
sim nescio, in uno accipio: Latronis enim Por-
cii, carissimi mihi sodalis, memoriam saepius cogar
retractare et a prima pueritia usque ad ultimum
eius diem perductam familiarem amicitiam cum uo-
luptate maxima repetam. Nihil illo uiro grauius,
nihil suauius, nihil eloquentia [sua] dignius; nemo
plus ingenio suo imperauit, nemo plus indulsit. In
utramque partem uehementi uiro modus deerat: nec
14 intermittere studia sciebat nec repetere. cum se ad
scribendum concitauerat, iungebantur noctibus dies
et sine interuallo grauius sibi instabat nec desinebat
nisi defecerat; rursus cum se remiserat, in omnes
lusus, in omnes iocos se resoluebat; cum uero se
siluis montibusque tradiderat, in siluis ac montibus
natos omnes illos agrestis laboris patientia et uenandi
solertia prouocabat et in tantam perueniebat sic ui-
uendi cupiditatem, ut uix posset ad priorem con-
suetudinem retrahi. at cum sibi iniecerat manum
et se blandienti otio abduxerat, tantis uiribus in-
cumbebat in studium, ut non tantum nihil perdi-
15 disse, sed multum adquisisse desidia uideretur. Omni-

1 est ut **P** || 3 destingit **M** || 4 est ne non **M** est non **P**, *corr. Burs.* d. sese non mediocriter, dicere bene. *c. Madvig* || 5 hñ alterum **P** || 6 uero uerae actionis **P** || 13 diem eius **P** || 15 sua *deleui* || dignus **Ma** || 17 utraque parte **O**, *corr. W. Müller* || 18 cum uero ad **P** || 19 consitauerat se **P** || 21 demiserat **M** dimiserat **P**, *corr. W. Müller* || se *om.* **M** || 24 natus **Ma** || 27 at uero cum **P** || manum iniecerant **P** || 28 ocio **M** (*in ras.*), blandiendo quo abduxerat reuocabat tantis **P** || 30 multam **Ma** || uidetur **P**

bus quidem prodest subinde animum relaxare; exci-
tatur enim otio uigor et omnis tristitia, quae conti-
nuatione pertinacis studii adducitur, feriarum hilaritate
discutitur: nulli tamen intermissio manifestius prode-
rat. Quotiens ex interuallo dixerat, multo acrius
uiolentiusque dicebat: exultabat enim nouato atque
integro robore et tantum a se exprimebat quantum
concupierat. Nesciebat dispensare uires suas, sed
inmoderati aduersus se imperii fuit; ideoque studium
eius prohiberi debebat, quia regi non poterat. Ita-
que solebat et ipse, cum se assidua et numquam
intermissa contentione fregerat, sentire ingenii las-
situdinem, quae non minor est quam corporis, sed
occultior. Corpus illi erat et natura solidum et 16
multa exercitatione duratum, ideoque numquam im-
petus ardentis animi deseruit. Vox robusta, sed
sordida, lucubrationibus et neglegentia, non natura,
infuscata; beneficio tamen laterum extollebatur et
quamuis inter initia parum attulisse uirium uidere-
tur, ipsa actione adcrescebat. nulla umquam illi
cura uocis exercendae fuit: illum fortem et agrestem
et Hispanae consuetudinis morem non poterat de-
discere: utcumque res tulerat ita uiuere, nihil uocis
causa facere, non illam per gradus paulatim ab imo
ad summum perducere, non rursus a summa con-
tentione paribus interuallis descendere, non sudorem
unctione discutere, non latus ambulatione reparare.
Saepe cum per totam lucubrauerat noctem, ab ipso 17
cibo statim ad declamandum ueniebat. Iam uero
quin rem inimicissimam corpori faceret uetari nullo
modo poterat: post cenam fere lucubrabat nec pa-

1 animum subinde **P** ‖ exicitatur **M** ‖ 6 nouato ⟨animo⟩ *O. Ribbeck* ‖ 7 et *del. H. Müller* ‖ 9 imperio **Ma** ‖ 10 rei **Ma** ‖ 11 se *om.* **Ma** ‖ nusquam **P** ‖ 15 itaque **P** ‖ 17 neglentia **M** ‖ 19 atulisse **M** ‖ uidentur **P** ‖ 21. 22 agrestem antique c. **P** ‖ 22 maiorem **Ma** ‖ 24. 25 paulatim a summo ad imum **MP** ‖ 25 non iussus **P** ‖ 28 com **Ma** ‖ 30 cum rem **MP**, *corr. Gronov.* ‖ 31 coenam **MP**

tiebatur alimenta per somnum quietemque aequaliter digeri, sed perturbata ac dissipata in caput agebat; itaque oculorum et aciem contuderat et colorem mutauerat. Memoria ei natura quidem felix, plurimum || tamen arte adiuta. numquam ille quae dicturus erat ediscendi causa relegebat: edidicerat illa, cum scripserat; quod eo magis in illo mirabile uideri potest, quod non lente et anxie, sed eodem
18 paene quo dicebat impetu scribebat. Illi qui scripta sua torquent, qui de singulis uerbis in consilium eunt, necesse est quae totiens animo suo admouent nouissime adfigant: at quorumcumque stilus uelox est, tardior memoria est. In illo non tantum naturalis memoriae felicitas erat, sed ars summa et ad conprehendenda quae tenere debebat et ad custodienda, adeo ut omnes declamationes suas quascumque dixerat teneret etiam. itaque superuacuos sibi fecerat codices: aiebat se in animo scribere. Cogitata dicebat ita, ut in nullo umquam uerbo eum memoria deceperit. Historiarum omnium summa notitia: iubebat aliquem nominari ducem et statim eius acta cursu reddebat; adeo quaecumque semel in animum eius descenderant in promptu erant.
19 Video uos, iuuenes mei, plus iusto ad hanc eius uirtutem obstupescere: alia uos mirari in illo uolo; hoc quod thauma uobis uidetur, non operosa arte tradi potest. intra exiguum paucissimorum dierum tempus poterit quilibet facere illud quod Cineas fecit, qui missus a Pyrrho legatus ad Romanos postero die nouus homo et senatum et omnem ur-

2 et dissipata **P** || 3 confuderat **M** || 4 et **O**, ei *W. Wagner* erat *O. Iahn* || 6. 7 quę didiscerat illa conscripserat **P** || 7 cum deo **Ma** (*sed corr.* umde) cum de eo **P**, *corr. Madvig* unde eo *Burs.* || eadem **P** || 9 At illi **M** || 11 quototiens **Ma** quotiens **P** || amouent **P** || 12 adficiant **MP** || stilis **M** || 14 erat *om.* **Ma** || 17 teneret iam **O**, *corr. O. Iahn* || 18 se et in **P** || 24 iuuenis **Ma** || post iusta **P** || 25 illa **P** || 26 quod tantum a uobis **MP**, *corr. H. Müller duce Bursiano* || 29 pyro **M** || 30 die legatus nouus **P** || *alterum* et *om.* **P**

banam circumfusam senatui plebem nominibus suis persalutauit; ⟨aut⟩ quod ille fecit qui ‖ recitatum a poeta nouum carmen dixit suum esse et protinus memoria recitauit, cum hoc ille cuius carmen erat facere non posset; aut quod fecit Hortensius qui a Sisenna prouocatus in auctione persedit per diem totum et omnes res et pretia et emptores ordine suo argentariis recognoscentibus ita ut in nulla re falleretur recensuit. Cupitis statim discere? suspendam cupiditatem uestram et faciam alteri beneficio locum; interim hoc uobis in quo iam obligatus sum persoluam. Plura fortasse de Latrone meo uideor 20 uobis quam audire desiderastis exposuisse; ipse quoque hoc futurum prouideram, ut memoriae eius, quotiens occasio fuisset, difficulter auellerer. nunc his tamen ero contentus; sed quotiens me inuitauerit memoria, libentissime faciam ut illum totum et uos cognoscatis et ego recognoscam. Illud unum non differam, falsam opinionem de illo in animis hominum conualuisse. putant enim fortiter quidem sed parum subtiliter eum dixisse, cum in illo, si qua alia uirtus fuit, et subtilitas fuerit. Id quod 21 nunc a nullo fieri animaduerto semper fecit: antequam dicere inciperet sedens quaestiones eius quam dicturus erat controuersiae proponebat, quod summae fiduciae est. ipsa enim actio multas latebras habet, nec facile potest, si quo loco subtilitas defuit, apparere, cum orationis cursus audientis iudicium impediat, dicentis abscondat; at ubi nuda proponuntur membra, si quid aut numero aut ordine excidit, manifestum ‖ est. Quid ergo? unde haec de

2 aut *om.* **MP** ‖ quid ille **P** ‖ 4 carmen *om* **P** ‖ 5 quid **P** ‖ 6 sisema **Ma** ‖ prouocatis **Ma** ‖ actione **P** ‖ percedit **P** ‖ 6. 7 totum diem **P** ‖ 8 nulla refelleretur **M** ‖ 9 censuit **MP** ‖ 11 *post* hoc *in* **M** *additum* locum, *sed deletum ab eadem manu* ‖ in quod *Haase* ‖ 13 desideratis **P** ‖ nec **O**, nunc *Madvig* ‖ 15 difficultum **P** ‖ 24 dice **Ma** ‖ quas **P** ‖ 25 sumere **P** ‖ 27 lo..co (*rasura inter o et c*) **M** ‖ 29 proponuntur nuda **P** ‖ 31 decidit **P**

illo fama? nihil est iniquius his qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est praeter subtilitatem; et in illo cum omnes oratoriae uirtutes essent, hoc fundamentum superstructis tot et tantis molibus obruebatur, nec deerat in illo, sed non eminebat; et nescio an maximum uitium subtilitatis sit nimis se ostendere. magis nocent insidiae quae latent; utilissima est dissimulata subtilitas quae
22 effectu apparet, habitu latet. Interponam itaque quibusdam locis quaestiones controuersiarum, sicut ab illo propositae sunt, nec his argumenta subtexam, ne et modum excedam et propositum, cum uos sententias audire uelitis et quidquid [ab] illis adstruxero molestum futurum sit. Hoc quoque Latro meus faciebat, ut sententias amaret. cum condiscipuli essemus aput Marullum rhetorem, hominem satis aridum, paucissima belle, sed non uulgato genere dicentem, cum ille exilitatem orationis suae imputaret controuersiae et diceret: 'necesse me est per spinosum locum ambulantem suspensos pedes ponere', aiebat Latro: 'non mehercules tui pedes spinas calcant, sed habent'; et statim ipse dicebat sententias, quae interponi argumentis cummaxime
23 declamantis Marulli possent. Solebat autem et hoc genere exercitationis uti, ut ⟨aliquo die⟩ nihil praeter epiphonemata scriberet, aliquo die nihil praeter enthymemata, aliquo die nihil praeter has translaticias quas proprie sententias dicimus, quae nihil habent cum ipsa controuersia inplicitum, sed satis apte et alio transferuntur, tamquam quae de fortuna, de crudelitate, de saeculo, de diuitiis dicuntur: hoc genus sententiarum supellectilem uocabat.

5 hec **P** ‖ 8 obsimulata **P** ‖ 11 illis **O**, *corr. Haase* ‖ 12 extendam **P** ‖ 13 ab *deleui* ‖ 14 * abduxero **O**, adiunxero *Haase* ‖ 15 discipuli **P** ‖ 16 maryllum **M** marillium **P** ‖ 19 est me **P** ‖ 21 hercle **P** ‖ 22 et *om.* **MP** ‖ 23 quam maxime **P** ‖ 24 marylli **M** ‖ 25 aliquo die *add. R. Wachsmuth* ‖ 26 *uerba* aliquo die nihil praeter enthymemata *om.* **Ma**

Solebat schemata ‖ quoque per se, quaecumque controuersia reciperet, scribere. et putant illum homines hac uirtute caruisse, cum ingenium quidem eius et hac dote abundauerit? Iudicium autem fuit strictius; non placebat illi orationem inflectere nec umquam recta uia decedere, nisi cum hoc aut necessitas coegisset aut magna suasisset utilitas. Schema 24 negabat decoris causa inuentum, sed subsidii, ut quod [palam] aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique et furtim surreperet. summam quidem esse dementiam detorquere orationem cui esse rectam liceret. Sed iam non sustineo diutius uos morari: scio quam odiosa res mihi sit Circensibus pompa. Ab ea controuersia incipiam quam primam Latronem meum declamasse memini admodum iuuenem in Marulli scola, cum iam coepisset diem ducere.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Duo fratres inter se dissidebant; alteri filius erat. patruus in egestatem incidit; patre uetante adulescens illum aluit; ob hoc abdicatus tacuit. adoptatus a patruo est. patruus accepta hereditate locuples factus est. egere coepit pater: uetante patruo alit illum. abdicatur.

1 ⟨Porci Latronis.⟩ Quid mihi obicis? puto luxuriam: quidquid umquam inmodesta largitione effu-

3 hacuirtute] acumine? ‖ 4 sed **M** *om.* **P**, et *Bursian* ‖ 4 strictius fuit **P** ‖ 9 paulam **P**, *del. Gron.* ‖ erat **P** ‖ 10 surriperet **MP** ‖ 11 esse sententiam dementiam **P** ‖ 13 mihi *om.* **P** ‖ 16 marylli **M** ‖ marili seclacum cum **P** ‖ 18 *In cod.* **B** *initium controuersiae primae usque ad p.* 69, 21 *bis scriptum extat, quae apographa statim se excipientia si quando inter se dissentiunt litteris* **B1** *et* **B2** *distinxi. de cod.* **A** *cf. ad p.* 54, 2 ‖ 24 actus **B2** ‖ 25 abdicatus **BTa** ‖ 26 Porci Latronis *om.* **O** ‖ luxuriam' **B2** ‖ 27 largitione non effūdimus **Ta**

dimus, id omne con||summatur in alimentum duorum
senum. Cum uetaret me pater, aiebat: ‘ipse mihi
⟨si⟩ egerem, alimenta non daret’. Eo iam perdu-
ctus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum
in ea ⟨sola⟩ domo poneret in qua habebat ⟨et⟩ ab-
dicatum et inimicum. Ecce oppressit mors egentem:
quid acturus es? pluris tibi frater efferendus quam
alendus est. Quisquis rogatus est, ait: ‘quid porro?
tam locuples frater ⟨fratrem⟩ alere non potest’? mi-
serrimus senex diuitiis tuis etiam blandimentum in sti-
2 pem perdidit. ‘Ipse’, inquit, ‘me ali ⟨uetuit⟩’. imita-
tionem alienae culpae innocentiam uocas? ne eo
quidem aestimas, quanta ista crudelitas sit, quod si
quis fratrem non alit, ne a filio quidem alendus
est? Quid adoptionem iactas? tunc ad te ueni, cum
haberem diuitem patrem. Parcius, quaeso, pater:
praesentes habemus deos. Scis tuto te facere: etiamsi
abdicaueris, alam. Fatendum est crimen meum: tar-
3 dius miseritus sum; itaque do poenas: egeo. Paren-
tibus meis, cum in cetera odium sit, tantum in
meam notam conuenit. O felix spectaculum, si uos
in gratiam possum reducere, faciamque, hoc uultus
quoque uestri hortantur. surgite patres, adeste iu-
dices: alter mihi ex parentibus seruatus, alter ser-
uandus est. porrigite mutuas in gratiam manus;
me foederi medium pignus addite: inter contenden-

1 consumatur **B Ta** cousumebatur **Tb**, *corr. Burs.* || 3 si *add. Burs.* cum **T Vb** *om.* **B Va** || dabat **Tb** || 4 omnium **O**, *corr.* **E** || 5 sola *add.* **E** || * et *om.* **O E** || 6 morescentem **O**, *corr. Burs.* || 7 et ferendus **B1** || 8 quis **T** || aut **O**, ait *Gron.* || 9 tum **O** || fratrem *add. O. Ribbeck* || 10 diuitias suas **T** || 11 alui **B1** aluit **B2 Ta** non aluit **Tb**, ali uetuit **E** || in mitationem **S Ta.** *Hinc denuo incipit* **A** || 12 nec **T** || 13. 14 si q̄ **B** || 14 nec **T** || 16 parcus **B1**, parcosque si patres *c. O. Ulbrich* || * patres **C** fratres **T** || 17 haberemus **C** || te *om.* **B2** || 19 misertus **AT** || ego **B1** egeā **B2** || 21 noxam *Haase* || 22 possumus **B1** || faciam, quia *Schott* pacemque *Haase* || hoc cultus **B** occultus **A** || 23 n̄ri **T** || 26 federe medium **T** fide rimedium **B1** fide remedium **AB2**, fidei *c. Burs.*

tes uos medius elidor. Ergo fame morientem uidebo
per cuius cineres iuraturus sum? Omnis instabilis
et incerta felicitas est. quis crederet iacentem supra
crepidinem Marium <aut> fuisse consulem aut futu-
rum? quid porro? tam longe exempla repetam, quom
adsit qui illum uidit? Quid non timendum felici-
bus putas? quid desperandum infelicibus? Ivnii 4
Gallionis. Ego indicabo, cur me abdices: tu in-
dica, cur adoptaueris. Quaedam accidunt noua. Equi-
dem [noua] illud ‖ non miror, quod misericordia obi-
citur: illud miror, quod hic obicit; sic enim me
gessi, ut hoc crimine duos patres obligarem. uter-
que me amat, uterque ali miser desiderat, uterque
prohibet. nec secum nec cum fortuna bene con-
uenit. Conponite aliquando bonos quidem, sed con-
tumaces uiros. uter discordiae causam praebuerit
nolite a me exigere: uterque patruus est, uterque
pater est. transiit ad istum fratris sui et fortuna
et animus. Misericors sum: non mutassem patrem,
si naturam mutare potuissem. P. Asprenatis. For- 5
tunae lex est praestare quae exegeris. Miserere:
mutabilis est casus; dederunt uictis terga uictores
et quos prouexerat fortuna destituit. Quid referam
Marium sexto consulatu Carthagini mendicantem,
septimo Romae imperantem? ne circa plura insta-

1 * duos **O** ‖ uelidor **C** ‖ 2 curaturus **S Ta** ‖ 4 aut *add.* **E** ‖ 5 * repeto tamquam **O** ‖ 6 * modo (modum **B2**) sit **C** modo ñ sit **T**, non domi sit *Burs.* nemo sit *Kon.* modo sciat *O. Rebling* ‖ Qui illum uidit, quid . . . putat? *Burs.* ‖ uiderit **T** *ap. Schott.* uicit *Gron.* ‖ Qui **B1** ‖ 8 indicas **Aa B1.2 S Ta** ‖ 9 accedunt **O**, *corr. Gron.* ‖ quaenam acciderunt noua? *Schult.* ‖ quidem **C** equidem **T** ‖ 10 noua *del. Burs.* Et quidem nouum illud *Gron.* ‖ quod hic obicitur **B1**, *corr. m. ead.* ‖ 12 uno crimine *Haase* ‖ crimine **V** crimen **C** carmine **S Ta** ‖ obligaret ? ‖ 13. uterque alterum prohibet *Gron.* ‖ 14 mecum **O**, cum *Madvig* ‖ 18 transit **O**, *corr. Burs.* ‖ istam **A B2** ‖ 20 muto **O**, *corr. Schott* ‖ natura militare **C** ‖ Pasi renatis **C** p. asirenatis **T** ‖ 21 exigeris **A T** ‖ 22 aderunt **C** ‖ uicos terra **B** ‖ 23 prouexerant **C** ‖ 24 consulatum **C** ‖ carthagi **B** ‖ mendicatū (n *superscr.*) **A** ‖ 25 more **C** *om.* **V**, Romae *Gron.* ‖ circum *Schult.*

bilis fortunae exempla te mittam, uide quis alimenta rogetur et quis roget. IVNI OTHONIS patris. Time mutationem: et ille nihil prius ex bonis quam filium
6 perdidit. ARELLI FVSCI patris. Ecquid aperis mi penates tuos? non sum hospes grauis, unum senem adduco. hoc tibi uitio, pater, placui. Venit ignotus senex; uolo transire tacentem; per patrem rogat. ergo aliquis peribit fame qui filium suum optat superstitem? Quid hoc esse dicam quod me tam periculose abdicant? quod toties isti fortunam mutant, quoties ego patrem? Redite in gratiam: inter funestas acies armatae manus in foedus porriguntur. perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia: aut si tam pertinacia placent odia, ⟨mihi⟩ parcite. iactatus inter duos patres, utriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus, ‖ positus inter duo pericula, quid faciam? qui alunt abdicantur, mendicant qui non alunt. Illud tamen, pater, deos testor:
7 diuitem te relinquo. CESTI PII. Tali me operi praeparaueram: uolebam fratres in gratiam reducere. hoc tu obicis? at nisi impetrauero ut boni fratres sint, impetrabo ne mali patres sint. Vterque me amauit, uterque pro me uota fecit: quantum est si dixero: 'uterque me aluit?' Quae causa fuerit discordiae nescio; timeo ne iste prior ⟨iniuriam fecerit: prior⟩ egere coepit. Quid obicis, pater? ⟨puto misericordiam⟩; scio quendam in hac ciuitate propter istud crimen adoptatum. 'Fratrem', inquit, 'alere no-

1 mittamus de **C** mittamus da **T** mittamus uide **AbTb** ‖ 2 * patris timeo **O** ‖ 4 haec quid **C** quid hec **ST** ‖ aperigmi **O**, aperis *Schott* ‖ 6 abduco **STa** aduoco **E** ‖ placuit **AaBTa** ‖ 7 * iacentem **O** ‖ 7. 8 rogat atergo **T** rogaret ergo **C** ‖ 8 orat *Madvig* ‖ 9 supersūtem quic **B** ‖ 14 mihi *add. Gron.* ‖ 16 felicior **O**, *corr.* **E** ‖ duco **B** ‖ 17 aiunt **C** ‖ 18 quia non **AaBTa** ‖ 19 ali **C**, alii *Madvig* ‖ pteparauerant **C** p̄parauerant **STa** ‖ 22 amauerint **Ba** ‖ 24 me *om.* **A** ‖ discordia **A** ‖ 25 *supplementa praebuit Bursian*, iste qui prior *Schott* ‖ 26 ceperit **T** ‖ puto misericordiam *add. ego, R. Wachsmuth, lacunam signif. Schult.*

luit'. Inuenisti quod possem defendere. Possum
liberos tollere, ut primum hoc illis narrem, auum
illorum fame perisse? Non fefellit te qualis essem:
sciuisti cum adoptares. Bis abdicatus sum: uolo
utramque causam meam agere, neutram per me
uolo; adsit mihi altus: semper causa mea habebit
aduocatum patrem. Alter alterum amet: uterque me
amauit. Vis illum ueras poenas dare? sentiat quam
bono fratri iniuriam fecerit. Pompei Silonis. De 8
patre ⟨uestro merui⟩ bene, quamquam eum per aeta-
tem nosse non possum; sed habet et ille beneficium
meum: duos eius filios alui. Surge infelix senex.
quid? putatis illum flere quod eget? immo quod ab-
dicauit, quod ⟨non⟩ aluit. Argentarii. Vides enim,
liberalis in domo tua esse coepi: ille propter me
duxit uxorem, cum fortasse iuuenem adoptare pos-
set. Haec abdicantis fuere uerba: '⟨i⟩ ad illum
quem magis amas quam patrem'. Non omnibus
imperiis patris parendum est. nihil in te noui facio:
scis me et priori patri non paruisse. Venit immissa
barba capilloque deformi, non senectute sed fame
membris trementibus, semesa et tenui ⟨facie⟩ atque
elisa ieiunio uoce ut uix exaudiri posset, introrsus
conditos oculos uix alleuans: alui. quomodo, quae-
ritis? quomodo istum. Cornelii Hispani. Puta me 9
hodie non abdicari sed adoptari. uolo quaedam fu-
turo praedicere patri: hic quem uis adoptare inimi-
cum patris sui inuito patre aluit. reliquit aequo

1 quo se posset *Burs.* ‖ 2 Et primum **O**, *corr. Gruter* ‖ oculis **CSTa** ‖ 3 * et **O**, fefelli te *Burs.* ‖ 3. 4 esse miscuisti cum **C** ‖ 5 neutriam **B** ‖ 6 alius **O**, *corr. Schult.* ‖ causam hab. **A** ‖ 7. 8 meā habit **A** me amabit **BT**, *corr. Burs.* ‖ 10 uestro merui *add. Schult. Haase* ‖ quā meum **C** quid in eum **STa** quid meum **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 12 filio **A** ‖ 13 emo **CSTa** ‖ 14 non *add. N. Faber* ‖ alui **Tb** ‖ *an* ut deserui liberalius in d. t. c. coepit? ‖ 17 i *add.* **Tb**, adi *Burs.* ‖ 19 imperes patri **O** ‖ pareñdum **C** ‖ inter noui **C** interim noui **TV**, *corr. Burs.* ‖ 21 forme **Ta** ‖ 22 facie *add. Konitz.* ‖ 23 possit **O** ‖ 25 hisponi **Ta** ‖ putas **CSTa** ‖ 26 futura **O**, *corr. Gron.*

animo beatam domum, ut cum mendico uiueret. noueris oportet hoc eius uitium: ad praestandam calamitosis misericordiam contumax est. nec tamen habeo quod de hoc uitio meo queri possim: hoc inueni patrem, hoc perdidi. Quam multi patres optant similem filium! ab his abdicor. Homo est: non uis alam hominem? ciuis est: non uis alam ciuem? amicus est: non uis alam amicum? propinquus est: non uis alam propinquum? sic peruenitur ad patrem. homo est, ciuis est, amicus est, propinquus est. ⟨ea⟩ condicione ergo non erit uitium porrexisse stipem nisi dixero:

10 'pater est'? Vibi Galli. Circumibo tecum, pater, aliena limina; ostendam omnibus et me qui alimenta dedi et te qui negasti. Romani Hisponis. Scio, pater, melius esse quod tu dicis: istud ego si possem, numquam abdicatus essem. fateor, uitium est. hoc quoque in me prior emendare uoluit pater nec potuit. Impulisti me in fraudem: qui me abdicabat aiebat: 'non oportebat fieri'; tu dicebas oportere; tibi credidi. 'Non dedit', inquit, 'mihi alimenta'. defuerunt tibi? Quisquis alimenta a mendico rogatus est nihil amplius quam monstrat: 'i ad fratrem, i ad filium'. Iam quidam nobis eandem fortunam precantur. crede mihi, sacra populi lingua est. Albvci Sili. Tollite uestras diuitias quas huc atque illuc incertae fortunae fluctus appellet; redite in gratiam: innocens sum.

11 Pars altera. Valli Syriaci. Crescere ex mea

2 prestandum **A** || 4 possem **C** || ineni **C** enim **T V**, *corr. Haase, Burs.* || 5 hoc patruum perdidi **TV** || 6 simile **A** || bis **O**, ab his *Vahlen* || abdico **C** || 6—8 *quater* alium **CSTa** ali **Tb**, *corr. Burs.* || 7 ciues **C** || 8 *bis* nouis **A** || 9 ꝑuenitur **A** || patres **O** || ciues **C** || 10 ea *add. Vahlen* || 11 stipem anisi **B** || 12 calbi **CTb** caldi **Ta**, *corr. Burs.* || circuibo **T** || 13 liminam **B** || 14 hisponi **Ta** || 15 stud **C** || 19 agebat **C** || 20 alimenta mihi alimenta **Ta** || 21 medico **C** || 22. 23 monstrat. u. ad fratrem. u. ad **O** || 23 quidem **O**, *corr. Schult.* || 24 digna **O**, *corr. G. Ranchinus ICtus* || 26 incorte **C** || 27 sum crescere ex mea proposuit inuidia pars altera. Vallis Syriaci. Sequemur **S Ta**

proposuit inuidia: sequemur senes quo uocat ambitio iuuenilis et || concionem illi praebebimus? Melius se potest iactare quam defendere. Ecqui iustus metus meus est, ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam? Inter cetera quae mihi cum inimico fateor esse communia et hoc est: infelicissimam ambo et tristissimam egimus uitam, excepto uno quod alter alterum egentem uidimus. Proici me adiectis uerborum contumeliis iussit: ad caelum manus sustulit fassus huius se spectaculi debitorem, et tunc primum fratri uitam precatus est. Laetitiam parati patrimonii, ut ex tanto calamitatium stupore, nullam percepi nisi quod isti daturus omnia eram, illi negaturus. Liquet nobis deos esse: qui non aluit eget; qui in domum suam fratrem non recepit in publico manet. aequauit iam potentiam meam cum illius potentia fortuna, nisi quod haec prior facere non possum. Adoptaui te cum abdicatus es: cum adoptas abdico.
VIBI RVFI. Cum egerem aiebam: ‘satis se uindica- 12
uit, quod a dispensatore locupletis inimici consors modo omnis fortunae diurnum petam’. MARVLLI. Ille uitam audebit rogare, qui mori malet quam sua uerba sibi dici? Multis debeo misericordiam, multis tuli. quisquis est qui me ulla calamitate similem effingit, perinde habeo ac si gradu cognationis adtingat. Scio quam acerbum sit supplicare exteris; scio quam graue sit repelli a domesticis. scio quam

1 p̄posuit **C** || 2 iuuenalis **Aa** || cognitionem *uel* notionem *Gron.* conditionem **Tb** || 3 et qui **STa** atqui **Tb** || 4 meus tu est (es **STa** **O** || 5 patior **O**, *corr. Schult.* || 6 infelicissimum **O** || amabo **Aa BSTa** || 8 proicimus **CSTa** proiecimus **Tb**, *corr. O. Benndorf, Madvig* || adiecistis **CSTa** adiectis **Tb**, *Bennd. Madv.* || 12 extant **O**, *corr. Burs.* || calamitantium **B** || stupore *bis* **C** stupores **T** || percipi **B** percepissem *Schult.* || 13 nihil neg. *Schult.* || 15 cepit **O**, *corr. Schult.* || equabit **C** || 16 impotentia *Schult.* || 18 cum abdicas **O**, *corr. N. Faber* || 19 furii **O**, RVFI *Schott* || agebam **C** || 21 maryli **B** marilli **AT** || 22 autem **O**, uitam *W. Müller* || rogar ei mori **C**, *an* rogare immo mori? || mallet **O**, *corr. W. Müller* || 23 misericordia **A** || a multis *uolgo* || 24 tulit **C** || simili *Schult.* || 25 habebo **A** || 26 exteros **O**

crudele sit cotidie et mortem optare et uitam rogare. Etiamsi tu non odisti eum qui mihi fecit iniuriam, ego ⟨odi eum⟩ qui fecit tibi. ‖

13 Divisio. Diuisio controuersiarum antiqua simplex fuit; recens utrum subtilior an tantum operosior, ipsi aestimabitis: ego exponam quae aut ueteres inuenerunt aut sequentes adstruxerunt. Latro illas quaestiones fecit: diuisit in ius et aequitatem, an abdicari possit, an debeat. ⟨An possit⟩ abdicari sic quaesiit: an necesse fuerit illum patrem alere, et ob id abdicari non possit quod fecit lege cogente. Hoc in has quaestiones diuisit: an abdicatus non desinat filius esse; an is desinat qui non tantum abdicatus, sed etiam ab alio adoptatus est. Etiamsi filius erat, an quisquis patrem non aluit puniatur, tamquam aeger, uinctus, captus; an aliquam filii lex excusationem accipiat; an hic accipere potuerit. An abdicari debeat per haec quaesiit: an etiamsi ille indignus fuit qui aleretur, hic tamen recte fecerit qui
14 aluit; deinde an dignus fuerit qui aleretur. Noui declamatores Graecis auctoribus adiecerunt primam illam quaestionem: an adoptatus abdicari possit. hac Cestivs usus est. adiecit quaestionem Gallio alteram: an si abdicari possit etiam adoptatus, ob id uitium quod antequam adoptaretur notum fuit adoptanti. haec autem ex aequitatis parte pendet et tractatio magis est quam quaestio. Gallio quaestionem primam Latronis duplicauit sic: licuit mihi alere etiam te uetante; deinde non licuit non alere. In priore parte hoc uindicauit, non posse filium ob

3 odi eum *add.* **E** ‖ feci **Ta** ‖ 7 alias **O**, illas *N. Faber* ‖ 9 an possit *add. Gron. H. Müller* ‖ 9. 10 si quaesit **C** sicquerit **T**, *corr. Burs.* ‖ 10 fuierit **B** ‖ 11 hos **O** ‖ 12 desinit **O** ‖ 14 ab auo **O**, *corr. N. Faber* ‖ 16 egeri **STa** ‖ an iniquam **BST** an unquam **A**?, *fort. recte* ‖ 17 accipit **O** ‖ an hoc **O**, *corr.* **Tmg**, *Gron.* an in hoc *Burs.* ‖ 18 * per hoc **O** ‖ quaesit **C** ‖ 19. 20 quin aluit **T** ‖ 21 actoribus **T** ‖ 22 posset **B** poss.. **A** ‖ 23 adicit **O** ‖ 25 nouum **AaBSTa** ‖ adoptati **O** ‖ 27 quam *om.* **B**

id abdicari quod esset suae potestatis; nulli autem
interdici misericordia: quid si flere me uetes cum
uidi hominem calamitosum? quid si uetes propter
aliquod honestum factum periclitanti fauere? ad-
fectus nostri in nostra potestate sunt. quaedam enim
iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt:
quamuis filius familiae sim, licet mihi et stipem
porrigere mendico et humum cadaueri. iniquum est
conlapsis manum non porri||gere: commune hoc ius
generis humani est. Nemo inuidiosum ius postulat
quo alteri profuturus est. LATRO illud uehementer 15
pressit: non feci ratione, adfectu uictus sum. cum
uidissem patrem egentem mens non constitit mihi;
quid uetueris nescio. Hoc aiebat non esse tractan-
dum tamquam quaestionem; esse tamen potentius
quam ullam quaestionem. FVSCVS ARELLIVS pater
hoc mouit in ultimo tamquam quaestionem: putaui
te, quamuis uetares, nihilominus uelle ali fratrem:
eo uultu uetabas aut mihi ita uidebaris. CESTIVS
audacius; non fuit contentus dicere: 'putaui uelle
te' adiecit: 'uoluisti et hodieque uis'. et sua figura
dixit omnia propter quae uelle deberet. 'quare ergo
abdicas? puto, indignaris praereptum tibi officium'.

LATRO colorem simplicem pro adulescente: habere 16
non quo excuset sed quo glorietur. Non potui,
inquit, sustinere illud durum spectaculum. offensam
mihi putas tantum excidisse? mens excidit, non

1 abdicare **C** ‖ nulla **CSTa** ‖ 4 setuere **A** secuere **B** fauere **T**, *an* succurrere? periclitantis seruare *Haase* ‖ 5 non sunt **TbE** ‖ 6 iniuria **CSTa** iura **TbE**, in iure *Ant. Augustinus* ‖ 11 quod **C**, *corr. Haase* ‖ profuturum **T** ‖ 12 rationem **CSTa** ‖ 14 aiebant **BT** agebant **A**, *corr. Burs.* ‖ 14. 15 *uerba* esse ... quaestionem *om.* **A** ‖ 17 putauit **C** ‖ 18 ueterē **C** uetarem **STa** ‖ alii **C** alia **STa** ‖ 19 Cecius **C** ‖ 20 aucdatius **STa** ‖ ñtentus **C** contemptus **T** ‖ putauit **C**, *an* 'putaui te uelle' et a.? ‖ 21 odie (hodie **Ta**) quis **CTa** hodie quoq; uis **Tb**, *corr. Burs.* ‖ sine figura *Gron.* ‖ 23 preteritum **CSTa** ‖ 24 adulescentem **C** ‖ ⟨habuit⟩: habere? ‖ 25 excuset se sed *Haase* ‖ 26 expectaculum **C**

animus mihi constitit, non in ministerium sustinendi corporis suffecerunt pedes, oculi subita caligine obtorpuerunt: alioqui ego, si tunc meae mentis fuissem, expectassem dum rogarer? Fvscvs illum colorem introduxit, quo frequenter uti solebat, religionis: mouit, inquit, me natura, mouit pietas, mouit humanorum casuum tam manifesto approbata exemplo uarietas. stare ante oculos Fortuna uidebatur et
17 dicere talia: hi sunt qui suos non alunt. Albvcivs hoc colore: accessit, inquit, ad me pater, nec summissis uerbis locutus est; non rogauit, set, quomodo agendum est cum filio, alere me iussit; recitauit legem, quam ego semper scriptam etiam patruo putaui. Et deinde dixit: praestiti non quantum patri praestare debui, set quantum uetanti subripere potui. Blandvs colore || diuerso: uenit subito deformis squalore, lacrimis. O graues, Fortuna, uices tuas! ille diues modo superbus rogauit alimenta, rogauit filium suum, rogauit abdicatum suum. interrogas quam diu rogauerit? ne di istud nefas patiantur ut diu rogauerit; diutius tamen quam tu. Quaeritis
18 quid fecerim? quod solebam. Silo Pompeivs hoc colore: mouit, inquit, me quod nihil suo iure, nihil pro potestate, quod tamquam patruus accessit. ego uero non expectaui uerba, non preces: complexus sum et osculatus sum patrem, dedi alimenta. hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratrem dedisse: non

2 subiita **C** || 3 sıt hunc **C** || fuisse **C** fuisses **STa** fuisses non **Tb** || 4 exspectasses **O** || 6 *ter* mouet **O**, *corr. Gron.* || 7 causa ei **C** causa et **T**, *corr. N. Faber* || aprobate **ATa** eaprobatae **B** || 8 ueritas **O**, *corr. N. Faber* || stare te oculos **C** || 9 hae sunt **C** hii sunt **T**, talia accersunt *Madvig* || quo **Ta** || aiunt.´albicius **C** || 10 summis **O** || 11 siet **C**, sciit *Burs.* sic? || 12 * esset **O** || cum in filio **C** || mec **C** || 13 pro patruo *Schult.* || 14 praestati **B** || 15 debuisset (— sed **B**) **C** || 17 uires tue (uır ē uę **C**) **O**, *corr. Gron.* || 18 et superbus? || 20 nec **O** || 21 ut *om.* **C** || 22 fecerit quod (quid **STa**) solebat **O**, *corr. Schult.* || 23 mouet **O**, *corr. Haase* || 24 propositate **C** || 25 expiaui **C** || 26 s; **T** || *uerba* dedi . . . fratrem (*u.* 27) *om.* **Ta**

alere sed exprobrare uisus sum. TRIARIVS hoc colore: timui, inquit, si non aluissem, ne abdicarer a patre: sciebam quomodo illi placuissem. ARGENTARIVS hoc colore: accessit, inquit, ad me pater obrutus sordibus, tremens deficientibus membris; rogauit alimenta. interrogo uos, iudices, quid me haec si ⟨fiant⟩ facere oporteat? nam istum non interrogo: scit quid facturus sim. num patiemini ut alteri patri faciam iniuriam, alteri inuidiam? Cum uetuisset me alimenta praestare, si qua est fides, non putaui illum ex animo uetare; lenocinatur, inquam, gloriae meae, ut uideam patrem etiam prohibitus aluisse. MARVLLVS nouo colore egit: cecidit in pe- 19
des meos senex squalidus barba capilloque. nouit, inquam, nescio qui iste misericordiam meam. adleuaui, cum ignorarem quis esset: uultis repellam, quod pater est? CESTIVS hoc colore: haec mecum cogitaui: pater meus ⟨est⟩; egentem uidet frater: non miseretur, non praestat alimenta; hoc est, inquam, non uult praeripere filio officium, scit in hac fortuna meorum has iam meas esse partes. Hoc peccaui quod non ultro ad patrem accessi; sed aiebam: nolo ⟨huic⟩ quicquam amplius praestare quam illi praestiti: [non] expectaui donec patruus ad me ueniret, et nunc expectabo. Venit ad ‖ me pater: quid habui facere? perducere illum ad patrem? non feci: merito irascitur. potuit enim si aluisset leuare qui-

1 exprobare **C** ‖ 4 accescit **C** ‖ 5 obsitus *W. Müller* ‖ 6. 7 quidem haec si **C** hec quidem f̣ si **T** quid me **Tmg**, *corr. Madvig.* quid me inter haec *uel* nisi haec *Haase* ecquid idem me huic quod isti *W. Müller.* ‖ 8 quod **CSTa** ‖ Nam patrem **C** Nō patrem **T**, *corr. Haase* non alerem *N. Faber* ‖ 13 marillus **O** ‖ noua **B** ‖ 14 mouit **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ 15 inaquam **A** ‖ quiste misericordia mea **O** ‖ 16 ignorem **C** ‖ 18 patrē meū **ST** ‖ est *add. Haase* ‖ uideto **ST** ‖ fratrem *Burs.* ‖ 20 n̄ uitii **C** noui uitii **ST**, *corr. Gron.* ‖ eripere **O**, *corr. Gron.* ‖ in hanc **BT** inquā **A**, *corr. Burs.* ‖ fortunā **T** ‖ 21 hoc speculaui **O** ‖ 22 se aiebam **C** ‖ 23 * huic *om.* **BT** ū **A**, *sed evanidum* ‖ 24 non *del* ‖ 25 quid debui *Schott* ‖ 26 patruum **T** ‖ fecī **A** ‖ meritu C

20 dem fortunam fratris, sed causam adgrauare. BVTEONIS colorem non probabat Latro: praestitisse se dixit exiguum, tantum quo spiritum posset producere; et cum descripsisset pallorem eius ac maciem adiecit: apparet illum ab inimicis ali. Hunc colorem cum improbaret LATRO hac sententia usus est: non est, inquit, abdicato quicquam ex gloria criminis sui detrahendum. HISPANVS hunc colorem uenustius; nam et miserationi eius qui non benignissime alitur adiecit aliquid et pietati suae nihil detraxit: quomodo autem, inquit, illum alo? exiguos furtiue cibos mitto et si quid de mensa mea detrahere potui famelico seni porrigo. Non credis, qui

21 scis quomodo te aluerim? Colorem ex altera parte quae durior est LATRO aiebat hunc sequendum, ut grauissimarum iniuriarum inexorabilia et ardentia induceremus odia. Thyesteo more aiebat patrem non irasci tantum debere, sed furere. Ipse ⟨in⟩ declamatione usus est summis clamoribus illo uersu tragico: 'Cur fugit fratrem? scit ipse'. Hunc colorem secutus SYRIACVS VALLIVS durum sensum uidebatur non dure posuisse in narratione sic: infelicissimam ambo et tristissimam egimus uitam, excepto ⟨uno⟩ quod alter alterum egentem uidimus. Aeque efficaciter odium uidebatur expressisse fraternum hac sententia: uos, iudices, audite quam ualde eguerim:

[Trag. fragm. inc. inc. fab. 212 Ribb.]

22 fratrem rogaui. Hanc partem memini apud Cestium declamari ab ALFIO FLAVO, ad quem audiendum me fama perduxerat; qui cum praetextatus esset tantae opinionis fuit, ut populo Romano puer eloquentia

2 se *om.* **B** ‖ 5 adiciet **C** ‖ 7 cuiquam **CSTa** ‖ 9 non *del.* **A** *m. rec.*, *om.* **T** ‖ benignussime **C** ‖ 11 detrahit **C** ‖ 12 de demenso meo *N. Faber* ‖ quia **CSTa** ‖ 15 ultro **C** Latro *N. Faber* ‖ 16 exorabilia **B** ‖ ardentissima *Schulting* ‖ 17 ties more **C** ties ÷ teo ÷ more **T** ‖ 18 irascit **C** ‖ in *om.* **O** ‖ 19 clamaribus **A** ‖ 20 fugis **O**, *corr. Bücheler* ‖ 21 Vallius dux **Ta** ‖ 22 non durū **AS** ‖ 23 uno *addidi coll. p.* 73, 7 ‖ 25 paternum **O**, *corr. Schott* ‖ hęc **A** ‖ 27 patrem **STa** ‖ hanc patrem **C** 28 declamatori **STa**

notus esset. Semper de illius ingenio Cestius et praedicauit et timuit: aiebat tam inmature magnum ingenium non esse uitale; sed tanto concursu hominum audiebatur, ut raro auderet post illum Cestius dicere. Ipse omnia mala faciebat ingenio suo; naturalis tamen illa uis eminebat, quae post multos annos, tam et desidia obruta et carminibus eneruata, uigorem tamen suum tenuit. Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam: in puero lenocinium erat ingenii aetas, in iuuene desidia. Hic cum declamaret partem abdi- 23
cantis hanc summis clamoribus dixit sententiam: quis es tu qui de facto patrum sententiam feras? ille tunc peccauit: tu nunc peccas. ad te arbitrum odia nostra non mittimus: iudices habemus deos. Et illam sententiam: audimus fratrum fabulosa certamina et incredibilia nisi nos fuissemus: impias epulas, detestabili parricidio furuum diem: hoc uno modo iste frater a fratre ali meruit. Quam innocenter me contra parricidium uindico! filium illi suum reddo. Cᴇsᴛɪᴠs hunc colorem tam strictum 24
non probauit, sed dixit temperandum esse, et ipse hoc colore usus est quem statim a principio induxit: miratur aliquis, quod cum duo grauissimam ⟨a⟩ fratre ⟨meo⟩ acceperimus iniuriam, ego et filius, ego solus irascor? non est quod miretur: iam filio satisfactum est. Debuisti, inquit, me rogare ut ipse praestarem, debuisti illum ad me perducere, debuisti reconciliationem temptare, non famam pietatis ex nostra captare discordia. Fortasse ego cum egerem fratrem rogassem, si tu non fuisses; fortasse ille me

2 aeiebat **B** ‖ inmaturaē agnum **A** ‖ 5 ipsa **O** ‖ satiabat **Tmg** ‖ 7 iam *Bursian* ‖ etsi **T** ‖ 10 ingenium **O**, *corr.* **E** ‖ 11 abdicati **O** ‖ 12 sententia **A** ‖ 13 patrem **B** *m. pr.* ‖ 14 tu nunc **T** tunc **C** ‖ 14. 15 arbitrudi odia **A** arbitriudiodia **B** ‖ 17 impia **C** ‖ 18 futurum **C**, *corr. amicus Schotti* fuscatum *Bursian* ‖ 20 uindica **CSTa**, uindicaui? ‖ 23 statū **STa** ‖ 25 fratrum **O**, a fratre meo *Haase* ‖ 27 * rocare **B**, *an* uocare?

rogasset, si tu non fuisses; poterit nobis conuenire, si non fuerit in medio quem potius miseri contumaces rogent. HERMAGORAS in hac controuersia transiit a prooemio in narrationem eleganter, rarissimo quidem genere, ut ⟨in⟩ eadem re transitus esset, sententia esset, schema esset; sed, ut Latroni placebat, schema quod uulnerat, non quod titillat: .... Ex altera parte transiit a prooemio in narrationem GALLIO et ipse per sententiam sic: quidni filium mihi nolim cum isto communem esse, cum quo utinam || communem nec patrem habuissem? DIOCLES CARYSTIVS illum sensum a Latinis iactatum dixit breuissime, rarissimo genere, quo duobus sententia uerbis consummatur; nec enim paucioribus potest ..... EVCTEMON, leuis declamator sed dulcis, dixit noue et amabiliter illum aeque ab omnibus uexatum sensum, quo reconciliatio fratrum temptatur .....

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

Sacerdos casta e castis, pura e puris sit. Quaedam uirgo a piratis capta ueniit; empta a lenone et prostituta est. uenientes ad se exorabat stipem. militem qui ad se uenerat, cum exorare non posset, conluctantem et uim inferentem occidit.

1 poterati nobis **A** poterat in nobis **B** poterat nobis **T**, *corr. Schult.* || 3 Hermacotas **CTaV** || 3. hanc controuersiam **O** || 5 et eadem **O** || 6. 7 latro ĩ placebat **STa** || 7 uulnere **CVa** uulnerat **T** uulneret **Vb** || titubat (titubet **Tb**) **O**, *corr. Gronov; sed uerba* ut Latroni placebat *ante* quod tit. *transponenda sunt coll. p.* 67, 9 || 8 transit **O**, *corr. Bursian* || 9 Caleo et ipse ter **O** || quid **Tb** || 10 olim **T** || 13 quod (qđs **A**) sententias uerbis **O**, *corr. Haase* || 14 consumatur **C**, consummat *Burs.* || *uerba* nec enim p. potest *om.* **A** || potesta **BSTaV** || 15 eučtemonie uisae (uise **STa**) clamator **O**, leuis **Tb** al' lenis **Tmg** || 17 temptantur **B** || 19 purepuris **C** || 20 tempta **C** || a lenones **C** ad lenones **STaV** ad lenone **Tb**, *corr.* **E**

accusata et absoluta <et> remissa ad suos est: petit sacerdotium. <contradicitur.>

Porci Latronis. Sacerdos uestra adhuc in lu- 1
panari uiueret nisi hominem occidisset. Inter barbaros quid passa sit nescio: quid pati potuerit scio. sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. absint ex hoc foro lenones, absint meretrices, ne quid parum sanctum occurrat, dum sacerdos legitur. Si nihil aliud certe osculatus est te quisquis spurcam putauit. O egregium pudicitiae patrocinium: militem occidit; at hercule lenonem non occidisti. Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est: hactenus in te inquiri potest; cetera nescio. quid in cellulam me et obscenum lectulum uocas? de pudicitia sacerdotis hic quaeritur. 'Nemo', inquit, 'mihi uirginitatem eripuit': sed omnes quasi erepturi uenerunt: sed omnes quasi eripuissent recesserunt. Quo mihi sacerdotem cuius precaria est castitas? Cum ex illo lupanari cruenta fugeres, si qua tibi occurrisset.... Si mater tua prostitisset, tibi noceret. propter te
liberis tuis sacerdotium non daretur. Fvlvi Sparsi. 2
Quid inclusa feceris nec quaerere debemus nec scire possumus. Corneli Hispani. Occidisti hominem. quid respondes? 'uim adferebat mihi'. Etiam, puto, sacerdoti pro libertate uota facienda sunt: captiuae mandabitis? pro pudicitia uota facienda sunt:

1 et *add.* **E** ‖ 2 sacerdotum **C** ‖ contradicitur *add. Schott ex* **E** ‖ 7 adsint **C** ‖ 9 est ex te **Ta** ‖ * puram **O** ‖ 10 putabit **TVb** ‖ 11 occidit **O** ‖ 14 ceterum **O**, *corr. Haase* ‖ in *del.* **A** *m. rec.* ‖ 14. 15 celū lam met **B** cellulam et **ATV**, *corr. Haase* ‖ 15 obsenum **T** *passim* obscentum **B** obscemum **Aa** ‖ puditia **A** ‖ 17 *uerba* sed ... uenerunt *om.* **B** ‖ 17. 18 *uerba* sed ... recesserunt *om.* **Sa Ta** ‖ 20 *post* occurrisset *quaedam intercidisse uidit Schott* sacerdos, lictor te summouisset *suppl. Haase* ‖ 22 liber istius **S Ta** ‖ dare **O** daret **Tb**, *corr. N. Faber*, darem *Burs.* ‖ 23 nescire **Va** ‖ 24 occiditi **C** ‖ 25 adferebat metiam **A** ‖ si iam *O. Ribbeck* ‖ 26. 27 *uerba* captiuae m. p. p. u. f. sunt *om.* **A** ‖ 27 mandabis **BTaV**

prostitutae mandabitis? pro militibus uota facienda sunt: isti mandabitis? Id enim deerat, ut templa reciperent quas aut carcer aut lupanar eiecit. Marvlli. Vt sciamus illam apud lenonem fuisse, blanda est; ut sciamus apud piratas, cruenta est. 'Nemo', inquit, 'me attigit'. da mihi lenonis rationes: captura conueniet. Age, si quis uenit pertinax? age, si quis hoc ipsum concupiuit quod uirgo eras? age,
3 si quis, ne negare posses, ferrum attulit? P. Vinicii. Eam sacerdotem facite quae aut honeste maneat quod semper fuit, aut poenam sentiat si esse desierit. Cuius audaciae es, puella? etiamsi nos nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. Aliter deorum numini subiecta uniuscuiusque conscientia est, aliter nostrae aestimationi: nos tantum quae palam feceras uidimus, illi etiam quae secreta sunt. Indignam te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. Praecedens hanc lictor summouebit? huic praetor uia cedet, summum imperium consules cedent? tibi quaecumque meretrix prostabit fugiet? Fas sacerdoti non esset ancillam tibi similem habere: ne fieri sacerdotem <talem> fas fuerit. nam quod ad sortem pertinet, ne reliquae uirgines || contaminarentur, haec segregata est. Castam te putas, quia inuisa meretrix es? nuda in litore stetit ad fastidium emptoris; omnes partes corporis et inspectae et contrectatae sunt. uultis auctionis exitum audire? uendit pirata, emit leno, excipitur nihil. eo deducta es,

1. 2 prostitutae ... sunt *om.* **Ta** || facieunda **A** || 2 recipiant **OE** || 3 Marilli **O** || 6 domi **O**, *corr. N. Faber* || 7 conuenit? conuincet *O. Ribbeck* || 8 concupit **C** || ege **C** || 9 ne *om.* **CVa** re **Ta** || appulit **O**, *corr. Haase, Madvig, W. Müller* || Uicinii **T** || 10 honesta **O**, honesta <sit et> m. *Schult.* || 11 quā **C** quae *Burs.* || 14 subiectauimus cuiusque **B** || uniusq. **A** || consentia **Ta** || 16 feceris *N. Faber* || 17 indignātes **Ta** || dicere **C**, *corr.* **E** || 18 p̄cedentes hac **T** || summouidebitur **S Ta** summouebi **C** || 19 pretoruı accedet **T** || cedunt **C** || 20 prostrauit **C** prostrata fuit **T**, *corr. Burs.* || 22 fierine **T**, te fieri *Burs.* || talem *add. O. Ribbeck* || fas erit **O**, *corr. O. Ribb.* || 24 inuita *Burs.* || 25 stitit **Aa** || 26 contracte **O** || 27 actionis **O**, *corr. N. Faber* || exitium **C** || 28 emti **B** empti **A**

ubi tu aliud nihil honestius facere potuisti quam
mori. Inpensius stipem rogasti quam sacerdotium
rogas. 'Fortuna, inquit, haec me coegit pati; mise-
reri debent omnes mei'. et ego misereor tui, puella;
sed non facimus miserandas sacerdotes. non est
apud nos maximus honor ultimorum malorum sola-
tium. MENTONIS. Honorem habitum aurium maie- 4
statisque uestrae uelim, quod necesse est in hac
causa nominare lupanar, lenonem, meretricios quae-
stus, homicidium. Quis credat? inter haec sacerdos
quaeritur. at mehercules futurae sacerdoti nihil ex
his audiendum erat. Sacerdotis uestrae summa no-
titia est quod prostitit, summa uirtus quod oc-
cidit, summa felicitas quod absoluta est. Non potest
in ea sperari sacerdos in qua sperari meretrix potest:
aliis oculis uirginem leno aestimat, aliis pontifex.
BLANDI. 'Virgo sum', inquit: 'interroga, si dubitas,
arcipiratam, interroga gladiatorem, an rogatus uir-
ginitati pepercerit'. non refello, dum scias clausa
esse testibus tuis templa. In auctione nemo uoluit
liceri, ut enotuit seruisse piratis. non uidebatur iste
uirginis uultus, ista constantia et ne armatum qui-
dem timens audacia. ARELLI FVSCI patris. Ne me- 5
tue, puella, pudica es: sed sic te uiro lauda, non
templo. Meretrix uocata es, in communi loco ste-
tisti, superpositus est cellae tuae titulus, uenientem
recepisti. cetera etiamsi in communi loco essem
tamen potius silerem. POMPEI SILONIS. Excipitur
meretricium osculis, || docetur blanditias et in omnem
motum confingitur. Auertite aures petiturae sacer-

3 cogit **T** || 4 tibi **O**, *corr. Schott* || puiella **B** || 5 miserendas **A** || 6 maximos **Ba** || 7 magestatisque **A** || 11 ac **C** || 12 audiendus **C** || innocentia? pudicitia **Tmg** || 15 potuit *Schult.* || 18 arcipiratū **A** || 20 auctionem **C** actionē **STa** || 22 uirgines **A** uirginis iste *Schult.* || arm̄tum **Ta** || 23 Aureli **O** || nemę tuę **A**, *an* nempe tu? || 24 puellam pudicā essed si **C** || 25 templa **C** || est **C** || 26 superposutus **C** || 28 scirem **O**, *corr. Burs.* || 29 oculis **CSTa** || 30 confringitur **O** || auertit **AT** auertat **B** || petitura **T**

dotium dum reliqua narro: nihil ad uos deferam dubium, nihil audietis nisi quod uicina ciuitas uidit. Tu sacerdos? quid si tantum capta, quid si ⟨tantum⟩ prostituta, quid si tantum homicida, quid si
6 tantum rea fuisses? Romani Hisponis. Numquid hoc negas, conluctatam te tamen cum uiro, quem in illa uolutatione necesse est prius super te fuisse? Adiciebat leno merito occisum militem, plus ausum quam in prostitutam licebat. Exorasti populum: numquid et lenonem? numquid et piratam illum quem non poteras occidere? Argentari. 'Armatum', inquit, 'occidi'. Quid inermes? gloriatur homicidio
7 eius quem nescio an sero occiderit. Cesti Pii narratio: Ita domi custodita est, ut rapi posset; ita cara fuit suis, ut rapta non redimeretur; ita raptae pepercere piratae, ut lenoni uenderent; sic emit leno, ut prostitueret; sic uenientes deprecata est, ut ferro opus esset. Coniectum in urnam nomen eius non exiit, sed eiectum est. tempus erat nunc sortiri: urna purgata est. Stetisti puella in lupanari: iam te ut nemo uiolauerit locus ipse uiolauit. stetisti cum meretricibus, stetisti sic ornata, ut populo placere posses, ea ueste quam leno dederat; nomen tuum pependit in fronte; pretia stupri accepisti et manus quae dis datura erat sacra ⟨lenoni⟩ capturas tulit; cum deprecareris intrantis amplexus, ut alia omnia impetraris, osculo rogasti. Ancillae

1 hos **T** ‖ 2 uicinitas *Madvig* ‖ 3 sacerdos quid si tantum homicida **C**, *quae infra suo loco repetuntur* ‖ 4 tantum *om.* **O** ‖ 7 uoluntatione **C** uolutatıonē **T** ‖ prius p ꝑ te **Ta**, prius superiorem f. *Schult.* ‖ 8 aditiebat zeno **T** adiebat zeno **C**, *corr. Schult.* aiebat *Burs.* ‖ 9 prostitam **O** ‖ 10 lenone **C** ‖ piratam *bis* **C** ‖ 12 qui **B** ‖ inermis **T** ‖ 13 Cesti p. **O** ‖ 14 custodia **C**, *corr.* **E** ‖ 16 uenderetur **O**, uenderent **E** ‖ sic enim **C** ‖ 17 prostituerit **O** ‖ 19 exit **C** ‖ erat non **O**, *corr. Haase Burs.* ‖ 20 urnā **A** ‖ 21 ante ut **O**, *corr. Haase Burs.* ‖ uialauerit **C** ‖ uolauit **C** ‖ 23 qua **A** *m. pr.* **B** ‖ 25 datur aderat **C** ‖ * lenoni *om.* **O** ‖ 26 intrāstis **S Ta** ‖ 27 et alia **O**, *corr. Schott* ‖ impetrares osculū **O** (ut impetrares **Tb**), *corr. Schott.* osculo pepigisti *W. Müller*

ex lupanaribus sacerdoti non emuntur; coram sacerdote obscenis homines abstinent. Non sine causa sacerdoti lictor apparet: occurrentem te illi meretricem summouisset. Non est credibile tem|perasse 8
a libidine piratas omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefasque lusus est, simul terras et maria latrocinantes, quibus in aliena impetus per arma est; iam ipsa fronte crudeles et humano sanguine adsuetos, praeferentes ante se uincula et catenas, grauia captis onera, a stupris remouere potuisti, quibus inter tot tanto maiora scelera uirginem stuprare innocentia est? Sed lupanar excepit. omnis sordida iniuriosaque turba huc influit, nec quisquam eo ut iudicet uenit. At omnes fauere fabulis tuis? at omnibus persuasum est? nemo in tanta euntium redeuntiumque turba inuentus est, qui fortunae tuae uellet inludere? ergo tu, cum tam innocens quam dicis uixeris, ista passa [es] credis deos esse? 'Nihil', inquit, 'passa sum'. hoc satis est nupturae, sacerdoti parum. Vbi adhuc fuisti? discede, ignota es: ⟨ubi non fuisti?⟩ discede, nimium nota es. P. ASPRE- 9
NATIS. Contradico non inimicitiis cuiusquam inpulsus; quod enim odium, quae inimicitiae cuiquam esse possunt quam nemo ciuium suorum norat antequam prostitit? Mouet me respectus omnium uirginum de quibus grauis hodie fertur sententia, si in ciuitate nulla inueniri potest neque meretrice castior neque homicida purior. Piratae te inuiolatam seruauerunt? a sacerdote se non abstinuisset pirata, leno, mango. de sacerdotis pudicitia his spon-

2 obsce (-se- **T**) ni **O** ‖ 3 occurrent tibi m. **C** occurrenti tibi m. **ST**, *corr. Burs.* ‖ 6 ludus *Schult.* ‖ 8 est · tam **B** est, etiam *Schult.* ‖ 10 posuisti **A** ‖ 13 influit ne **ST** infuit ne **C**, confluit *W. Müller* ‖ 14 ut pudic⟨am quaer⟩at?, te uindicet *W. Müller* ‖ aut **O** ‖ cauere **O** ‖ 15 aut **O** ‖ 18 ⟨si⟩ ista *Haase* ‖ es *del. H. Müller* ‖ 20 ibi adhuc **O** ‖ 21 * ubi non fuisti *om.* **O** ‖ 22 inim(inm **B**)iticus **C** ‖ cuiquam **C**, cuiquam ⟨cum ea⟩ *Madvig* ‖ 24 quem **C** ‖ 25 monet **T** ‖ 27 potuit **E** ‖ 29 abstinusset (-sed **B**) **C** ‖ 30 magno **Ta** ‖ sacerdote **C**

soribus credendum est? Iacuisti in piratico myoparone; contrectata es alicuius manu, alicuius osculo, alicuius amplexu. An melius pirata seruauit quam pater? Conuersata es cruentis et humano sanguine delibutis: inde est profecto quod potes hominem
10 occidere. Proclama ingenuam esse te; quid expectas cum in lupanar ueneris? iam tibi omnia templa praeclusa sunt. Conseruarum osculis inquinatur, inter ebriorum conuiuarum iocos iactatur, modo in puerilem, modo in muliebrem habitum conposita: istinc ne patri quidem redimenda es. Nulla satis pudica est de qua ‖ quaeritur. Non legerem te sacerdotem, etiamsi sacerdoti seruisses. Virginem esse sacerdotem nostram cui credimus? meretrici, lenoni, piratis; haec enim testium summa est. Castigationem [ex] pontificis maximi meruerat sacerdos, si te e lupanari redemisset. Conuenit omnis libidinosorum turba et concurrit ad meretricem nouam. illud certe fateberis, pudicitia tua precaria est: tot intrauerunt cellam tuam gladiatores, tot iuuenes, tot ebrii: et omnes ante militem inermes? Ego illam dico prostitisse: illa se dicit etiam mendicasse. Pudicitiam
11 sacerdotis meae etiam carnifici debeo. Ivnii Gallionis. Ambitiosa lex est: ad sacerdotium non ullas ⟨nisi integrae⟩ non sanctitatis tantum, sed felicitatis admittit; inquirit in maiores, in corpus, in uitam: uideris quemadmodum tam morosae legi satisfacias. Capta es a piratis, inter seruos, inter homicidas in

1 pirateco (-aco **A**) **C** pirate **ST**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 2 contrecta **O** ‖ 4 conserua **Tmg** ‖ est **O** ‖ cauentis **A** *m. pr.* **BSTa** ‖ 5 indest **B** ‖ potest **ST** ‖ 8 proclusa **B** proclausa **AST** ‖ oculis **O**, *corr. N. Faber* ‖ inquinātur **Ta** ‖ 9 locos **CSTa** ‖ 10 mulierum **A** ‖ stinc **C** ‖ 16 ex pontificis **O**, *corr. Burs.* ‖ 16. 17 sit e lupanari **C** ‖ 17 quo uenit *Schott* ‖ libidinosurum **C** ‖ 19 fatebaris **C** ‖ 23 me **C** ‖ ⟨manui⟩ etiam carnificis *Schult.* ‖ debebo **Ta** ‖ 24 fastidiosa *Schult.* inuidiosa? ‖ non nullas **O**, *corr. Haase qui et* nisi integrae *add.* ‖ 26 admitti **O** ‖ 27 uidere **CSTa** uide **Tb**, *corr. Burs.* ‖ morossę **Ta**

illis myoparonis angustiis spatiata es: uiderimus
quid in te audere potuerit feritas hostium, libido
barbarorum, licentia dominorum. certum habeo,
iudices, cum hanc feritatem barbarorum audiatis,
fauetis illi, ut quamprimum mutet seruitutem. Sic
istam seruauerunt piratae, quemadmodum qui lenoni
essent uenditui ⟨sic istam seruauit leno, ut cogere-
tur⟩ stare in illo ordine, ex eadem uesci mensa, in
eo loco uiuere, in quo etiamsi non patiaris stuprum
uideas. Aliquis fortasse inuentus est, quem hoc 12
ipsum inritaret, quod rogabas. Ipse autem leno
pepercit? ignoramus istos quibus uel hoc in eius-
modi quaestu praecipue placet, quod inlibatam uir-
ginitatem decerpunt? seruauit te leno quam prosti-
tuturus erat in libidinem populi? istam sic leno,
tamquam nos castam e castis? 'Omnes', inquit, 'exo-
raui'. Si quis dubitabat an meretrix esset, audiat
quam blanda sit. haesisti in conplexu, osculo pacta
es, ut felicissima fueris pro pudi|citia inpudice rogasti.
Quid faciam mulieri intra crimina sua delitiscenti?
cum dico: 'uim passa es', 'occidi', inquit, cum
dico: 'hominem occidisti', 'inferebat', inquit, 'uim
mihi'. sacerdos nostra stuprum homicidio, homici-
dium stupro defendit.

DIVISIO. LATRO in has quaestiones diuisit: 13
an per legem fieri sacerdos non possit; etiamsi
lex illi non obstat, an sacerdotio idonea sit. An
lege prohibeatur in haec duo diuisit: an casta sit,

1 meoparonis **C** ‖ spatita **C** ‖ uidebimus *Gron.* ‖ 2 audire **CSTa** ‖ libidino **B** *m. pr.* ‖ 5 fabetis **C** ‖ 6 quem qui admodum lenonis **STa** ‖ 7 *hiatum significatum a Schultingio expl. Haase* ‖ 8 uesti **C** ‖ 12 eismodi **B** ‖ 13 inlibata **B** ‖ 14 prostituris **A** prostituturis **B** ‖ 15 eras **C** ‖ * ista ē **A** Ita est **BT**, istamne *O. Ribbeck* intactam *Haase* ‖ 16 castam tam e castis **CSTa** ‖ inquam **O**, *corr.* **E** ‖ exorabamus **AbBSTa** exoramus **A** *m. pr.* exorauimus **Tb**, exoraui **E** ‖ 17 dubitat **O**, dubitabat **E**, dubitat . . . sit *Madvig* ‖ 18 hesit **C** ‖ hesis in conspectu **STa** ‖ 20 in **O**, intra *Gron.* ‖ 23 stipum **B** ‖ 27 * tamen **O**, an tamen *Burs.* ‖ * indigna **O** ‖ sit hac **C**

an pura sit. An casta sit in haec diuisit: utrum castitas tantum ad uirginitatem referatur an ad omnium turpium et obscenarum rerum abstinentiam. Puto enim uirginem quidem esse te, sed contrectatam osculis omnium; etiamsi citra stuprum, cum uiris tamen uolutatam; ⟨an⟩ es casta talis qualis uideri potest cui lex nocere uult matrem quoque incestam? Etiamsi ad uirginitatem tantum refertur
14 castitas, an haec uirgo sit. Aiebat Apollodoreis quidem placere fixa esse themata et tuta, sed hic non repugnare controuersiam huic suspicioni; non enim ponitur adhuc uirginem ⟨esse⟩, et multa sunt, propter quae credibile sit non esse. Illud adiciebat: denique etiamsi non effecero, ut credant iudices non esse uirginem, consequar tamen, ut non putent dignam sacerdotio, de qua dubitari potest an uirgo sit. An pura sit in haec diuisit: an etiamsi merito occiderit hominem, pura tamen non sit homicidio coinquinata; deinde: an merito occiderit hominem innocentem uti corpore prostituto uolentem. Absoluta est: ostendit non puram se esse, sed tutam. An idonea sit in tractationes quas quisque uult diuidit: an idonea sit tam infelix, ut caperetur, ut ueniret, ut lenoni potissimum, ut prostitueretur, ⟨ut⟩ occidere hominem cogeretur, ut causam diceret.
15 Cestivs etiam altius ‖ petiit et obiecit, quod tam uilis suis fuisset, ut non redimeretur. Silo Pom-

1 an ... diuisit *om.* **ST** ‖ 3 aestimationem **O**, *corr. Gron.* ‖ 4 puta **O**, *corr. Hause, Burs.* ‖ 5 oculis **CSTa** ‖ utra **CSTa** ‖ 6 uoluntate es **CSTa** uolutata es **Tb**, *corr. N. Faber* ‖ 7 incestum **C** incestarcı **T** ‖ 9 uiro **O** ‖ * apollodorus **Tb** pollodorus **CSTa**, *corr. ego, Madvig* ‖ 10 si fixa **Tb** ‖ esset herat aec **A** ēēt herat et **BSTa** ēēt he[c]rat et **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 12 potitur **T** poni ut *Burs.* ‖ uirgine **ST** ‖ esse *add. Gron.* ‖ 18 occidit **ABaT** ‖ 18. 19 *uerba* pura ... hominem *om.* **B** ‖ 21 occidit **O** ‖ 22 diuisit **ST** diuidat *Burs.* ‖ 23 tam̃ **C** ‖ 24 ueniret leoni **T** ‖ ut *add. Burs.* ‖ 25 hoccidere **B** ‖ causa ediceretur **O**, *corr. Schott* ‖ 26 petit et obicit **O**, *corr. Burs.*

PEIVS dum praeceptum sequitur, quo iubemur ut
quoties possumus de omnibus legis uerbis contro-
uersiam faciamus, illam quaestionem mouit: 'casta
e castis'. lex, inquit, 'e castis' cum dicit, hoc
non tantum ad parentes refert, sed ad omnes qui-
bus conuersata est uirgo; non enim adicit 'e castis
parentibus', sed 'e castis' cum dicit, uult illos a
quibus uenit uirgo castos esse. Intellego, inquit,
sub hoc uerbo multa. ⟨e⟩ castis cum dicit ⟨in-
tellego e castis⟩ penatibus, tu ex incestis uenis; in-
tellego ⟨e⟩ castis disciplinis, tu ex obscenissimis
uenis. quid enim didicisti? et quaecumque hoc loco
dici poterant. Idem et in illa parte fecit 'pura e
puris'. HISPO ROMANIVS accusatoria usus pugna- 16
citate negauit puram esse, non ad caedem hoc re-
ferens, sed ad corpus; tractauit impuram esse quae
osculum impuris dederit, quae cibum cum impuris
ceperit. ALBVCIVS figura diuisit controuersiam; dixit
enim: putemus tres sacerdotium petere: unam quae
capta est, alteram quae prostitit, tertiam quae ho-
minem occidit: omnibus nego: et sic causam contra
singulas egit. FVSCVS ARELLIVS sic diuisit: probabo
indignam sacerdotio primum, etiamsi pudica sit; de-
inde, quia nescimus an pudica sit; nouissime, quia
non sit pudica.

FVSCVS pro puella colorem hunc introduxit: uolue- 17
runt di immortales in hac puella uires suas ostendere,
ut appareret quam nulla uis humana diuinae resiste-
ret: ⟨nil⟩ magis putauerunt posse miraculo esse ⟨quam⟩

3. 4 caste castis **A Ta** ‖ 4 de castis **A S Ta** ‖ 5 refret **C** ‖ 7 sed de cas **A** sed de castis **B T** ‖ 9 multo **C** ‖ 9. 11 e *bis addidi* ‖ intellego castis *add. Schult.* ‖ 11 * e *om.* **O** ‖ 13 dicit **C** ‖ 13. 14 purepuris **A** ‖ 14 accusatori **C** accusatoris **T**, *corr. Burs.* ‖ pugnatitatem **B** pugnati tam̃ **A** ‖ 15 eam **O**, caedem *R. Wachsmuth* ‖ 16 a corpus **A** ‖ 18 figuram **O**, *corr. Faber* ‖ diuisitĩ **S T** ‖ 19 unumque **C** ‖ 20 restituta **Ta** prostituta **Tb** ‖ hominibus **A Ba** ‖ 21 si **A** ‖ 23 est **Ta**, *corr. m. ant.* ‖ 27 dū mortales **A** ‖ 28 diuina **A** diuinis **S T** ‖ 29 nil *et* quam *add. O. Ribbeck* ‖ macis **A Ba**

in captiua libertatem, in prostituta pudicitiam, in homi-
cida innocentiam. Latro dixit: aliqua capta felicior
fuit, nulla fortior. Marvllvs cum descripsisset digna-
tionem puellae magnam fuisse, altius quiddam su-
perbiusque uoltu ipso praeferente, hanc adiecit sen-
tentiam quam solebat mirari Latro, immo, ut ipse
aiebat, exosculari: narrate || sane omnes tanquam ad
prostitutam uenisse, dum tanquam a sacerdote dis-
18 cesserint. Albvcivs dixit: nescio quis feri et uio-
lenti animi uenit, ipsis credo dis illum impellentibus,
ut futurae sacerdotis non uiolaret castitatem ⟨sed⟩
uideret. praedixit illi, abstineret a sacro corpore
manum: 'non est quod audeas laedere pudicitiam
quam homines seruant, dii expectant'. et in per-
niciem ruenti suam 'en', inquit, 'arma quae nescis
tenere pro pudicitia', et raptum gladium in pectus
piratae sui intorsit. Hoc factum eius ne lateret eis-
dem dis immortalibus fuit curae: accusator inuentus
est qui pudicitiae eius in foro testimonium redderet.
Nemo credebat occisum uirum a femina, iuuenem
a puella, armatum ab inermi: maior res uidebatur,
quam ut posset credi sine deorum immortalium ad-
19 iutorio gesta. Cestivs timuit se in narrationem
demittere, sic illam transcucurrit: haec dixit in sa-
cerdote futura maxime debere aestimari: pudicitiam,
innocentiam, felicitatem. quam pudica sit, miles
ostendit; quam innocens, iudex; quam felix, redi-

1 homicida **E** accusata **O** || 2 aliaqua **Ba** || 3 marillus **O** || discripsisset **B** || 5 uulto **ABa** || praeferentem **O**, *corr. R. Wachsmuth* || adicit **O** || sententia **C** || 8 discesserit **Ca** || 9 fero **T** || uolenti **A** || 10 animo **O**, *corr. Burs.* || 11 ut **CTb** m **STa** || sed *om.* **O** || 14. 15 * cruenti (cruentique **ST**) et in perniciem cruenti **O** || 15 ne **O**, en *Burs.* || 15. 16 nescis te tenere *W. Müller* te nescis tenere *N. Faber* || 17 piratаes ui ctorsit **Ba** piratae sui torsit **AT** piratаes intorsit **Bb**, contorsit *Burs.* || 19 iudititii eius **A** iudicii eius **BT**, *corr. Gron.* || 20 iuuē **A** || 21 maiores **ABa** maiora esse **ST** || uïdebatur **C** uidebantur **T** || 23 tunuit **A** || 24 dimittere **AT** || si illam **ABa** s; illam **T** || 25 futurę **A** || aestimare **O**

tus. Etiam habemus quandam praerogationem sacerdoti ab ipso numine datam, licet isti obiciant fuisse illam captiuam, lenoni postea seruisse, causam nouissime dixisse: inter tot pericula non seruassent illam dii nisi sibi ⟨seruaturi fuissent⟩. ARGENTARIVS illud in narratione dixit: accusator in hoc maxime premebat ream: aiebat occisum esse intra
uerba, antequam uim adferret. SILO POMPEIVS hac 20
figura narrauit: eam uobis sacerdotem promitto quam incestam nulla facere possit fortuna. Potest aliquam seruitus cogere: seruiit et barbaris et piratis, inuiolata apud illos ¦mansit. potest aliquam corrumpere prolapsi in uitia seculi praua consuetudo, etiam matronarum multum in li‖bidine magisterium: pudica permanebit. licet illam ponatis in lupanari: et per hoc illi intactam pudicitiam efferre contigit. fuit in loco turpi, probroso; leno illam prostituit, populus adorauit: nemo non plus ad seruandam pudicitiam contulit quam quod ad uiolandam adtulerat. Multum potest ad flectendum quoque pudici animi propositum hostis, gladius: non succumbet, immo si opus fuerit pudicitiam uindicabit. incredibilem uideor in puella rem promittere? iam praestitit: adulescentem misericordis populi beneficium polluere temptantem gladio repulit. Fuit qui illam [illi] accusaret caedis: absoluta est. ne qua posset esse uobis dubitatio, quae uentura ad sacerdotium erat
an pura esset, an integra: iam iudicatum est. TRIA- 21

5 seruaturi fuissent **ETb** seruata fuissent **STa**, *om.* **C** | 6 narrationē **C** ‖ 7 rē **A** ‖ esse *om.* **ST** ‖ 10 aliquid **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ 11 seruit **B** seruiite **STa** ‖ 12 corripere **O**, *corr. Schott* ‖ 14 uultum **O**, *corr. A. Augustinus*, *N. Faber* mutuum *Madvig* ‖ pudicitia **T** ‖ 16 inte tā **C** ‖ efferire **CSTa** ‖ 17 sq. *uerba* probroso . . . seruandam *hic om. et u.* 19 *post* uiolandam *transp.* **B** ‖ 18 populum exorauit? ‖ 20 ad rectum quoque **O**, *corr. Gron.* ‖ pudicitia animi **STa** ‖ 21 gladio **O**, *corr. Gron.*, *post* pudicitiam *u.* 22 *ins. Burs.* ‖ 24 pupuli **A** ‖ 25 illam **ST** illam illi **C** illam illic *Burs.* ‖ 26 potest **CT** possit **Tmg**

RIVS dixit: negabat se puella fecisse; negabat illum suis cecidisse manibus: altior, inquit, humana uisa est circa me species eminere et puellares lacertos supra uirile robur attollere. quicunque estis, dii immortales, qui pudicitiam ex illo infami loco cum miraculo uoluistis emergere, non ingratae puellae opem tulistis: uobis pudicitiam dedicat quibus debet.

Alterius partis color nihil habet difficultatis: adparet ⟨ex sententiis⟩ quas praeposui. dicendum est in puellam uehementer, non sordide nec obscene. Sordide, ut BASSVS IVLIVS qui dixit: 'extra portam hanc uirginem' et: 'ostende istam aeruginosam manum'; VIBIVS RVFVS qui dixit: 'redolet adhuc fuliginem fornicis'. Obscene, quemadmodum MVRREDIVS rhetor qui dixit: 'unde scimus, an cum uenientibus pro uirginitate alio libidinis genere deci-
22 derit'? Hoc genus sensus memini quendam praetorium dicere, cum declamaret controuersiam de illa quae egit cum uiro malae tractationis, ‖ quod uirgo esset, et damnauit; postea petiit sacerdotium. Nouimus, inquit, istam maritorum abstinentiam qui, etiamsi primam uirginibus timidis remisere noctem, uicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum SCAVRVS, non tantum disertissimus homo sed uenustissimus, qui nullius umquam inpunitam stultitiam transire
[Priap. II 8] passurus erat. statim Ouidianum illud: 'inepta loci',

3 eminare **B** ‖ 4 robor **AT** ‖ dii *om.* **A** ‖ 5 infamulo cocum **C** ‖ 6 uoluisti **A** ‖ ingratia **A** ‖ 8 arcius **A** artius **STa** ‖ patris **STa** ‖ diff(dif- **T**)acultatis **O** ‖ 9 ex sententiis *add. Schult.* ‖ p̄posuit **C** ‖ 10 non obsene non sordide **ST** ‖ 11 et bassus illius **C** basilius **T**, *corr. ignotus ap. Schott* ‖ 12 nam **O** istam **Tmg** hanc *Burs.*, *an* extraportanam? ‖ 13 ut Vibius *W. Müller* ‖ 14 muredius **T** murredsus **A** ‖ 15 scimus hanc **C** ‖ al'. an non uenientibus **Tmg** ‖ 16 uirginitatē **STa** uirginitatete **A** ‖ al' dedideris **Tmg** ‖ 18 maletractationis **AT** ‖ 20 petit **O**, *corr. W. Müller* ‖ noluimus **BST** noluimur **A** ‖ 21 tam **C** ‖ 23 adiebant **C** aiebant **STa** ‖ 24 desertissimus **AT** ‖ 25 sententiam stultitiam **STa** ‖ 26 passus **BT** ‖ * est **O** ‖ statim ⟨addebat⟩ *Schult.* ‖ illū **CTa** ‖ al' Dum timet alterius uulnus inepte loci **Tmg**

et ille excidit nec ultra dixit. Hoc autem uitium aiebat Scaurus a Graecis declamatoribus tractum, qui nihil non et permiserint sibi et inpetrauerint. HYBREAS, inquit, cum diceret controuersiam de illo 23
qui tribadas deprehendit et occidit, describere coepit mariti adfectum, in quo non deberet exigi inhonesta inquisitio: *ἐγὼ δ' ἐσκόπησ' ἂν πρότερον τὸν ἄνδρα ⟨εἰ⟩ γεγέννηταί τις ἢ προσέρραπται.* GRANDAVS, Asianus aeque declamator, cum diceret in eadem controuersia, num ideo occidi ⟨ut⟩ adulteros non paterentur? dixit: *εἰ δὲ φηλάρρενα μοιχὸν ἔλαβον;* In hac controuersia de sacerdote non minus obscene dixit MVRREDIVS: fortasse dum repellit libidinem, manibus excepit. Longe recedendum est ab omni obscenitate et uerborum et sensuum. quaedam satius est causae detrimento tacere quam uerecundiae ⟨dicere⟩. VIBIVS RVFVS uidebatur cotidianis uerbis usus non male dixisse: ista sacerdos quantum militi abstulit! ||

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

Incesta saxo deiciatur. Incesti damnata antequam deiceretur de saxo inuocauit Vestam. deiecta ⟨uixit⟩. repetitur ad poenam.

LATRONIS. Hoc expectastis, ut capite demisso 1
uerecundia se ipsa antequam impelleretur deiceret?

3 nihil et non **O** || tibi **CTa** || penetrauerint **O**, *corr. Haase Madvig* perpetrauerint *N. Faber* || 5 trib; adas **ATa** tribusadas **BS** || 7 eſω ΑΕΖΚCΟΠΗCΑ (—ΠΚCΑ **A**) **O** || ΤΙωΤΕΡΟΝ **C** ΤΙωΡΟΝ **TV**, *corr. Burs.* || 8 ΤΟΝΑΝΑΡΑ ΓΕΓΕΝΝΤΑΙ **O**, *corr. Burs.* || ΤΙCΗ (ΠΙCΜ **A**) ΠΡΟCΕΡΡΑΤΙΤΑΙΕ (—ΕΙΕ **A**) **O**. *ἐγὼ δ' ἐζηλοτύπησα τί; πότερον τὸν ἄ.; γεγ. τ. ἢ πρ.; Haase* || 10 non **O**, num *Schott* | ut *add. Schult.* | 11 ΕΙΑΕΦΙΛ(—Α **ATV**)ΑΡΡΕΝΑ **O**, *corr. O. Iahn.* || 13 ΕΛΑΒΟΝ **O** || 15 ē sensuum **C** || 16 caesae **C** cese **Ta** || facere *Haase* | 17 dicere **E**, *om.* **O** || 19 mihi **O**, militi *Schult.* || 21 incesta damnata **O** || 22 uestem **Ta** || deiacta **A** || 23 uixit **TbE** *om.* **CTaV** || penem **CVa** || 24 expectatis **O**, *corr. Burs.* || dimisso **O** || 25 se ipsa *om.* **T** || deiecerit **BT** deciceret **V** deierit **A**,

id ⟨enim⟩ deerat ut modestior in saxo esset quam in sacrario fuerat. constitit et circumlatis in frequentiam oculis sanctissimum numen, quasi parum uiolasset inter altaria, coepit in ipso quo uindicabatur uiolare supplicio: hoc alterum damnatae incestum fuit. Damnata est quia incesta erat, deiecta est quia damnata erat, repetenda est quia et incesta et damnata et deiecta est. dubitari potest quin usque eo deicienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est? Patrocinium suum uocat pereundi infelicitatem. quid tibi, inportuna mulier, precer, nisi ut ne bis quidem deiecta pereas? Veniet ad colendum Romani imperii pignus etiamsi non stupro, at certe carnificis manu incesta? 'Inuocaui', inquit, 'deos'. statuta in illo saxo deos nominasti, et miraris, si te iterum deici uolunt? si nihil aliud, loco incestarum stetisti.
2 Cesti Pii narratio. Quid agam? exponam quando stuprum commiserit, cum quo, quibus consciis? ista quia probaui damnata est. quid postea accessit quod illam uirginem faceret? quod iacuit in carcere, quod ducta est ad saxum, quod inde proiecta? Ait se innocentem quia perire non potuit. ita lex de sacerdote inpura in iudicio quaeri uoluit, de iudicibus in supplicio? ampliatur a iudicibus in poenam? Postulat ut, cum contra poenam causa tuta non fuerit, contra causam tuta poena sit. Non putas legem cauisse ut perires, quae cauit quemadmodum perires? Exore-

*corr. Burs.* ‖ 1 enim *add.* **E** *om.* **O** ‖ 2 circumlapis **CVa** ‖ 3 nomen **O** ‖ 4 alteria **TVb** altariaque **C** alteria quae **Va** ‖ 5 damnatum **B** ‖ 8 deiecta erat **STa** ‖ 9 deicienda est **TVb** deicienda es **CVa**, *corr.* **E** ‖ 10 patrocium **A** ‖ uocat **O** putat **E** ‖ 11 preceris **C** p̄ceceris **V** ī ceteris **T** al' imprecer **Tmg** ‖ 12 uenit **O**, *corr. Haase* ‖ 13 non spro **C** ‖ 15 statu **C** ‖ illos **CTa** ‖ saxu **C** ‖ 19 istā **A** ‖ 20 qua illam **A** *m. pr.* ‖ 21 dicta **CSTaV** ‖ 23 sacerdotum iure **O**, *corr. Burs.* s. iniuriis *Schult.* ‖ 24 noluit **ST** ‖ 25 amplietur *Schult.* ‖ 27 potas **B** ‖ 28 exornemus *Burs.*

mus te, mulier, ut ‖ iterum absoluaris? Aut tu sacerdotium uiolasti, aut hi sacerdotem. Male de diis existimas, si sacerdoti suae tam sero succurrunt. lata est sententia; pronuntiatum est; damnata es: interrogo de hoc loco, mulier, responde mihi: sunt dii? ARELLI FVSCI patris. Iterum experiamur: quid ti- 3
mes propitios deos? 'Erat', inquit, 'praeruptus locus et inmensae altitudinis ⟨tristis aspectus⟩'. dicebam tibi: incestam lex mori uoluit. stat moles abscisa in profundum, frequentibus exasperata saxis, quae aut elidant corpus aut de integro grauius impellant; inhorrent scopulis enascentibus latera: [et inmensae altitudinis tristis aspectus] electus potissimum locus, ut damnati saepius deiciantur. FVLVII SPARSI. A superis deiecta, ab inferis non recepta, in cuius poenam saxum extruendum est. IVLII BASSI. Nihil 4
putaueram amplius adici posse audaciae istius, quam quod in illa [in] cruce Vestam nominauerat: ⟨at⟩ enim ab ipso supplicio in templum usque reuoluta quidquid secundum deos sanctissimum est contactu suo polluit et, quam a saxo nusquam reuerti fas est nisi ad saxum, quanto minus quam in templum resiliuit? huc potius ueni ubi damnatur, quam illo ubi absoluitur. ALBVCII SILI. Si quis adhuc dubitabat de deiecta, ueniat et sibi ipse credat. haec inpudentia uirginis est? In urbe tam beata cum tot superfluant uirgines, cum

2 hii **CTVa** dii **Vb** ‖ 3 secco **Va** ‖ 4 damnata est **A** *m. pr.* ‖ 4. 5 interrogāte **STa** interrogat te **Va** interroga te **C** ‖ 7 propocius **Ba** propotios **Bb** propitius **TaVa** ‖ erat] currat **Ta** ‖ 8 tristis aspectus *om.* **O**, *transp. ex u.* 13 *Kon.* ‖ dicebat *Schult.* ‖ 12 immensa **CTaV** ‖ 12. 13 *uerba* et ... aspectus *seclusit Kon.* ‖ 13. 14 locus ubi **Tb** ‖ 14 sparsit **STb** sparsıt **Ta** ‖ 16 xaxum **B** saxum ṣạı **T** ‖ Iouii bassi **O**, *corr. ign. ap. Schott.* ‖ 17 * puta eam **ASTaV** putęam **B** putabam **Tb** ‖ 18 in illa in **A** *m. pr.* **BVa** ‖ rupe *Haase* ‖ * at *add. ego, Madvig* ‖ 19 ab ipso enim **Tmg** ‖ 20 contacta **A** contractu **STa** ‖ 21 xaxo **CVa** ‖ 22 hoc **CTaV** ‖ 23 uenit **O**, *corr. Burs.* ‖ 24 Albutius illii **A** albucii sillii **BTV** ‖ quis huc **CTaV** ‖ 25 ut sibi **Va** ‖ ipsi **TV** ‖ 26 urbe conditā tam **SaTa** ‖ superuant **CTaV** superent **Tb**, *corr. Burs.* superbiant *Madvig* ‖ uirginē **CTaV**

tot principum filiae sint, postulat ut praeteritis his potissimum ab inferis eruatis sacerdotem. 'Quare ergo si incesta sum uiuo?' nescio; hoc unum scio: nec fieri quod non potest nec portentum esse quod potest. Absit nefas [et] ut id saxum absoluat quod

5 tantum damnatas accipit. Argentarii narratio. Paene, iudices, narrare coepi, qualis esset rea; sed quid efficiam, cum illam incestam probauero? nempe ut de saxo deicienda uideatur: iam uisa est. Non imitabor istius inpudentiam, ut repetendo iudicium quod factum est inprobasse uidear. || quod exigebatur probaui; quod iudicastis exequor. Cornelii Hispani. Deos deasque inuoco, quos priore iudicio non frustra inuocaui, ⟨ut⟩ incesta quam tardissime pereat. 'Inuocaui', inquit, 'numina'. Quid inuocas, mulier? si innocens es, dii non sunt. Videte quantum sacerdos peccauerit, quae nec absolui potuit nec mori. Aut tu sacerdotium uiolasti, aut nos sacerdotem. Erras ⟨si⟩ satis ad sacerdotium putas perire

6 non posse. Romani Hisponis. Ab Tarpeio ad Vestam, cuius uittam carnifex rupit; a templo ad saxum, a saxo ad templum: hac pudicae sacerdotis inter supplicia et uota discursus est. inter superos ⟨inferos⟩que iactata in nouam poenam reuixisti. Pompei Silonis narratio. Quod ad rerum expositionem pertinet, iudices, non committam, ut ultionem deorum immortalium morer uerbis. Incesta saxo deiciatur. lege damnata est: habetis iudicium.

2 seruetis **Tb** || 3 nescio, ⟨nisi⟩ hoc *W. Müller* || hac **A** || 4 potentum **B** || 5 absit nefas *om.* **T** || et *del. O. Ribbeck* || 7 narrareq;pii **CVa** narrarequecepi **T**, *corr.* **Vb** || 10 in mitabor **T** || 11 uidetur **CTaV** || exiebatur **CVa** || 12 iudicatis **CVa** || 14 ut *add. Schult.* || 15 nomina **CVa** || 16 est **CVa** || 18. 19 *uerba* uiolasti... sacerdotium *om.* **A** || 19 errat satis **BVa** erras satis **TVb** || 20 Hispani **O** || 21 uitam **CVa** || 22 huc **Aa** hoc **Ab** || 24 inferos *om.* **CTaVa** || 25 adrurum **A** adrem **Ta** || 27 morebus **BVa** moribus **ATaVb** morer. Bis **Tb**, *corr. M. Haupt* || incosta **AVa** inconsta **B**

deiecta est: habetis exemplum. VIBII GALLI narratio. Breuis expositio rerum est: aduersariam incesti postulaui, accusaui, damnaui, carnifici tradidi: permittitis iam abire accusatori? ...... recedamus ad absolutionem tuam. ita dii damnatam ⟨maluerunt⟩ absoluere quam sacerdotem? Sero innocentiam damnata concupisti, uitam deiecta.

Ex altera parte. FVLVI SPARSI. Damnata de- 7
iecta est: absoluta descendit. ARELLI FVSCI patris. Putares puellam demitti, non cadere. CESTI PII. Nullam habebat gratiam: in templo uixerat; itaque tantum deos inuocabat. Lex sacerdotem non usque ad saxum differret, nisi expectaret deorum sententiam. CORNELII HISPANI. Descripsit altitudinem montis etiam secure despicientibus horrendam et adiecit: carnifex quoque recedens impellit. Nihil fecit tamquam rea; contumax est innocentia; turpe putabat sacerdos rogare ‖ nisi deos. MARVLLI. Mirandum est si oppressa est uirgo sine gratia? cuius enim genibus submisit manus? quem deprecata est, quae tarde rogauit etiam deos?

DIVISIO. LATRO ⟨in⟩ has quaestiones diuisit: 8
utrum lex de incesta tantum sit, uel quae deiciatur nec pereat; an etiam damnata, si innocens post damnationem adparuit, deici [non] debeat. an haec

1 deiecta es **CTaVa** ‖ 2 aduersarii tā **STa** ‖ 3 permittis **CTa** ‖ 4 abira **T** ab rea **CV**, *corr. Schott* ‖ accus(s)ator **O**, *corr. Burs. qui post* accusatori *lacunam statuit, quam sic fere explet* ⟨Damnata postulat ut a poena⟩ recedamus. ‖ recedeamus **B** recedo eamus **A** recedaemus **V** al' recedā·eamus **Tmg**, credo eamus *Haase* ‖ 5 tūu **Ta** ‖ maluerunt *add.* **E** ‖ 8 fili **CV** filii **STa** silii **Tb**, Fulvi *Burs.* ‖ 8. 9 ⟨ut⟩ damnata — ⟨ut⟩ absoluta *Schult.* ‖ 9 adscendit *N. Madvig* ‖ 10 dimitti **O** ‖ caderei **B** deici **E**, *quod fort. praestat* ‖ corri pii **A** ‖ 11 nulla **A** ‖ dixerat **O**, *corr. N. Faber* ‖ 12 sacerdotū **A** ‖ 15 orremdam **BV** ‖ 18 Marylli **BV** Marilli **A** ‖ est *del.* **Tb** ‖ 19 gentibus **STa** ‖ 22 in *om.* **O** ‖ 23 lex ex incesta **O**; *uerba corrupta sic fere emendanda:* utrum lex incestam ⟨utique mori⟩ uelit; an tuta sit, quae d. ‖ deiciat **C** ‖ 25 non *del. Schott*

innocens sit; an haec deorum adiutorio seruata sit; Cestivs et illas subiunxit huic ultimae quaestioni: an dii inmortales rerum humanarum curam agant; etiamsi agunt, an singulorum agant; si singulorum agunt, an huius egerint. Improbabat Albvcivm, quod haec non tamquam particulas incurrentes in quaestionem tractasset, sed tamquam problemata filosofumena. Fvscvs Arellivs pater sic diuisit: utrum incestae poena sit deici, an perire. utrum prouidentia deorum, an casu seruata sit; si uoluntate superorum seruata est, an in hoc ut crudelius periret.

9 Hic color fere sententiis quas praeposui permixtus est; quid tamen Cestivs senserit indicabo. Contra sacerdotem quidam dixerunt: uideri deos infestos illi in hoc eam seruasse, ut diutius torqueretur. aiebat Cestius malle se casu uideri factum quam deorum uoluntate; nam si semel illos interuenire huic rei fatemur, manifestius erit poena seruatam esse sacerdotem, quam in poenam; itaque non probabat illud Triarii: 'remissam tibi poenam putas? ampliata es'. Ea ipsa, inquit, ampliatio, quae apud iudices fieri solet, ex qua uerbum in sententia petitum est, non
10 est damnantis, sed dubitantis. Declamauerat apud illum hanc ipsam controuersiam Varvs Qvintilivs,

2 ubi unxit **CV** ubi unsit **Ta** ‖ 3 humarum **A** ‖ agent **CVaTa** ‖ 4 ag$\overset{a}{\text{u}}$nt **B** ‖ 4. 5 *uerba* si sing. agunt *om.* **B** ‖ 5 tanius **CVa** ‖ agunt **A** ‖ improbat **O** ‖ 7 probleumata **T** ‖ 8 filiosofumena **B** *ap. Burs.* **Va** ‖ 9 *uerba* incestae .. utrum *om.* **A** ‖ apariare **BVa** ‖ 10. 11 * uoluntates seruorum **CVa** uoluntate deorum **TVb** ‖ 13 proposui **T** p̄potui **CVa** ‖ 14 iudicabo **CV** ‖ 15 sacerdotes **Tb** ‖ qui **CVTb** quid **STa**, quidam *Schult.* ‖ infesto **A** ‖ 16 loqueretur **CTaV** ‖ agebat **CVa** ‖ 18 interueniret **CTaV** ‖ 19 poenam **O** in poenam **Tb** ‖ se **O** ‖ 20 apta·que **Ta** apta quae **CV** al' actam **Tmg**, *corr. Burs.* aeque *N. Faber* ‖ illū **CTaV** ille **Tb**, illud *N. Faber* ‖ 21 est **O**, es *N. Madvig* ‖ 22 et ipsa **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 23 ea **O**, ex *Burs.* ‖ sentiam **C** sententiam **TV** ‖ 25 Quintius **O**

tunc Germanici gener, et praetextatus. ⟨is⟩ cum descripsisset circumstantium ⟨indignationem⟩ quod tam cito oculis poena subduceretur, dixit: ex audierunt dii immortales publici uoti preces: incestam, ne cito supplicium transcurreret, reuocauerunt. Cestivs multa contumeliose dixit in istam sententiam: sic, inquit, quomodo quadrigas reuocauerunt? nam et ante posuisti similitudinem, quia et haec de carcere exierat. Cum multa dixisset nouissime adiecit rem quam omnes improbauimus: 'ista neglegentia pater tuus exercitum perdidit'. filium obiurgabat,
patri maledixit. Pastor Aietivs hanc controuer- 11
siam apud Cestium dixit iam senator et hunc colorem optimum putauit: sic ueneficiis corpus induruit, ut saxa reuerberet. Multum Cestivs hunc corripuit et dixit: hoc est quare ego auditores meos inuitem ad alios audiendos ire? aeque male mihi facit ille qui aut athleta aut phthisicus est. dicebat autem in Albucium, qui illis diebus dixerat in hac controuersia: 'durius saxo', et in Bassum Iulium multa, qui dixerat: 'uirgo de sub saxo'. Othonem Ivnivm patrem memini colorem stultum inducere, quod minus ferendum est quod libros colorum edidit. 'Fortasse', inquit, 'poenae se praeparauit et ex quo pec-

1 gener ut **O**, *corr. Haase, Nipperdey ad Tac. Ann. IV* 66. g. at *Schult.* ‖ is *add. Schult.* ‖ 2 circumstantem **O**, *corr.* **Tmg** ‖ * indignationem *addidi*, turbam dolentem *uolgo* ‖ 3 poenā **CTaV** ‖ 4 publicium **C** pupplicium **TaV** supplicū **Tb**, *corr. Burs.* ‖ uoci **STa** ‖ 5 transcucurreret **BV** ‖ 6 multo **O** ‖ ipsam **O**, *corr. Schult.* ‖ 10 si ista **TV** sista **C** ‖ 12 aiecius **AV** aiectius **Ta** ‖ 13 iam senator dixit **TV** ‖ 14 beneficiis **CTaV** ‖ 15 reuerberet multum. **CTaV**, inultum *Kon.* ‖ hanc **O**, *corr. N. Faber* ‖ 16 ergo **CTaV**, ergo quare *Haase* ‖ mutem **CTaV** ‖ 17 hec male **O**, *corr. Burs.* ‖ mi facit **O** ‖ 18 antcleta **ATV** ancleta **B** ‖ pthuic us **CV** pt · huic us⁹ **Ta** post huicus⁹ **STb**, *corr. Haase, Burs.* al' aut antidita aut pythuicus **Tmg** pyctes, pythicus *alii* ‖ autem] etiam *Schult.* ‖ 20 duris **O** ‖ 21 desubo *uel* desula (o superscr.) **A**, desul *O. Ribbeck* ‖ obtonīū **C** obtoniū **TV** ‖ 22 instultum **CSTaV** insulsum **Tmg**. *corr. Haase, Burs.* ‖ quominus **O** ‖ 23 liberos **A** ‖ oolorum **CTaVa**

12 care coepit, cadere condidicit'. Silo Pompeivs hunc colorem temptauit: praestatur, inquit, quaedam ⟨et⟩ damnatis sacerdotibus uerecundia: erubuimus quicquam ex damnatae ueste detrahere. Hispanvs dixit: ita putaueras una te poena posse defungi, cum in saxo deos nominasses? Triarivs ⟨cum⟩ indignantium uoces descripsisset adiecit: quid? non potes bis mori? Marvllvs dixit: constitit in saxo, inuocauit deos; publica indignatio exorta est: audet ista nominare deos, audet hoc loco? quid autem habet iam quod illos roget, nisi bonam mortem? Diocles Carystivs dixit: *καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ μέχρι ἂν οὗ πέσῃς ἐφ' ὃ βέβλησαι.* ‖

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit. Liceat adulterium in matre et filio uindicare. Vir fortis in bello manus perdidit. deprehendit adulterum cum uxore ex qua filium adulescentem habebat; imperauit filio ut occideret. non occidit; adulter effugit. abdicat filium.

1 Porci Latronis. Adulteros meos tantum excitaui. me miserum! quamdiu iacuerunt postquam deprehenderam? Ego te non abdicem quem possem

1 condiceret **Ta** ‖ 2. 3 quedamnatis **O**, et *add. Haase* ‖ 3 uerecundi derubuimus **CTaV** ‖ 4 uestę **CV** ‖ 6 * cum *om.* **O** ‖ 7 descripsit et **Tb** ‖ * dicentium **O** ‖ quia **O**, quid *N. Madvig* ‖ 8 uis (non uis **Tb**) **O**, bis *N. Madvig* ‖ Marillus **O** ‖ constiti non saxo **CTaV** constitit ut saxo **Tb**, *corr. Burs.* ‖ inuocaui **Ta** ‖ 12 ⊢alaaпιaa **STaV** ⅃aιaaп////aa **B** ⅃ιaapuΔa **A**, *corr. Burs.* ‖ OEYTEPON AIT(—ANT **A**)PUTONITAI (—TA **TV**) **O**, *corr. Burs.* ‖ 13 HЄXPANO **O**, *corr. Burs.* ‖ ΠЄCNC **O**, *πέσῃς Burs.* *πάθῃς Haase* ‖ BЄBAHCalι **BTV** BЄBAHCᵃlι **A** ‖ 16 utrum **C** ‖ 17 adulterum **O** ‖ 21 adulterȩs fugat **A** ‖ eadicat **C** ‖ 23 qu condi acuerunt **A** ‖ 24 abdicam' uem **C** ‖ posse **CTa**

occidere? O acerbam mihi uirtutis meae recordationem! o tristem uictoriae memoriam! ille onustus modo hostilibus spoliis uir militaris adulteris meis tantum maledixi: solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros nec occidi. Quid ridetis? inquam, habeo manus. uocaui filium. Tu uiri fortis filius, qui stringere ferrum non potes? ne truncus quidem capi potui nisi domi; utcumque tamen potui obluctatus sum et truncum corpus opposui. exierunt adulteri tantum meo sanguine cruenti. Cornelii Hispani: o ⟨me⟩ dignum, cui aut pudica contingat uxor, aut inpudica dum armatus est! Te, respublica, inuoco, quae manus meas possides. Quis non putet aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus?
Cesti Pii. Conceptus est iste — ex quo, sciemus 2
cum adulteros deprehendero. Numquam putaui futurum salua republica, ut uir fortis sentiret se manus perdidisse. Marvlli. Adulteros meos usque ad limen prosecutus sum. Cucurri miser ad ferrum quasi manus haberem. Triarii. Deciderunt arma cum manibus: tunc primum sensi me ⟨manus⟩ perdidisse. Descriptio pugnantis uiri fortis. Dii boni, et has aliquis manus derisit? P. Asprenatis. Arcessitus ut occideret adulteros, uenit ut dimitteret. ‖ Ita ego manus etiam pro adulteris perdidi? Steti derisus ab adulteris meis; patris desertor, matris leno, quem, puto, iam creditis non esse filium uiri fortis, tertius in cubiculo derisor stetit. Fvlvii 3
Sparsi. In bello suas, in domo etiam filii manus

1 odacerua **B** dacerua **A** da acerbam **STa** ‖ 2 honestus **O** ‖ 3. 4 *uerba* adulteris . . . maritis *om.* **ST** ‖ 6 non habeo **ST** ‖ * uoca **O** ‖ 7 quis **C** ‖ ne te uncus **CTa**, al' ne te truncus q. capere **Tmg** ‖ 8 potuit **T** ‖ 10 Conelii **C** ‖ 11 * me *om.* **O** ‖ 19 prosecustus **B** ‖ 20 qui si **C** ‖ 21 manus *om.* **C**, *add.* **ET** ‖ 22 discriptio **B** ‖ 23 et as **C** ‖ p. apre natis arcessitus **C** cū a pat[e] nat⁹ accersitus non o. **T** ‖ 25 perdidisti d. **ABb** ‖ 26 deprehensus **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ 27 uideris **A** uideri **B** ‖ 29 osuas **B**

perdidit. Processit in bellum hic unus omnium adulescentis filii uicarius: in acie uicit, domi captus est. spectat inter spolia uiri fortis uolutantes adulteros. 'Adulescens, uenit tempus militiae tuae'. Indigna res: deceptus est; tam frustra ad filium quam ad gladium cucurrit. ridebant adulteri truncas uiri fortis manus, circa sua arma labentis. ARGENTARII. ⟨In bella non uenit et⟩ ante patriae quam patri negauit manus. Libenter causam eius suscepi: quis enim illum non uindicet? quid hoc infelicius, quem adulteri tunc riserunt, cum deberent mori? Vir fortis in ciuitate truncus integros adulteros spectat?

4 IVLII BASSI. Non est quod putetis puniri illum: ad suos dimittitur; ⟨dimittitur⟩, inquam, ad matrem suam, nescio an et ⟨ad⟩ patrem. meruit hereditatem illius, quem occidere parricidium putauit. Nulli umquam plus debuistis uiro forti: usque eo pro uobis pugnauit, ut pro se non posset. Adulescens, quos dimisisti sequere.

5 Pars altera. VIBII GALLI. 'Matrem', inquit, 'non occidisti'. quem minus hoc crimine perdere debui quam patrem? Pater occidere iussit: lex uetat. non comparassem patri legem, nisi cum illa lex fuisset. alterum putaui parricidium matrem coram patre occidere. ARELLI FVSCI patris. O misera pietas, inter quae parentum uota constitisti! Non semper scelera nostri iuris sunt, et truces quoque animos misericors natura debilitat.

6 DIVISIO. LATRO hac usus est diuisione: an li-

1 onium **C** ‖ 2 adlascentis **A** ‖ 3 portat **O**, spectat *Gron.* hortantur interim *Schult.* ‖ uoluntates **B** *m. pr.* ‖ 4. 5 * indignare si **O**, indignare si despectus est *Kon.* ‖ 5 * es·tam **BT** c̄·ā **A** ‖ 8 *uerba* in bella non uenit et *add.* **E** ‖ 11 ut fortis **Ta** ‖ 14 dimittitur *add. Schult.* ‖ 15 ad *om.* **O** ‖ 16 parricidium illius **T** ‖ 17 debuisti **C** ‖ 18 *uerba* pugnauit ... adulescens *om.* **A** ‖ quo se **C** ‖ 19 demisisti **B** emisisti **T** ‖ quaere **BTa** quere **ATb** sequere **E** ‖ 21 quam minus **O** ‖ 26 q; aue patrem tum **C** quae in parentum **Ta** quae inter parentum **Tb** ‖ 27 quosque **C** ‖ 29 an uotierit **A** an uouerit **B**

cuerit filio tunc uindicare; ⟨an⟩ oportuerit; an si licuit et oportuit, ignoscendum sit illi si non potuit indulgentia repugnante. An licuerit ‖ in illa diuisit: an tunc liceat adulterium filio uindicare, cum maritus non adest; an tunc liceat, ubi maritus in eo loco est quasi omnino non esset. An oportuerit tractationis quidem est, quam ut quisque uult uariat; Latro sic tamen ordinauit: oportuit, etiamsi pater non iuberet, occidere adulteram uiri fortis uxorem; oportuit iubente patre, etiamsi ipse posset occidere; oportuit, cum et iuberet et ipse non posset. Noui declamatores illam quaestionem temptauerunt ex uerbo legis natam 'adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit': an nemo possit occidere, nisi qui deprehenderit; temptauerunt et illam: an [non] possit abdicari filius ob id quod illi facere sua lege licuit.

Color pro adulescente unus ab omnibus qui de- 7
clamauerunt introductus est: 'non potui occidere', ex illa Ciceronis sententia tractus, quam in simili controuersia dixit, cum abdicaretur is qui adulteram matrem occidendam acceperat et dimiserat: ter non.... Latro descripsit stuporem totius corporis in tam inopinati flagitii spectaculo et dixit: pater, tibi manus defuerunt, mihi omnia. et cum oculorum caliginem, animi defectionem, membrorum omnium torporem descripsisset, adiecit: antequam ad me redeo, exierunt. Gorgias inepto colore, sed dulci..... Pammenes ex nouis declamatoribus dixit.... Gor-

1 filio an uindicare **T** ‖ an *om.* **O** ‖ oportuit **O** ‖ 3 indulgentiā **A** ‖ 5 est **O**, adest *O Ribbeck* potest *W. Müller* ‖ tunc habeat **C** ‖ 6 non posset *W. Müller* ‖ 7 uaria **O**, uariet *Burs.* ‖ 8—10 *uerba* oportuit ... occidere *bis extant in* **BT** ‖ 8 oportet **B2** ‖ 9 occideret **AB1** ‖ 10 possit **AB2T2** ‖ 16 illū **A** ‖ non *del.* **Ab** ‖ 17 quid **STa** ‖ salua lege *Burs.* ‖ non licuit **T** ‖ 19 potuit **T** ‖ 21 abdicaret **A** ‖ his **C** ‖ 22 terrore **Tb**; *lacunam signif. Burs.* ‖ 23 tam **E** tanto **T** tantum **C** ‖ 25 sed cum **O**, *corr. Schult.* ‖ 26 tortionem **CSTa** torsionem **Tb**, *corr. Schult.* ‖ 28 se ad dulci **CSTa** ‖ 29 ex bonis **O**, *corr. N. Faber* ‖ clamatoribus **B**

8 GIAS egregie dixit . . . . PAMMENES dixit . . . . FVSCVS ARELLIVS dixit: maius erat scelus quod imperabas quam quod deprehenderas. ALBVCIVS non narrauit, sed hoc colore egit ab initio usque ad finem: ego me defendere debeo? si quid mihi obiectum erit, aut negabo aut excusabo. si quid exegeris maius uiribus meis, dicam: ignosce, non possum; ignoscit filio pater nauigationem recusanti, si non fert mare; ignoscit non sequenti castra, ‖ si non potest, quamuis pater ipse militaris sit. non possum occidere. Agedum ipsam legem recita: 'liceat et marito, liceat et patri, ⟨liceat et filio⟩'. quare tam multos nominat, nisi quod putat aliquos esse qui non possint? Et in descriptione dixit: cum me uocauit pater 'hoc', inquam, 'putat supplicium futurum morte grauius, si adulteram filio ostenderit'. Et illud dixit: exierunt adulteri inter patrem debilem et filium stupentem. SILO hoc colore narrauit: non putaui mihi
9 licere. BLANDVS hoc colore: utrimque fili nomen audio; pater rem petit iustiorem, mater faciliorem. Et illud post descriptionem adiecit: fatebor uobis, parricidium coram patre facere non potui. CESTIVS hoc colore egit: 'prosiluit', inquit, 'protinus mater et amplexu suo manus meas adligauit. ago confusioni meae gratias, quod nihil in illo cubiculo uidi praeter matrem et patrem: ⟨pater⟩ rogabat ut occiderem, mater ut uiueret; pater ne nocens inpunita esset, mater ut ego innocens essem; pater recitabat legem de adulteriis, mater de parricidiis'. Et ultimam sententiam dixit: occidere matrem si turpe est noluisse, non potui. ARGENTARIVS dixit: non

5 abiectum **A** ‖ erat **Ba** ‖ 6 magis **B** ‖ 8 si **ETb**, *om.* **CTa** ‖ 9 ignosci **C** ‖ 11 agendum **Ta** ‖ merito **A** ‖ 12 liceat et filio *om.* **O**, *add.* **E** ‖ 14 descriptionem **C** ‖ 15 putaui **T**, *an* putauit? ‖ 16 ostenderet **BT** hoc color **A**, *corr. Burs.* ‖ 20 feliciorem **Ta** ‖ 21 iadiecit **B** ‖ patebor **C** fateor **T** ‖ urbis **CTa** ‖ 23 colori **C** ‖ 26 et patre **CT** et matrem **S** ‖ pater *om.* **CSTa** ‖ 29 adulteris **O** ‖ paricidis **T** ‖ 30 si matrem **O**, *corr. Schott.*

est quod me ex hoc habitu aestimetis, quod manus habeo: tunc non habui. Et illud dixit: dat poenas tibi: perdidit uirum, perdidit filium; aegrotanti non adsidebo, egentem non alam; omnia mihi libera sunt, iam uitam illi non debeo.

Ex altera parte multa sunt pulcherrime dicta; sed 10
nescio an Graecis nostri cessuri sint. In hac controuersia dixit DAMAS .... Habet aliquid corrupti haec sententia. LATRO dixit: quantum ego tunc questus sum cum fortuna mea, quod non et oculos perdidissem! SILO POMPEIVS dixit: fili, aut oculos erue aut manus commoda. Omnes aliquid belli dixerunt illo loco quo deprensi sunt adulteri ⟨et⟩ dimissi. LATRO dixit: adulteros meos tantum excitaui. FVSCVS ARELLIVS ‖ [illius sententiae] frigidius dixit contrariam illi sententiam: adulteros interuentu meo ne excitaui quidem. VIBIVS RVFVS dixit: adulteri marito non adsurrexerunt. POMPEIVS dixit: adulescens, denique adulteros excita; postquam tu uenisti securius iacent. LATRO dixit: erratis qui me putatis manus non habere. filium uocaui: ut intrauit ab adultero salutatus est. FVSCVS dixit: fili, 11
tuam fidem, ostende te integro manus me non perdidisse. controuersiam mihi de te facit adulter: ueni ⟨et⟩ utrius sis filius indica. P. VINICIVS et pulchre dixit et ⟨non⟩ noue — sumpsit ab omnibus bene dicta —: inrupi in cubiculum adulterorum: quid mentior miser? aperto cubiculo expectabant adulteri.

4 adsidero **C** adsedero **T**, *corr. Schott* ‖ 7 graeci **T** ‖ nostris **Tb** ‖ sunt **O** ‖ 8 amas **O**, *corr. Schott* ‖ 9 quā tu **CSTa** ‖ 10 nocet **AS** nocit **BTa**, non et **Tb** ‖ 12 serue **C** ‖ 13 illi loco **CSTa** ‖ et *add. Schult.* ‖ 15 inius senuntiae **O**, *corr. Vahlen, eieci ego* ‖ frigidus **C** ‖ 16 contrarium *H. Müller* ‖ *uerba* illi sententiam *secludunt H. Müller, Konitzer* ‖ 22 filiā **A** ‖ 23 ostendite **A** ‖ perdidissem **C** ‖ 25 uenit **C** ‖ et *add. Burs.* ‖ utriusque **STa** ‖ indica **O** ‖ punicius **O**, *corr. N. Faber* ‖ 26 non *add. Haase* ‖ 26. 27 hominibus bene dictae **O**, *corr. Schult.* ‖ 28 expectabat **STa**

Cestivs dixit: uocaui filium; risit adulter tamquam qui diceret: meus est. Vibivs Rvfvs dixit: adulter meus exiit commodo suo. Hybreas hunc sensum optime dixit... Dionysivs, filius eius Dionysii qui Ciceronis filium docuit, elegans magis declamator quam uehemens, hunc sensum et uehementer dixit
12 et eleganter.... Vibivs Rvfvs dixit: quam otiosi, quam securi adulteri transierunt praeter oculos meos, praeter filii manus! Latro cum exeuntis adulteros descripsisset adiecit: adulescens, parentes tuos sequere. Nicetes illam sententiam pulcherrimam, qua nescio an nostros antecesserit.... Sed illud Albvci utique Graecos praeminet: cum pugnantem se ⟨in⟩ acie descripsisset, dixit: me miserum, quas manus adulter effugit! et illud Albuci: 'non potui', inquit, 'matrem occidere'. quo excusatior sis adice 'et patrem'. Albucius sic narrauit tamquam filio sciente factum esset adulterium; suspectum quasi conscium matri suae fecit. P. Asprenas dixit: exiit nouissime maritus et dedit adulteris suis locum. Idem dixit: matrem occidere non potes? adulterum certe occides. an et iste pater est? Dixerat || Nicetes..... Mvrredivs dum hanc sententiam imitari uult, stultissimam dixit: reliqui in acie pugnantes manus.

1 uoca **O** || iāquam **C** || 3 exitet **O**, *corr. Burs.* || 6 quem **STa** || hure ensum **C** || 9 p̃p̃t **A** || exeuntib; **C** || 10 discripsisset **C** || 12 sed] et *Schult.* || 12. 13 illum Albucium qui **O**, *corr. N. Madvig.* || 13 in *add. Schult.* || 16 excusatur **STa** || sic **CSTa** || 17 narrauit uitamquam **C** narrauit ut tamquam **T**, *corr. Burs.* || 19 astrenas **O** || extenuissime **O**, *corr. Schott* || 21 * occide **O** || 24 dixi relinqui **C**

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. Vna nocte quidam duas rapuit; altera mortem optat, altera nuptias.

Porci Latronis. Iam se parabat in tertiam, 1
nisi nox defecisset. Stupri accusatur, stuprum defendit; cum altera rapta litigat, alteram aduocat. Vindicate patres, uindicate fratres, uindicate mariti; fortior publicae disciplinae seueritas surgat: iam binae rapiuntur. Mentonis. Postera die erat in huius domo fletus, lamentatio matris spes suas deplorantis, cum interim ex alia domo alia uociferatio oritur, alius tumultus. coit populus uelut publico metu exterritus, uix credit duos tantum fuisse raptores, cum interim producitur publicus pudicitiae hostis, quem una nocte unius uirginis iniuria non fatigauerat. Cesti Pii. Alteram iniuriae rapuit, alteram patrocinio. Quantum suspicor, ne rapta quidem es. quaeris argumentum? non irasceris. Quomodo istud fit? duabus iniuriam fecit, una queritur? 'Misericors sum', inquit. gaude; habes qui te uindicet. Vide qualem habitura sis uirum: non est una contentus. Argentarivs eundem sensum dixit hoc adiecto: non est una contentus, ⟨ne⟩ una quidem nocte.
Pompei Silonis. At quam bene mimum 2
egit, quomodo raptam se questa est, qua uociferatione! quam paene illi optione cessimus! Triarii.

2 rata **STa** ‖ ratoris . aut **T** raptoraut **C** ‖ 3 quidem **B** | alteram **C** ‖ 5 Latrones **C** ‖ se sperabat **CSTa** ‖ 6 deficisset **C** ‖ stupro **A** *m. pr.* **BE** ‖ accusatus **T** accusator **E** : stupro defenditur **E** ‖ 8 patres **CSTa** ‖ 9 portior **A** porcior **B** sortior **STa** ‖ securitas surgit **CSTa** ‖ 18 patronia **Aa** patronio **AbB** ‖ 19 ne irasceris **STa** ‖ 20 sit **B** ‖ 22 non et **C** ‖ 24 ne *om.* **O** ‖ 27 quam bene **T** quam poene (pene **A**) **C** ‖ illic **C** ‖ optionē **T**

Perieras, raptor, nisi bis perire meruisses. Ivnii Gallionis. Sumatur de illo supplicium, constituatur in conspectu publico, caedatur diu, ‖ toto die pereat qui tota nocte peccauit. Subito fastidiosus raptor occurrit et ait: 'iam nec nuptias uolo'. Stulta deciperis; dicam [si] uis quid dixerit tibi? idem enim dixit et huic: 'dum te peto in illam incidi'. Arelli Fvsci patris. Retro amnes fluant, sol contrario cursu orbem ducat, confugiat sacrilegus ad aras: raptorem rapta uindicat.

3 Ex altera parte. Pompei Silonis. Postero die cum illi narratus esset nocturnus error, dum putat se in unam incidisse, huic priori supplices summisit manus, hanc prius deprecatus est, exorauit: propter hoc, puto, ista magis raptori irascitur. Altera ex puellis raptorem mori uult, altera seruari: reum alter iudex damnat, alter absoluit; inter pares sententias mitior uincat. Dicam quod sentio: magis irasceretur si unam tantum rapuisset; diceret: 'ergo ego sola digna uisa sum cui iniuriam faceret'? Argentarii. Refer nunc Verginiam, refer Lucretiam: plures tamen Sabinae sunt. Ex tribunis potentior est qui intercedit. non est inuidiosa potestas quae misericordia uincit. Quid cessas, puella? pro marito roga. Haec sententia deridebatur a Cestio quasi inproba.

4 Divisio. In hac controuersia de prima quaestione nulli cum altero conuenit. Latro primam fecit quaestionem: non eum posse raptorem qui ab

1 uis **C**, *om.* **SaTa** ‖ 3 in conspectum **C**, *om.* **T** ‖ publice **O**, *corr. O. Iahn* ‖ interdiu *Haase* ‖ totus hodie **O**, *corr. Schott* ‖ 6 si *del Haase* ‖ quod **ST** ‖ indiem enim **B** ‖ 7 hinc **CSTa** ‖ puto **AT** pute **B** ‖ 8 regno **C** ‖ fruaret **C** ‖ 9 se uocet **T** decet **C**, ducat *Burs.* ‖ 11 postera **A** ‖ 13 hinc prioris **C** ‖ 16 eum **T** ‖ 17 rares **A** *m. pr.* **B** dispares **T** ‖ 19 una **B** ‖ 20 uisum cum **B** uissum cū **A** ‖ 21 refert **A** *m. pr.* **BSTa** ‖ refert nunc **STa** refert (*om.* nunc) **A** *m. pr.* **B** ‖ 22 sibi ne **C** ne **STa** ‖ sint **STa** ‖ trib; **T** ‖ 25 deridebantur **B** ‖ 28 alter **SaTa** ‖ 29 non eū osse **A** *m. pr.* non eī posse **A** *corr.* non posse **BT**

rapta mori iussus esset seruari. . Si legatus, inquit,
exire debet peribit; si militare debet peribit; si lege
ducere debet peribit; si raptam ducere debet aeque
peribit. Si is te ante rapuisset et nuptias optasses,
interposito deinde tempore, antequam nuberes, hanc
uitiasset, negares illum debere mori rapta iubente?
atqui nil interest, nisi quod dignior est raptor
morte, cuius inter duos raptus ne una quidem nox
interest. Si rapta nupsisses, ‖ deinde post tertium
diem rapuisset aliam, negares illum mori debere?
atqui quid interest, nisi quod honestius tunc maritum defenderes quam nunc raptorem defendis?
Alteram fecit: an rapta quae nuptias optat nihil 5
amplius raptori praestare possit, quam ne sua lege
pereat, contra alienam legem nullum ius habeat.
Optasti nuptias: non occidetur tamquam raptor
tuus. at idem eadem nocte qua te rapuit, ⟨si⟩ stationem deseruit, fuste ferietur; si sacrilegium fecit,
occidetur. Licet tu dicas: 'quid ergo? ego non nubam'? tu raptori praestas ut illum ipsa non occidas; non potes praestare ne quis occidat. Quomodo
sacrilegus, quamuis a te seruatus, periret, sic alterius puellae raptor, ⟨licet⟩ a te seruatus, peribit. Si
rapuisset te, deinde in adulterio deprehensus adseruaretur in tormentum diutius pereundi, tu interim
educta nuptias optasses, — datur enim optio et in
absentem — uetares illum occidi a marito? quid
interest qua lege pereat, nisi quod modestius alienam legem interpellares quam tuam? Tertiam fe- 6

1 uisus esset **A** ‖ 2. 3 legē dicere **T**, legionem ducere *Haase* ‖ 3 rapatam **C** ‖ eque **B**, *om.* **A** ‖ 4 * si is ante **AT** si te ante **E** si iste **B**, si iste te *O. Iahn* ‖ optasset **O**, *corr. Gron.* ‖ 5 nuberet **O** ‖ 7 nil optat (obstat **Tb**) et iuterest **STa** ‖ 8 nec una **B** ‖ 9 rapta riupsisset **A** rapta nupsisset **BT**, *corr. Gron. an* raptori n.? ‖ testium **STa** ‖ 11 at quidquid **CSTa** ‖ honestus **C** ‖ 14 raptor ipse stare **C** ‖ 15 tus **C** ‖ 17 si *add. Schott.* ‖ 20 praesta *Schult.* ‖ ipsā **A** ‖ 22 fruatur **A** seruatur **T** ‖ 23 puellae pteruitate **O**, *corr. Schott*, licet *add. Haase* ‖ 29 inter puellares **STa**

cit: cum quod utraque optat fieri non possit, an ea eligenda sit optio, qua ultio ad utramque perueniat. Ait quae mortem optat: mea optio et te uindicat, tua me non uindicat; nec hoc tibi mea optio praestat quod mihi: ex occiso raptore inuidiam. Illa respondet: optio tua me non uindicat. uindictam tu meam putas, non fieri quod uolo, fieri quod nolo? etiam contumeliosum mihi erit, te dignam uideri in cuius honorem ⟨homo occidatur, me dignam non uideri in cuius honorem⟩ seruetur. isto modo et mea te uindicat: nempe lex duas poenas scripsit uitiatori: alteram passurus est; non eris inulta, nam raptor non erit inpunitus: habebit poenam, indotatam uxorem. Respondet: ⟨non⟩ eodem modo: morietur, sed ⟨utrique; seruabitur, sed⟩ non mihi. Quartam ibi fecit quaestionem: si non potest utriusque rata ‖ esse optio, utra dignior sit. Vltimam non quaestionem, sed tractationem: ⟨neminem⟩ non raptorem impunitum futurum, si haec via impunitatis monstraretur, ut qui plures rapuisset tutior esset; neminem non inuenturum aliquam humilem quae se in optionem
7 commodaret. Fvscvs Arellivs primam quaestionem hanc fecit: ⟨an⟩ qui duas rapuit perire utique debeat. Lex, inquit, quae dicit: 'rapta raptoris aut mortem optet aut nuptias', de eis loquitur qui singulas rapuerunt; non putauit quenquam futurum qui una nocte raperet duas. Non quaero quid optetis; quod seuerissime optare potestis occupo. necesse est raptorem mori. quare? utrique raptae

1 non *om.* **A** ‖ in ea **O**, *corr. Schott.* ‖ 2 quam **B** ‖ 3 Aitq; **C** atqui **T** ‖ 4 Et hoc **O** ‖ 5 et mihi **O**, mihi ex *W. Müller* ‖ rapere **O** ‖ 9. 10 *uerba* homo ... honorem *om.* **O**, *add.* **E** ‖ 13 responde **C**, respondetur *Schult.* ‖ 14 non *add. Burs.* ‖ *uerba* utrique . . sed *add. Burs. et ego* ‖ 15 quartam mihi **O**, *corr. Burs.* ‖ 17 utraq; ad (at **Tb**) dignior **O**, *an* utra puella d.? ‖ uictima **O** ‖ 18 neminem *add. Haase* ‖ 19 imputatis **C** ‖ monstretur **O**, *corr. Haase* ‖ 21 aliquem **O** ‖ optione **O** ‖ 23 an *add. Haase, Burs.* ‖ 24 raptori aut **C** ‖ 28 quid **O**

ultio debet contingere. utramque non potes ducere, utrique mori potes. Vna pars legis ad hunc raptorem pertinet in qua mors est. Putate enim utramque nuptias optasse: quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuisse quam duas: quid fiet? una nubet. nuptiae ad unam pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit utrique debet mori. quare? dicam. quod uult eligat: ⟨si⟩ aut nuptias optabunt, aut altera mortem, altera nuptias, optabunt, non poterit fieri quod utraque uolet; uno modo poterit fieri quod utraque uolet, si utraque mortem optauerit: ergo fiat quo uno duae uindicari possunt. Hic tractauit: 8
ne exemplum quidem utile esse non utique perire eum qui duas rapuerit; ⟨ista ratio⟩ne hunc morem perniciosissimum ciuitati introduci, ut aliquis propter hoc non pereat, quia perire saepius meruit. Reliquam partem controuersiae Fuscus in haec diuisit: utra optio honestior sit, utra iustior, utra utilior. Cestivs hanc partem controuersiae sic diuisit: utra puellae ⟨optio⟩ dignior sit quae ualeat; utra optione raptor dignior sit. Cestius et coniecturalem quaestionem temptauit: an haec cum raptore conluserit et in hoc rapta ‖ sit, ut huic opponeretur. Latro aiebat, non quidquid spargi posset suspi- 9
ciose id etiam indicandum. colorem hunc esse, non

1 utrāque enim non **T** ‖ 3 in quo **O** ‖ putat **C** puta **T** ‖ 8 utique *Burs.* ‖ 9 uolunt eligant *Schult.* ‖ * si *om.* **O** ‖ 9. 10 nuptias ⟨aut mortem⟩ *Vahlen* ‖ 10 * nuptias si nuptias optauerint **T** nuptias optauerunt **C**, nuptias *reliquis om. Kon.* nuptias; siue nuptias siue altera mortem altera nuptias optauerint *Vahlen* ‖ 11 fleri **B** ‖ 13 fiat quod **CTa** fiat id quo **Tb** ‖ 14 est **T** ‖ pripere **O**, *corr. Schott* ‖ 15 * ne hunc **O**, hinc *Schult* ‖ 16 introducant *Burs.* ‖ 18 haec *om.* **C**, sic *Burs* ‖ 19 utraque **STa** ‖ 21 puella **O**, *corr. Schult.* ‖ optio *add. Schult* ‖ ultra **C** ‖ 23 raptore temptauerit concluserit **STa** ‖ 24 ut u hic **A** ‖ 25 agebat **B** ‖ possit **T** ‖ suspitio sed etiam **C** suspiciose decet (de eo **Tb**) etiam **STa**, *corr. Haase* ‖ 26 * uindicandum **O**, *an* in ⟨quaestione⟩ dicendum?

quaestionem; eam quaestionem esse quae impleri argumentis possit. CESTIVS aiebat et hanc posse impleri argumentis. .... Hunc sensum a Latinis iactatum NICETES dixit: *ἐπὶ τὴν τρίτην νὺξ ἔλιπεν.* GLYCON dixit: ..... DIOCLES CARYSTIVS dixit .... Hunc sensum VIBIVS RVFVS subtiliter dixit: uolo tibi malam gratiam cum sponso tuo facere: habet amicam. In hac controuersia dixit ALBVCIVS: ambulet in masculos. Adeo nullum sine amatore uitium est, ut hoc quidam disertum putauerint; ego tamen magis miror hoc potuisse Albucium dicere quam aliquos potuisse laudare. Ex Latinis dixit TRIARIVS: gratulor uobis, uirgines, quod citius inluxit. ARGENTARIVS dixit: quaeritis quid isti finem rapiendi fecerit? dies. LATRO: iam se parabat in tertiam, nisi nox defecisset.

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

Captus a piratis scripsit patri ⟨de⟩ redemptione; non redimebatur. Arcipiratae filia iurare eum coegit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset; iurauit. relicto patre secuta est adulescentem. Rediit ad patrem, duxit illam. orba incidit. pater imperat, ut arcipiratae filiam dimittat et orbam ducat. nolentem abdicat.

1 PORCI LATRONIS. Pro di boni, et haec puella hospitio patris excepta est? Prohibeo domo terra prohibendam. Bonae spei uxor, bonae ⟨spei⟩ nu-

1 impleris **B** ‖ 4 iactatu **B** tractatum **Ta** ‖ ΕΠΙΤΝΝ **C** ΕΠΙΤΡ **TV** ‖ ΕΧΙΝΕΝ **O**, *corr. Burs.* *ἔληγεν Schult.* ‖ 6 rufufus **A** ‖ 7 spon tuo **C** ‖ 8 hoc **O** ‖ controuersiā **T** ‖ 8 ambulat **O**, *corr. Schult.* ‖ 9 masculis **A** ‖ 10 desertum **C** ‖ 12 lauare **B** lauari **A** ‖ 13 grauior **CSTa** ‖ 18 de *om.* **CSTa** ‖ redemptionem **CSTa** ‖ 20 dimissi se etiā **Ta**, *corr. m. ant.* ‖ 22 redit **C** ‖ 23 dimittas **STa** ‖ 25 pro aı **B** ‖ 26 patri **STa** ‖ terram **C** ‖ 27 spei *om.* **C**, *add.* **EST**

rus, quae amare potest captiuum, odisse uel patrem.
'Captus', inquit, 'in tenebris iacebam'. Narra, obsecro,
soceri tui beneficia. Possum, iudices, esse securus?
filius meus ait se uxori parricidium debere. Cesti ||
Pii. Quis interfuit nuptiis tuis? pater? denique
puellae pater?

Ex altera parte. Ivli Bassi. Hodie captiuus 2
essem nisi haec arcipiratae filia fuisset. Vt dixi:
'patrem habeo', inter bonos captiuos sepositus sum.
arcipiratae filia uocatur, puto ex aliqua nata cap-
tiua; certe animum eius natura a patre abduxerat:
misericors erat, deprecabatur, flebat, mouebatur pe-
riculis omnium; nihil in illa deprehendi poterat pi-
raticum. Promisi nuptias et quasi aliquam sacram
testationem tuum nomen inserui. Eo loco me non
deseruit in quem uenire etiam patres timuerunt.
Artius nos fortuna alligauit quam ut orba posset
diuellere. Vidisses tectum pannis corpus, omnia
membra uinculis pressa, macie retractos introrsus
oculos, obtritas catenis et inutiles manus: talem
quis amare nisi misericors posset? Decepi te, pu- 3
ella; alia pollicitus sum: ueneris in patriam me-
cum, ibi tibi gratiam referam; hic catenatus, egens,
squalidus quid possum? pater meus, socer tuus —
hoc enim te iam pridem uocabat — socer, inquam,
tibi tuus gratiam referet. Quidam auitas paternas-
que flagitiis obruerunt imagines, quidam ignobiles
nati fecere posteris genus: in illis non seruasse

2 obse$^{r}$cor **A** obsecror **B** || 5 suis **O**, *corr. Schott;* istis *O. Ribbeck, an* nuptiis testis? pater ⟨mater⟩? || 8 fili **C** filii **T**, *corr. Haase, Burs.* || dixi **B** || 10 natam *Schult.* || 11 certa **A** || 12 fleuat **C** || 14 promisit **C** || 15 tum **C** || inseruit **C** || 16 patri inuerunt **C** pater timuit **E**, pater timuerit *R. Wachsmuth* patri nimium erat *Burs.* || 17 alligauit nisi corpus omnia uinculis quam **O** || 18 diuellare **A** deuellere **T** || panis **C** || 19 membra *om.* **C** || pressam aciem **C** pressa maciem **S Ta** || in rursus **C** || 20 obrias **C** attritas **E** || 21 decipite **A** || 22 Uenenis **C** uenies **T**, *corr. Burs.* || 23 iuit **C** || 25 soceri **C** || 26 refert **B** || 28 in aliis *hic et p.* 114, 1 *Haase.*

quod acceperant maximum dedecus, in his quod nemo dederat fecisse laudabile est. Si possent homines facere sibi sortem nascendi, nemo esset humilis, nemo egens, unusquisque felicem domum inuaderet; sed quoniam di non sumus, natura nos regit et quemcumque uult casum ⟨in⟩ quemque mittit: hinc sumus aestimandi, cum sumus nostri.

4 Quis fuit Marius, si illum suis inspexerimus maioribus? in septem consulatibus nihil habet clarius quam se auctorem. Pompeium si hereditariae extu||lissent imagines nemo Magnum dixisset. Seruium regem tulit Roma, in cuius uirtutibus humilitate nominis nihil est clarius. quid tibi uidentur illi ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere rem ⟨publicam⟩? quemcumque uoluerimus reuolue nobilem: ad humilitatem peruenies. Quid recenseo singulos, cum hanc urbem possim tibi ostendere? *** nudi stetere colles, interque tam effusa moenia nihil est humili casa nobilius: fastigatis supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium. potes obiurgare Romanos, quod humilitatem suam cum obscurare possint ostendunt et haec non putant magna, nisi

5 apparuerit ex paruis surrexisse? Misereri illius oportet quia orba est. attamen habet propinquos, habet amicos paternos, habet te inbecillitatis suae

1 in illis **O** || 2 laudabiles. Si **O**, *corr. Schott* || 3 tacere **C** || 5 * quamdiu non sumus **O**, quamdiu nos sumus *Burs.* q. homines s. *Haase* q. ⟨nostri⟩ non s. *Madvig* quoniam id non possumus *Vahlen* || 6 tegit et in q. **Tb** || * casumq; ēq; mittitur (casum nos mittit **Tb**) **O** || 7 hic simus (sumus **S**) **O** || 8 moribus **C** || 9 * in mites consiliati **O** in tot consulatibus **E**, in multis consulatibus *Haase, H. Müller* || carius **C** || 10 hereditatū **S Ta** || exsustulissent (—lisent **B**) **C** || 12 uidit Roma **Ta** || 14 aratio **A** || 15 publicam *add.* **E Tb** || uolueris *uolgo* **O** || nobile **C** || 16 humitatem **C** || 17 nudi ⟨hic olim⟩ *W. Wagner*, ostendere ⟨ubi antea⟩ nudi? || 18 interquae tam̃ **C** || moenia indic nichil **T** || 19 causa **Ta** licasa **A**, Romuli casa *Gothofredus* || nobislius **A** || fastigiatis **BT** || 21 cum humilitatem **T** || 22 * sed haec **O** || 23 miserere **O**, *corr. Haase* misereare *W. Wagner* || 24 * est. ista tamen est habet **C** est. ista tamen habet **T**

tutorem fortissimum. Omnes uxores diuites seruitutem exigunt. crede mihi, uolet in suis regnare diuitiis; et tamen aequum est eam ⟨me⟩ possidere domum † quam me agnouerit. Si coeperimus esse magis liberi, si paulo speciosior animo eius adfulserit domus, si parum blande fecerimus, relinquet: et tunc est tormentum carere diuitiis, cum illas iam senseris. Vides quid inter duas uxores intersit: ista si nos reliquerit, repetet sua, haec quod dedit dimissa non auferet. Multi duxere sine dotibus mulieres, quidam dictas non accepere dotes, quidam etiam emptis contenti fuere mancipiis et cum possent accipere diuitias, emere quibus libertatem darent maluerunt quam suam uendere. Aliquis in 6
adoptionem iuuenis petitur: si uolet ire quaerat, senex ille qui petit quales et quos habeat maiores, quanta bona, an satis magno se possit addicere. aliquis capere orbos senes uult et suas spes in alienas mortes diffundere: excutiat testamenta, scrutetur census; ubi uero quae|ret uxorem, uideat an nuptias suas amet, an nil pluris faciat marito, an misericors sit, an fortis sit, an possit, si quid uiro inciderit, mala una tolerare: si his bonis fuerit instructa, dotata est. Non possumus una felices esse: quod solemus, una infelices erimus. Fac, inquit, quod imperat; nolo propter me patrem tuum offendas. ibo, inquit, sola. Tu ibis? quo, infelix? quas

1 utorem **C** ‖ 3 me *add. Haase* ‖ 4 quam meam **T**, in quam me adsciuerit *Gron.* eam possidere domum, quam ea (*domus scil.*) agnouerit, *N. Madvig.* quae me dominum agnouerit *Burs.* ‖ 5 magnis **C** ‖ 6 parám **C** ‖ relinquit **BT** ‖ 7 nunc **Ta** ‖ diuisit **C** ‖ 8 senserit **B** ‖ 9 relinquerit **C** ‖ suas **C** suos **T**, *corr. N. Faber*, res repetet suas *Burs.* ‖ 10 demissa **CSTa** ‖ * haerem **C** eram **Ta** uxorem **Tb** ‖ 11 accipere **ATa** ‖ quidam autem **T** ‖ 12 contentis **C** ‖ 15 petitus **STa** ‖ quaeret **T** ‖ 16 quale sed **A** ‖ 17 adicere **T** ‖ 19 scrutet **C** ‖ 20 sensus **CTa** ‖ qui uero *Haase* ‖ an] ad **C** ‖ 21 iamet **C**, nupta se et sua amet *Haase* ‖ 22 uero **AaBT**, *corr.* **Ab** ‖ 23 mali **T** ‖ uena **C** uelit **T**, una **Ab** ‖ sibis **Aa** ‖ 26 pter me **C** ‖ 27 hibis **B** ‖ quoque **CSTa**

petitura regiones? est enim tibi aliquis locus? pa-
7 ter tuus nobis maria praeclusit, meus terras. CESTI PII. Solent qui coguntur a patribus ut uxores ducant illa dicere: 'non sumus etiam nunc apti nuptiis'. ego contra refugio uxorem quia uxorius sum. ARELLI FVSCI patris. Inpotens malum est beata uxor. cum inmensum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas nostras onerauerit, quid aliud quam beati seruiemus? Altera filium dat tibi, altera patrimonium: pater, utra magis diues est? Locuples est, pater, quam mihi concilias: o si scires, quam diues et haec fuisset! 'Orba, inquit, est': et haec orba est; inter duas orbas ea mihi curanda est magis quam orbam ego feci.

8 DIVISIO. In hac controuersia nihil litium fuit: fere omnes consentiunt. LATRO primam quaestionem fecit: an pater propter matrimonium abdicare filium possit, cum liberum cuique huius rei arbitrium sit. GALLIO subiecit huic: etiamsi potest imperare filio ut uxorem ducat, an ei, qui iam habet. LATRO secundam fecit: si ius est patri etiam propter matrimonium abdicandi, an huic liberum non fuerit parere, cum iurasset. Hoc in haec diuisit: an nemo iureiurando teneatur quo per necessitatem adactus est; an expleuerit iusiurandum ducendo illam uxorem; an etiamsi non expleuit, non teneatur religione qui coactus aliquid contra iusiurandum facit: hunc autem cogi a patre. Si per iusiurandum [facit || hunc] potest parere patri, an debeat. hic de meritis puellae et moribus.

1 peritura **AaB** || 2 tus **C** || meas **B** || 5 qua uxor iussum **C** || 6 insolens **T** || 8 beate **T**, beatae *Haase* || 9 alter **STa** || 11 os scires **A** || 12. 13 in duas **C** || 15 fuisse **O**, fuit *Haase* || 17 patrimonium **O** || abdicere **A** || 19 Callio **O** || 20 an et ei possit qui *Schult.* || 22 matremonium **A** patrimonium **T** *m. pr.* || 25 auactus **A** || iusiurandom **Ba** || 28 fecit **T** *m. pr.* || * super **O** || 29 *uerba* facit hunc *deleui* || potes **C** putes **T** || patria **C** || 29 an] hanc **A**

Colore hoc usus est LATRO pro patre: puellam 9
non misericordia motam sed libidine, et ideo non
esse beneficium. In argumentis eleganter hanc par-
tem tractauit: etiamsi beneficium dedisset, non esse
sic referendam gratiam; deinde beneficium esse quod
iudicio detur, non quod furore aut morbo. HISPO
ROMANIVS alio colore dixit illam non amore adu-
lescentis sed odio patris sui secutam; uoluit illi et
amoris commendationem detrahere. BVTEO longe
arcessito colore usus est; uoluit enim uideri non
inuito patre sed secreto suadente, palam dissimu-
lante totum hoc gestum; ⟨a pat⟩re illam esse ho-
nestam condicionem nuptiarum inuentam, cum alio
nullo modo posset; neque enim aliter effugere illos
potuisse nisi patiente patre. sed aiebat LATRO non 10
esse tanti detrahere illi commendationem soluti adu-
lescentis, ut detraheretur inuidia relicti patris.
FVSCVS ARELLIVS egregie declamauit; non enim
propter nuptias orbae dimitti illam, sed quamuis
orba non esset, eici iussit. non aliam sibi magis
placere, sed illam displicere dixit, et hoc, quod
LATRO transcurrerat, pressit: timere se puellam te-
merariam, inter piratas natam, inter piratas educa-
tam, inpiam in patrem. GALLIO illud quod omnes
scolastici transierant dixit: timere se ne haec spe-
culatrix esset et piratis occasiones omnes indicaret,
aut certe ne uideretur; nolle se suspectum esse rei-
publicae. IVLIVS BASSVS timuit ne puella uidere-
tur improbe iusiurandum exegisse; ne quid liberi

1 puellae O ‖ 2 misericordiam m. s. libidinem *Haase* ‖ 7 Romanus O ‖ 8 secuta T ‖ ille O, *corr. Haase* ‖ 10 nudari CTa uideri Tmg, *an* ei inputare? ‖ 12 * Re illāe C re illic esse T, filiae esse *Madvig* ‖ honesta T ‖ 13 inuentaē A ‖ 14 nullo nullo A ‖ 15 potuisset O, *corr. Schott* ‖ 16 ese C ‖ solū O ‖ 19 orbam T ‖ etiam si orba? ‖ 23 pirat seducatam C ‖ 24 Callio O ‖ 25 * transierunt O ‖ 27 suspectam O ‖ 28 * illi iurasse O, *Iulii Bassi nomen intercidisse susp. R. Wachsmuth* ‖ ne a puella T ‖ 29 ne qui C

11 sibi esset, adiecit iurasse se per patrem. TRIARIVS dum sententiam uirilem captat, inepte dixit iurasse se et per orbam. aiebat enim CESTIVS male deseri nunc orbam ⟨si⟩ etiam iurasset. LATRO aiebat ⟨per patrem⟩ quoque iusiurandum ineptum esse; nihil enim minus conuenire, quam ‖ aliquem per patrem iurare patrem relicturae. Omnes honestam matrem puellae dederunt, omnes dixerunt qua misericordia ⟨discessisse⟩ motam, qua amore. solus POLLIO iudicio fecisse uult eam [etiam misericordia discessisse]: dixit enim illam non potuisse cum piratis uiuere; ut primum honestam occasionem in-
12 uenerit discedendi, discessisse. Q. HATERIVS a parte patris pulcherrimam imaginem mouit: coepit enim subito quo solebat cursu orationis describere, quasi exaudiret aliquem tumultum, uastari omnia ac rapi, conburi incendiis uillas, fugas agrestium; et cum omnia implesset terrore adiecit: quid exhorruisti, adulescens? socer tuus uenit. GLYCONIS ualde leuis et Graeca sententia est: *κατανάλωσον τὸν ἴδιον γενέτορα· ἔχομεν πατέρα.* Tolerabilem dixit illam rem, cum iurisiurandi uim describeret: hoc esse quod foedera sanciret, quo astringerentur exercitus: *ὅρκος ἐστὶ δέσμα καὶ παρὰ πειραταῖς ἀσφαλὲς μέ-*

1 se *om.* **T** ‖ 2 * puerilem **O** ‖ ineptae dixit **B** ‖ 3 Cestius ualde fieri **O**, *corr. Haase* ‖ 4 hanc **O**, nunc *Burs.* ‖ orbem **C** ‖ si *om.* **O** etiamsi **T** ‖ 5 per patrem *add. Schult.* ‖ inceptum **C** ‖ 8 qua] eam **T** ‖ 9 * discessisse *addidi* ‖ non amore **O**, *corr. N. Madvig* ‖ 10 etiam a **ST**; *uerba* etiam m. discessisse *hic deleui* ‖ 11 illa **STb** ‖ 12 primam **C** ‖ 13 qui aterius **C** qui alterius **T** ‖ a patre **STa** ‖ 15 scribere **O**, *corr. Haase* ‖ 17 conuenire **O** ‖ 19 lenis **Ta** ‖ 20 ΚΑΤΛΑΝΤΟΣΟΗ (-SCN **BTV**) **O**, *corr. Burs.* ‖ ΙΑΙΟΝ **O** ‖ ΤΕΝΕΝΟΝΠ **O** *γενέτορα Burs.* ‖ GΧΟΜΗΝ ΠΑΤΗΒΑ **O**, *corr. Burs.* *ἔτι ἔχομεν π. Haase* ‖ 22 cuius iurandi **B** ‖ describeret uim **T** ‖ 23 sancire quod **C** sancire quo **Ta** ‖ 24 ΟΡΗΟϹΡϹΤΙΝ **O** ‖ ΠΗSΜΑ **TV** ΠΕSΜΑ **C**, *corr. Burs.* ‖ ΝΑΡΑ **T** ‖ ΠΕΡΑΤΑΙϹ **O** ‖ ΗΕΜΕΤ(ΗΕΜϹΤ— **A**)ΕS ΜΕΝΩ̃ **ATV** ΗΕΜΤΕSΜΕΝΩ̃ **B**, *νόμισμα κ. π. π. νενομισμένον Haase νημερτὲς μένον Schott.*

*νον*. Artemon circa eundem sensum uersatus est a parte adulescentis; cum dixisset relictum patrem, adiecit: *λοιδόρει νῦν τὸν ἀρχιπειρατὴν, τὸν μιαιφόνον, τὸν ἱερόσυλον· πρόσθες, εἰ θέλεις, καὶ τὸν ἐπίορκον.* ‖

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam alterum fratrem tyrannum occidit, alterum in adulterio deprehensum deprecante patre interfecit. a piratis ⟨captus scripsit patri de redemptione. pater piratis⟩ epistolam scripsit, si praecidissent manus, duplam se daturum. piratae illum dimiserunt. patrem egentem non alit.

Porci Latronis. Da mihi epistolam esurientis 1
istius. 'Manus', inquit, 'praecidantur'. in quam⟨cumque⟩ corporis partem potius saeuitia incurrat: cetera membra mea sunt, manus publicae sunt. Numquid peto tyrannicida? talem me dimittite qualem a piratis recepistis. Non habeo quod de fortuna queri possim: ⟨en⟩ eum qui manus meas *** confugit. 'Si praecideritis', inquit, 'manus'. ⟨Si⟩ irasceris, scribe potius: si occideritis. Tyrannicida exitum tyranni rogo. non timeo, ⟨ne⟩ quas manus piratae

1 cinca **A** cincam **B** ‖ 2 aperte **C** ‖ adulescenti **STa** ‖ 3 ΛΟΙΛΟΡΙ **B** ‖ ΑΡΧΕΠΕΡΑΤΗΝ **O** ‖ ΜΕΙΑΙΦΟΝΟΝ **A** ΜΕΙΜΦΟΝΟΝ **TV** ‖ 4 ΕΡϹΕΑΟΝ **T** ΕΡΟϹΕΑΟΝ **CV** ‖ ΠΡΟϹΟΝϹΕΙΘΕΑΙϹΙϹΑΙ ΤΟΝ ΕΠΕΟΡΧΟΝ **O** ‖ 8 adulteri **C** altero **Ta** ‖ 9 infecit **CSTa** ‖ 10 ac piratis **T** ‖ *uerba* captus . . . piratis *add.* **E** ‖ 13 patriē **C** ‖ 14 Porcii Latronis *post* inquit *u.* 15. *inserunt* **ST** ‖ 15 quam **O**, *corr. W. Müller* ‖ 16 totius **C** tutius **T**, potius *Burs.* ‖ saeuita **C** ‖ 18 tyrannicidam **O**, *corr. Schult.* ‖ 19 de *om.* **B** ‖ 20 * posse meum **A** possiem eum **B** possem eum **T** possem nisi eum **Tmg**, possem . ecce *Kon.* ‖ configit **T**, qui manus meas ⟨praecidi iussit, ad eas⟩ confugit *Kon.* ‖ 21 proecederitis **B** praecidetis **T** ‖ manus meas **ST** manus **C** manus si **E** ‖ 22 tirannicide **A** tirannicidam **T** ‖ 23 ne *add.* **E**

2 soluerunt, iudices alligent. Ex omnibus quae mihi fortuna terra marique priuatim mala publiceque congessit, tyrannum adulterumque ⟨et⟩ piratas, nihil expertus sum durius quam patrem: tyrannus cum timeret manus meas, non praecidit; iniuria matrimonii nihil abstulit corpori; piratae, quasi beneficio meo uiuerent, gratis miseriti sunt: unum hostem inexorabilem habui. O felicem rem⟨publicam⟩ quod sublato inimico, non ante tyranni caedem nauigaui! 'Genui, inquit, educaui': nempe istud beneficium et tyranno praestitisti et adultero. Has manus si per te redimere non potes, rempublicam appella. Adulter cum manibus sepultus, tyrannus cum manibus proiectus est. Magnis sceleribus iura naturae intereunt: non magis tu pater es ‖ quam illi fratres. Audite nouam captiui uocem: tutus sum, si pater meus nihil habet. Quidquid habes pro redemptione filii mitte; non est quod timeas: non deerunt tibi alimenta, cum dixeris ⟨te⟩ tyrannicidae patrem; pro adultero filio rogasti.
3 Quaerite nunc quomodo tyranni fiant. Cesti Pii. Cedo mihi epistolas patris. quaeris unde habeam, cum mihi nullas miseris? 'Duplam dabo pecuniam': ⟨apparet, pro⟩ unico filio rogat. 'Duplam pecuniam dabo': unam summam pro filio, alteram pro tyrannicida. 'Si manus praecideritis': hoc ne ⟨in⟩ adulteros quidem licet. 'Non habui pecuniam'. sed rogare illos potes et audacter roga: in misericor-

1 alligant **CSTa** ‖ 3 et *add. Haase* ‖ expertius **C** ‖ 5 non *om.* **C** ‖ iniuri **Ta** ‖ 7 unum ⟨patrem⟩ *O. Ribbeck* ‖ exorabilem **B** ‖ 8 quod felicem rem **C** quod felici re **T**, *corr. Burs.* ‖ quod subito **O**, *corr. N. Faber*, quod subito impetu, non a. *N. Madvig* ‖ 9 * tyrannidem **O**, tyrannicidium *N. Faber* ‖ 12 apellat **B** appellat **A** ‖ 13 coniectus **Ta** ‖ 14 in magnis *O. Rebling* ‖ 15 pateris **CTa** ‖ 16 * uicem **O** ‖ totus **B** ‖ 19 te *add. Burs.* ‖ rogas **EO**, *corr. Schult.* ‖ 21 credo **Ta** ‖ 22 miseris ⟨at misisti piratis⟩ *Haase* ‖ 23 apparet pro *add.* **E** ‖ rogare *Gron.* ‖ 24 filio tuo **T** ‖ dabo unam pecuniam dabo iam summam **O**, *corr. Schult.* ‖ 25 in *add. Haase, Burs.* ‖ 25 adulteris **T** ‖ 27 eroga **CS** erga **Ta**

des piratas incidi. Quare non alo? quia captum filium tuum — certe parum est si dixero non redemisti. alere non possum, perdidi manus. non credis? epistolas lege. Duplam pecuniam dabas, auaris dabas, piratis dabas: sic excusabant piratae ipsi, mihi cum praeciderent manus: 'pater iussit', aiebant: 'magnum facinus est, sed magno licet'. 'Egens 4 sum', inquit: mentiris. cedo mihi patris mei censum. 'Quid ergo? ales pauperem?' dimissus fortasse promittam, cum rogaueris: nihil paciscor. Etiamnunc manus meas petis? nega tuam esse epistolam, et habes argumentum, dic: ego rogare ⟨etiam pro⟩ adultero soleo. 'Qui non aluit', inquit, 'patrem, adligetur': plus de manibus meis timui. Corneli Hispani. Quid me rogarit pater nescio: publica uindicta cruentum gladium priuato tyranno impressi. Captum me piratae nihil amplius quam alligauerunt. 'Duplam pecuniam dabo'. Quid? plus polliceris quam petitur? unde tantas patrimonii uires habes? etiamnunc tamquam ⟨in⟩ tyranni arca loqueris? Corrupit frater uxorem meam quam nec tyrannus uiolauerat. Ut pretium piratae constituerunt, gauisus sum, namque locuples pater poterat dare etiamsi duplam poposcissent. Remiserunt me ‖ reipublicae cum manibus, patri cum epistolis. Pompei Silonis. 5 Pactus sum de redemptione, scripsi patri. quicumque pro tyrannicida uestro pependistis, certum habeo, solliciti optastis, ut hae litterae ad patrem perueni-

1 n̄ elo **A** ‖ 2 * agere parum **O**, age parum *uolgo* ‖ 5 ipsas **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ 6 agebant **A** ‖ 7 Ages **O** ‖ 9 alis **O**, *corr. Burs.* ‖ patrem **O** pauperem *R. Wachsmuth* ‖ 10 promissam **Ba** ‖ pacicor **C** ‖ 12 dices erogare **O** dic ego rogare **E** ‖ etiam pro *om.* **O**, *add.* **E** ‖ 13 solo **CSTa** soleo **TbE** ‖ adliget **C** ‖ 14 Cornelii **BT** ‖ 16 gladio **C** ‖ priuatus **Tb** ‖ 18 q;ptus **O**, *corr. N. Faber* ‖ 19 petiturum te tantas **O**, unde *N. Faber* ‖ 20 tamquam petiturum te tantas patrimoni tyranni **O**, in *add. W. Müller* ‖ arce *O. Ribbeck* ‖ 23 inquam **O**, namque *Schult.* ‖ locuples est **C** ‖ poteram **O** ‖ 28 optatis **O**, *corr. Schult.* ‖ hae litterae **A** hec litora **T**, *corr. m. pr.*

ant. 'Egeo', inquit. sic subito? Quod ex toto emi non debet duplo emit. Arelli Fvsci patris. Causam meam tenui apud eos, qui nihil debebant manibus meis. Tunc primum egere queritur iste, cum manus meas uidit. Quid mirum si non putauerunt turpe piratae accipere mercedem quam pater dabat? Ades, pietas; si sancte uixi, si innocenter, effice ut iste manus meas qui odit desideret. Tarde mihi epistola solui uidebatur. Hoc prorsus fabulosum repleto sceleribus nostris saeculo deerat, ut narraretur aliquis solutus a piratis, adligatus a patre.

6 Blandvs. Hic qui unde uiuat non habet, quam care tyrannicidas uestros emancipat! Quid ais, pirata filii, piratarum magister, eius crudelitatis emptor cuius nec pirata uenditor est? Romani Hisponis. 'Pater piratis salutem': hanc eripis filio. 'Duplam dabo': quid necesse est? potui uilius solui. 'ut praecidatis manus'. obstipuerunt piratae et cum dimitterent dixerunt: 'indica patri tuo non omnia piratas uendere'. Mentonis. Adhuc, iudices, tamquam pro meis manibus egi, uerum confitendum: uobis remissae sunt. exhibeo, respublica, piratarum depositum tibi: manus hae tuae saluae ad te perlatae sunt. fac quod uoles. illud unum rogo, si peccauerunt, cuilibet [tu] uinciendas trade: si isti

7 trades, sic alligabit quomodo soluit: praecidet. Alfi Flavi. Adhuc qualem optem patrem nescio. diui-

3 apud meos **A** *m. pr.* **BT** ‖ 4 quaeritiste **C** ‖ 5 tum **B** ‖ mirum? his *Schult.* ‖ 6 tur piratae accipe **C** ‖ 7 uixisti **C** uixi et **T**, *corr. Haase* ‖ 9 epistolā **C** ‖ * fabulis **C** in fabulis **T** ad fabulas **E** ‖ 10 celeribus **T** ‖ 11 narretur **O**, *corr.* **E** ‖ ad piratis **C** ‖ adligetur **C** ‖ 13 tyrannicide **O**, *corr. Schult.* ‖ n̄ros **T** ‖ emancat *Gron.* ‖ 15 Romanis Ponis **C** ‖ 16 hac **C** ‖ 17. 18 ut dicatis **CSTa**, *corr.* **ETb** ‖ 18 obstupuerunt **T** ‖ 19 hic dicat **STa** ‖ pater **T** ‖ 20 piratis **C** piratos **T** ‖ iuces **B** ‖ 21 ueum **B** ‖ 22 reip. **Ta** ‖ 23 hee **T** hec **A** ‖ ad se **C** ‖ 25 tu *del. Burs.* ‖ iniciendas **C** ‖ 26 * tradis **O** ‖ sigallicabit **C** ‖ uoluit **O**, soluit *Gron.* ‖ praecidere **O** ‖ alei **C** aleti **ST**

tem? debilitat. egentem? adligat. neutrum manibus meis expedit. 'Duplam dabo, ut manus praecidatis'. filium minus crudelem habuisti. Marvlli. Vt adlata est epistola, coeperunt iam me piratae soluere; ut recitata dupla in epistola pecunia est, 'hic est', inquam, 'pater quem uobis laudaueram'. Triarii. Vbi est patrimonium tuum illud quod tyrannos instruit, quod adulteros facit? ubi est? certe in me nil inpendisti.

Pars altera. Ivli Bassi. Infelix futura est 8
etiam uictoria mea: si non tenuero causam, fame moriar; si tenuero, hoc tantum consequar ne fame moriar. Duxi uxorem nimium fecundam: peperit mihi tria nescio quae prodigia uariis generibus inter se et ⟨me⟩, iudices, furentia: alium qui patriam posset opprimere, alium qui fratrem ⟨uiolare⟩, alium qui patrem. Testor, iudices, omnes ciues meos: una seruiuimus, nemo tyrannidem ⟨me⟩ uno sensit magis. argumentum habeo maximum quod uiuo: non pepercissetis mihi, si putassetis me partem tyranni. Dum inter se pugnant, uicit respublica. Reliqui duo, quia non poterant in nos, inter se tyrannidem exercuerunt. habebat iste nescio quam uxorem, quam in arce cognouerat. Si alligare te possem, proficiscentem alligassem. Non opus est tibi magna 9
inpensa ad sustinendum patrem: [magna omnia sunt] tua mecum alimenta partire. nolo me tam

1 abdicato **C** abdicat **STa** ‖ 2 expetit **A** ‖ 4 epistolaq; **C** ‖ coeperuntq; eam pirate **T** ‖ 7 illū **C** ‖ 10 pars altera *om.* **STa** ‖ ili **ASTa** illi **B** silii **Tb**, Iuli *Haase, Burs.* ‖ 11 ame **C** ‖ 12 *uerba* si tenuero ... moriar *om.* **A** ‖ 15 me *add.* **E** ‖ * iuditio **T** inditia **C**; et iudiciis *N. Madvig*, inter se et in ciues *W. Müller* interneciuae saeuitiae *M. Haupt* ‖ 16 optinere **O** opprimere **E** ‖ qui patrem **O**, *corr.* **E** ‖ uiolare *add.* **E** ‖ 17 qui matrem **CSTa** qui fratrem **Tb**, *corr.* **E** ‖ meos omnes **T** ‖ 18 seruanimus **O** ‖ me *om.* **CSTa** ‖ 20 patrem **O**, partem *O. Ribbeck*, patrem ⟨esse etiam socium⟩ *R. Wachsmuth* ‖ tinni **A**, tyrannidis? ‖ 21 relinqui **C** ‖ 26 inmensa **CSTa** ‖ matrem **C** ‖ magnā (magna **Tb**) om̃a sunt **O**, *ut illata ex p.* 131, 6 *del. Haase* ‖ 27 * tu **O**

bene alas quam ego te [bene] alui; nolo ignoscas mihi: quidquid passus es, quidquid timuisti, patiar: posce flagella, scinde rugas. ustus es? subice ignes et semimortuam hanc faciem, quae tantum in contumeliam suam spirat, quia extingui non potest exure. si parum est, fac quod ais ne piratas quidem fecisse, manus praecide. exhibeo tibi: hae sunt illae quae quidlibet scribunt. Vbi est gladius tuus? stringe. tyranno licuit uulnere mori; adulter uno ictu breuiter confectus est: pater te pro beneficio similem sortem rogo. ne tu quidem apud piratas famem timuisti. neminem tyrannus sic torsit. Porci Latronis. Fili, nihil amplius quam ‖ famem deprecor; si tamen inexorabilis es, illud pro beneficio peto, ut aut tamquam adulter moriar aut tamquam tyrannus. Par erat utriusque fortuna illo tempore: [ut] tu alligatus eras, ego in senectute immobilis et uincto simillimus; tu in solitudine, [et] ego in omnium meorum solitudine; tu lucem non uidebas, ego etiam oderam. hoc unum inter nos interest, quod tu etiam a piratis cibum accepisti. Blandi. Deprecabar non pro adultero, sed pro domo, ne fratrem occideret, tyrannicidam inquinaret, patrem respergeret. roganti mihi et has interponenti manus paene praecidit. Haec sententia deridebatur a Latrone tanquam puerilis: hoc ei prouisum est, ut aliquem ex suis reliquisse uideatur quem non occiderit.

1 bene *om.* **AST** ‖ 2 pater **O**, *corr. Burs.* ‖ 3 usturos *Gron.* ‖ 4 et mortuam **O**, *corr. Burs.* ‖ hanc partem **O**, *corr. Burs.* ‖ 5 non *om.* **STa** ‖ 7 tibio **B** ‖ hec **A** ‖ 7. 8 ille $\overset{i}{\text{q}}$te quidlibet **A**, quae in te q. *O. Ribbeck* ‖ 9 uulnerarae **C** ‖ emori *H. Müller* ‖ 10 p beneficia **O**, *corr. Schott* ‖ 11 fortem **STa** ‖ 12 *uerba* sic torsit P. Latronis *om.* **A** ‖ 13 Latronis ne tu quidem apud piratas famem (fame **B**) timuisti neminem tyrannus fili **BST** ‖ 14 inexorabilires **A** ‖ 16 adulter tyrannus **C** ‖ fortune **A** fortunae **B** ‖ 18 iunctu similimus **B** ‖ 19 solicitudine **S** ‖ 20 modicā **T** modicū **C**, *corr. Gron.* ‖ 25. 26 ad latronē **A** ‖ 26 et pro istū **A** et pro istu **B** et proisto **T**, *corr. Burs.* ‖ 27 et suis **A** ‖ uidebatur **O**

VIBI RVFI. Hae nempe scripserunt epistolam manus: praebeo; praecide et ale. POMPEI SILONIS. ‘Liberi parentes alant, aut uinciantur’. ad te legem meam transfero: licet alliges, sed alas.

11 DIVISIO. Fere hac usi sunt diuisione: an lex causam nec patris nec filii aestimet, sed omnis pater [an] a filio alendus sit. . . . . . dixit legem hanc pro malis patribus scriptam esse, bonos etiam sine lege ali. ⟨Si⟩ non omnes alendi sunt, an hic alendus sit. Hanc quaestionem LATRO in haec diuisit: an alendus sit, quod filium a piratis non redemit. hoc loco quaesiit, an non potuisset redimere, an noluisset; deinde: ⟨an⟩ alendus sit etiam si praecidi filii manus uoluit; nouissime: an praecidi uoluerit.

12 HISPO ROMANIVS separatim quasi iuris quaestionem fecit: an qui non redemit filium, non possit ab eo alimenta petere. sed hoc utraque quaestio continet, ut aiebat GALLIO, et prior in qua quaeritur, an omnis pater alendus sit; dicitur enim: quid si quis filium excaecauerit? ‖ quid si quis non redemerit? et cum ad alteram quaestionem uentum est in qua quaeritur, an hic pater alendus sit, nihil aliud potest dici quare non alatur, quam quod non redemit, quam quod duplam promisit, ut manus praeciderentur. Graecorum improbam quaestionem satis erit in eiusmodi controuersiis semel aut iterum adnotare: an in tyrannicidam uti pater hac lege possit. quasi sacras et publicas manus esse, in quas sibi ne

1 Vibii **AT** ‖ hęc **A** ‖ 2 ali **O** ‖ 4 alliget et **CSTa** alliges et **Tb** ‖ 5 hanc usui **C** ‖ diuisionem **C** ‖ 6 patri nec **Ta** ‖ hominis **O**, *corr. Burs.* ‖ 7 an filio **A**, an *del. Siesbye*, omni filio *N. Madvig.* ‖ ⟨Latro⟩ dixit *Haase* ‖ 8 scripta **B** ‖ 9 alii ñ homines **C** ali . an omnes **T**, *corr. Burs.* ‖ 11 redimit **C** ‖ 12 quaerit an p. **T** quaesit non p. **C** ‖ 13 an *om.* **O** ‖ 14 filii *om.* **A** ‖ ac **C** ‖ 15 Romanus **O** ‖ quas **T** ‖ iurisq. **A** ‖ 17 utique **Ba** ‖ 18 ui **C** ‖ Callio **O** ‖ 19 alendus ē **O** ‖ 20 exheredauerit *Schult.* ‖ redimerit **T** ‖ 21 ad ulteram **C** ‖ 22 aut hic **C** ‖ 26 * adnotase **C** adnotassa^e **T** ‖ 28 sacra sed **CSTa** ‖ * manus esse in quaestione pirate **C** manus quase ēē (quasi esset **Tb**) in quaestione pirate **T**

piratae quidem licere quicquam putent. nostri hoc
13 genus quaestionis submouerunt. Silo Pompeivs non eis tantum usus est quibus ceteri, cum diceret non debere hunc patrem ali, quod non redemisset filium et quod praecidi manus filio uoluisset, sed a priuatis causis transiit ad publicam causam; dixit enim non debere ali hominem perniciosum reipublicae, qui tyrannum filium habuisset, qui non occidisset, qui desideraret amissum, qui uindicaret; et negauit ullam aliam illi causam esse persequendi tyrannicidam nisi libertatem publicam, et descripsit mores hominis impii, cruenti, quia per liberos non posset, per piratas tyrannidem exercentis: quae ut liberius diceret, patronum filio dedit. Et illud in hac parte laudatum est [a] Silone declamante: coeperat hoc tractare, non debere ali tyranni patrem; omnibus fauentibus illum fame necandum; et cum diu pressisset illum tyranni patrem esse, adiecit: aude postulare ut illud tibi prosit, quod tyrannicidae pater es. Blandvs hunc sensum cum postero die declamaret in ironiam uertit et, cum obiecisset quod tyranni pater esset, adiecit: nolite illum auersari; habet quod adponat: et adulteri pater est.

14 Colorem pro patre alius alium introduxit. Fvscvs iratum se illi confessus est fuisse, quod fratrem in conspectu patris occidisset, et huic loco uehementer institit, quom nemo || hoc tyrannus, nemo pirata fecisset. 'Iratus', inquit, 'ob hoc ipsum fui, quod hoc scelere etiam tyrannicidium inquinaueras; adparet

1 quiquam **C** || putaͤnt **T**, *corr. m. ant.* putant **A** || 3 * dicerent **O** || 4 non *om.* **STa** || 6 transit **O**, *corr. Haase, Burs.* || 9 qui non u. **T** || sed **O** et *N. Faber* || 10 nauigauit **B** || nullam **C** || 13 exercentes . quem **T** exercentisq; **C**, *corr. Haase, Burs.* || 14 latronum **O**, *corr. N. Faber* || 15 a *del. Burs.* || 16 non dere aui **C** || 17 fatentibus *Schult.* || 18 et adiecit **A** || 19 ū ille **STa** uellet **C**, uelle ut *Haase* || 20 Blandis **C** || 21 declamauit **A** *m. pr.* || in roniā **C** || 22 aduersari || 23 adponat **C** adponet **T** opponat **Tmg** || 25 patre **B** patrē **A** || 27 quā **C** 9 **T**

te morbo quodam aduersus tuos furere'. et seruauit hunc actionis tenorem: 'iratus fui hodieque irascor nec queror'. nec se demisit in preces aut rogauit, sed iure patrio usus est. Illud ad excusandam epistolae crudelitatem adiciebat: scripsi piratis non eo animo, ut manus tibi praeciderentur, sed ut exprobrarem tibi cruentas in conspectu patris fraterno sanguine manus. tuto autem scribebam; sciebam enim piratas non facturos nisi pecuniam accepissent quam non mitterem: itaque nec praeciderunt; et si sperassent, utique praecidissent. sed apparuit illas epistolas irascentis esse, non promittentis. In ultimo descripsit, quam miser futurus esset alimenta accipiens ⟨ab⟩ illis manibus, quas paulo ante spectauerit fratrem occidentes, et adiecit, quod aiebat praeceptore suo dicente summa cum admiratione exceptum, illud Homeri Priamo aptum:

⟨καὶ κύσε χεῖρας
Δεινάς, ἀνδροφόνους, αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας.⟩ [Iliad. Ω, 478.]

Silo Pompeivs et ipse iram fassus est. aiebat enim, 15
non habiturum fidem, si negasset iratum fuisse, sed irae causam non dixit quam Fvscvs; transeundas aiebat eas offensas quibus ille gloriaretur; hanc causam posuit, quod relictus esset ab unico filio, quod inuito se nauigasset [et] cum uideret senem orbum iam paene egentem. iam tum illum fugisse

1 te modo **A**, *corr. m. pr.* || 2 miratus **T** || odieque pascor **C** hodieque paciscor **T**, *corr. N. Faber* || 3 dimisit **O** || 6 p̄diderentur **STa** || 6. 7 ut exprobantũ **A** ut exprobrantũ **B** ut exprobrarẽt **T** || 7 cruentatas *Schult.* || 9 non futuros **C** || 10 * mittebam . rem **O** || quae nec **O**, itaque nec *Burs.*; quam ob rem nec **Tmg** || 11 ubique **C** || 12 irascenti **STa** || 13 futuros **C** || alimentis **C** || 14 ab *addidi* || quam paulo **Ta** || 15 quam aiebam **O** || 17 illũ **O** || omeri **C** onereͥ **T** || 19 *Graeca add. N. Faber* || 20 passus **O** || 21 habitum iri *Schult.* || si| s; **Ta** || 22 non ⟨eam⟩ dixit? || quem **C** quō **T**, *corr. Burs.* || 25 et *omisi cum* **A** || sem' **Ta** || 26 illẽ **B** || fuisse **C**

ne aleret; et ad preces patrem deduxit et rogauit in epilogo filium. Et Sparsvm hoc colore declamasse memini, hominem inter scolasticos sanum,
16 inter sanos scolasticum. Cestivs alio colore longe usus est; dixit non iram fuisse illam patris, sed calliditatem: 'non habebam', inquit, 'unde || redimerem. quem rogarem pecuniam in tam auara ciuitate, in qua ne filii quidem patres alunt? usus sum consilio: sciebam piratas non crudeles esse, sed auaros. uolui efficere et ut desperarent non illum redimi et propter hoc superuacuum futurum dimitterent. an prudenter cogitauerim nescio; ⟨interim⟩ feliciter cogitaui: post epistulas illas quas accusat dimissus est'. Latro totum se ab istis remouit coloribus et aduocauit uires suas tanto totius actionis impetu, ut attonitos homines tenuerit; hoc enim colore usus est: nescio quid scripserim. olim iam mihi excussa mens est. ex quo uidi filium unum in arce, alterum in adulterio, tertium in parricidio, ex quo respersus sum fili morientis sanguine, ex quo relictus sum solus, orbus, senex, odi meos. Hic color illius uiribus adprobandus est; quanta enim ⟨ui⟩ opus est, ut
17 aliquis accusando se miserabilem faciat? Albvcivs omnes colores miscuit et, ut hoc liberum esset, patronum patri dedit nec uoluit narrare. a propositione coepit: alimenta pater a filio petiit; deinde cum ad defendendum uenit quod scripsit duplam se daturum, si manus praecidissent, primum Latroniano

1 nec **STa** || 2 Ut Sparsim **O** *an* Fuluium Sparsum? || 2 declamasset **O** || 3 nemini **C** || 8 nec **T** || patr$^{e}$is **A** || 10 et *del.* **A** *m. alt.*, ut et *Burs.* || non] posse **E** || filium redimi *H. Müller* || 11 superuacuum. Et cum futurum **O**, *corr. H. Müller* || 12 in prudenter **O**, an prudenter **E** || interim *add.* **E** || 15 tantotius **C** || 18 in mare **C** in mari **STa** || in altero **Ta** || 21 non noui meos *Schult.* || 22 quanto **T** || ui *add.* **E** || 23 mirabilem **A** || 25. 26 ad propositio ceptam **STa** ad propositionem cepta **C**, a propositione **Tb**, coepit *Schott* || 26 * petit **O** || 27 defundendam **A**

colore usus est: hoc, inquit, respondeo: nescit quid fecerit, ⟨in⟩ insaniam malis actus est. Hic philosophumenon locum introduxit, quomodo animi magnis calamitatibus euerterentur; deinde anthypophoran sumpsit: mentiris; ille uero iratus fuit. Cogis, inquit, me dicere iratum tibi merito fuisse. Exsecutus est omnia; hoc illi inter cetera obiecit, quod occupare ⟨arcem⟩ fratrem suum ignorasset, aut dissimulasset; ⟨uoluit⟩ ita tyrannicidio quoque eius commendationem detrahere. deinde ad illum colorem rediit Cestianum: 'sed puto illum consilio fecisse quae fecit. quid ergo? quid iste tamen dicit? quare scripsisse? nihil dicit; flet, mori uult, sed non fame'. In hac declamatione Albvcivs hanc sententiam dixit ¦ 18
dubiam inter admirantes et deridentes: panem quem cani das, patri non das? Glycon egregie dixit: *ἐλεήσατε αὐτὸν, ὃς κινδυνεύει πατέρα θρέψαι.* Gargonivs fuit Buteonis auditor, postea scolae quoque successor, uocis obtusae sed pugnacissimae, cui Baros scurra rem uenustissimam dixit: centum raucorum uocem habes. Hic putauit se uarium colorem excogitasse pro patre: ego, inquit, dictaui: 'duplam dabo, si manus non praecideritis'. librario una syllaba excidit 'non' et scripsit 'si praecideritis'. digna res quae uoce illa diceretur. Artemon

2 insania mali **O**, *corr.* || philosophumenū **C** philosophie **STa** phisicum **Tb**, *corr. Burs.* || 4 antipophorā **O** || 6 cogit **C** || 7 es **O** || 8 occupat **CSTa** occupans **Tmg**, *corr. Schult. N. Madvig* || arcem *add. N. Faber*, *Schult.* || 9 dissimulasuit **A** *m. pr.* dissimulauit **BT** || uoluit *add. Haase* || * ait **O**, ita *n* ... iacere *N. Madvig* ut ... faceret *N. Faber* ut ... frangeret *Schult.* || eis **B** || 10 commendatiorem **S** || fratre **CTa** facere **Tb**, detrahere *Haase*, *ego* fratrem *Burs.* || redit **O**, *corr. Haase*, *Burs.* || 12 iste tandem **Tb** || 13 scripsisset **Tb** || 14 Albius **C** Alfius *Haase* || 17 εαεηcατε **CT** || MOCRINAYNEYEI **ATV** MOCRINAYEI **B** || OPEYAI **O** ¦ 18 Gorgonius **O** || 20 scura **B** || 21 uoce **A** || seuarrium **C** $\overset{e}{\text{s}}$uarium **Ta** uarium **STb** || 24 excidit˜ **A** || 25 Artenon **A**

dixit: *φιλότεκνε πάτερ, καὶ σοὶ τιμωρεῖν ἀποκνεῖ τίς;* ADAEVS dixit: *εἴδομεν ταχύπλουν σκάφος. καί τις τῶν ναυτῶν ἐν τούτῳ τῷ σκάφει πατήρ ἐστιν;* NICETES dixit: *διπλᾶ δώσω, ἂν ἀποκρούσητε τὰς χεῖρας. ἐζήτουν οἱ πειραταί· μή τι ἐτυράννησας; μή τι ἐμοίχευσας;*

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

Qui ter fortiter fecerit, militia uacet. Ter fortem pater in aciem quarto uolentem exire retinet; nolentem abdicat.

1 PORCI LATRONIS. Miserrimus pater iam non uiderem filium, nisi abdicarem. fortis plus quam legi aut patriae ⟨sat⟩ est tertio mihi non rediit, sed relatus est. quod patriae superest, patri uindico. Fugit me filius et quidem ad hostem. Quousque pauidus praeliorum nuntios expectabo? fili, mihi uacationem peto. CESTI PII. Abdico filium ut habeam. Non minus uacatio mea reipublicae profuit quam ‖ militia: duxi uxorem. Sic descendit in narrationem. tertio audiui uelut denuntiantes deos, faceret adulescens iam felicitatis suae finem. ego

1 φιλοτεrne πατεp **O** ‖ rαιcοι **CT** λιcοι **V** ‖ τιτmpειn **O** ‖ nαποrπcπc **BTV** nατιοrτιcτιc **A**, *corr. Haase* ‖ 2 Adeos **O** * donent αxειnοn **O** ‖ erαφοc **ATV** εκαφοc **B** ‖ rαιτιc **ATV** ‖ * τωn λnτιωn **CTaV** τωn αnτωn **Tb** ‖ εnεωyτωn **T** εnεωyτωι **V** εnεαyτcω **A** εnεωyτωι **B** ‖ πατnp **O** ‖ 4 pcτĩ **O** ‖ αιπααdωcω **T** αιπαλοωcω **A** λιπλλδωωc **B** ‖ * αποrοyntε **A** αποrοyhtε **BTV** ‖ 5 οιπεpαται **BTV** οmεpλτλι **A** ‖ mnτι **C** ‖ ειyραnnhcαc **O** ‖ 6 mnτι **O** ‖ cmοcxεcαc **B** cmοιxεycαc **A** cmοιcεcλc **TV**, *corr. Schult.* ‖ 8 malitia **A** ‖ ter fortiter agentem pater **T** ter fortiter pater **Va** ‖ 9 acie **TVb** ‖ 11 iserrimū **A** miserrimū **BTaV**; *an* ⟨o me⟩ miserrimum ? ‖ 12 Tortis **CTaV** ‖ lege **O** ‖ 13 * patris **C** ‖ sat *om.* **O** ‖ reddit **C** reditur **V** redditur **T**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 16 filii **CVa** ‖ 17 uocationem **Ta** ‖ 18 uocatio mea **Ta** uacationē a **A** uacatio nea **B** ‖ 19 Si **C** ‖ 20 deñtiantes **B**

aduocationem in unam pugnam petii: accidat, in-
quam, quidquid timeo, si illum amplius in aciem
dimisero; cum diis pactus sum. 'Non timeo', inquit.
hoc est cur timeam. Obicitur mihi quod me filius
oderit. Arelli Fvsci patris. O me filio pugnante
iam lassum! Magna omina sunt: nihil hoc putas, 2
quod uiri fortis pater timeat? Miserum me: iam
hosti nimis notus es, iam pro te nescio quid etiam
lex timet. miraris si quod legi satis est, patri ni-
mis est? 'Numquid luxuriam', inquit, 'obicis'? ego
uero te etiam hortari possum in uoluptates. quo-
usque duro castrorum iacebis cubiculo? quo-
usque somnum classico rumpes? quousque cruentus
uiues? simus hilares: trium uictoriarum uota sol-
uenda sunt. tot acies sustinuisti, tot uulnera; pos-
sum cum republica queri: sero dimitteris. Subinde
audio te dicentem: 'malo gloriam quam uitam';
hoc ergo me exanimat, quod mori tibi tam facile
est. Denique uno quiesce bello. Pompei Silonis. 3
Causa ⟨mihi⟩ abdicandi est, ne sine filio uiuam,
quem iamdiu non uiderem, nisi abdicarem. Abdicatio
mea in potestate abdicati est. Romani Hisponis.
Quid fatigante felicitatem molestius est? quid expectas
donec castris eiciaris? Mentonis. Erubescit respu-
blica tam cicatricoso milite uti. Non oportet tan-

1 uocationem **Tb** ‖ accidit **A** ‖ 3 inquat **Va** ‖ 4 et obicitur m. q. meum filium oderim *Schult.* ‖ 5 Ohe *Burs.* ‖ 6 lassus sum **CTaV** *Burs.* lassum **ETb** ‖ oma **CV** oia **T**, *corr. Gron.* ‖ 7 quid uir **C** quod uir **STaV** ‖ 8 hostis **TaVa** ‖ notus ē um **B** notus ē iam **AV** notus sum · iam **T**, *corr. Burs.* ‖ te *om.* **A** ‖ 9 leges **C** ‖ sacies **B** ‖ 9. 10 nimiē **Ba** ‖ 11 mortali possum **C** morari posco **TV**, *corr. Haase*, *Burs.*, *qui et* hortor in otium in uol. *coniecit.* ‖ uoluptares **A** ‖ 11. 12 *uerba* quousque ... cubiculo *om.* **A** ‖ 12 cubiculi **BVa** ‖ 13 classicorum res **C** classico rumpes **V** ‖ 14 bibes ? ‖ 18 examinat **B** ‖ 19 bellum **Ba** ‖ 20 causā **CVa** ‖ mihi *add.* **E** ‖ est reo sine **C** ‖ 21 tamdiu **O**, *corr. Haase*, *Burs.: an* amplius? ‖ 22 Hisponi **T** Hispani **CV** ‖ 23 fatigatae **O**, *corr. N. Madvig* ‖ felicitate **Ba** felicititati **ABbTV**, *corr. N. Madvig* ‖ molestus **T** ‖ es **TV** ‖ 25 cicatricuso milite **AVa** cicatricaso milite **T** cicatriso militate **B**

tam uirtutem sine successore concidere: ducenda uxor est; sed iam nunc te admoneo, ne unum tollas. Cornelii Hispani. Non ante te retinere coepi quam dimisit respublica. Nullum iam tibi uulnus nisi per cicatricem inprimi potest. adhuc diutius fuisti cum hoste quam apud patrem: domi tantum sanatus es. Ivnii ‖ Othonis patris. Optimus uirtutis finis est, antequam deficias desinere.

4 Ex altera parte. . . . . . Ter fortiter . . . ⟨certe⟩ pugnare abdicatis licet. Albvci Sili. Quis hic subitus insonuit tumultus? numquid imperator uocat? uenio. Plurimum in prima acie laboraui. Pudet me: ter uicti militant. Pvbli Asprenatis. Quousque, inquit, periclitaberis? Bene habet, iudices: pater me putat dignum esse qui saluus sim. Senator post sexagesimum et quintum annum in curiam uenire non cogitur: num uetatur? praetorio licet praetexta toga uti festis aut sollemnibus diebus: numquid necesse est? Quidquid aut praemii aut honoris nomine datur, in utramque partem licet; alioqui desinit praemium esse, cui necessitas iniungitur. Pareo illi patri qui gloria nos inmortales fieri dicebas, qui ex acie redeuntis uulnera osculabaris.
5 ad haec noua et diuersa imperia subito me circumagi putas posse? non ita est. ille in nos dominatur affectus qui animum primus intrauit. luxuria,

1 successori **TaVb** ‖ concedere **O**, *corr. Haase, N. Madvig* ‖ dicenda **Ba** ‖ 3 Hispanni **B** ‖ 5 ticatricem **B** ‖ 6 dū **O** ‖ sanatur **Ba** senatus **T** ‖ c̄ **C** ‖ 7 Otonis **O** ‖ 9 fortites **A** ‖ certe *add.* **E** ‖ 10 pugnant **Ta** pugnantem **STbVb**; ter fortiter pugnantem abdicas . certe pugnare *uolgo* ‖ filii **TaVb** fili **A** ‖ 10 subitos **C** ‖ 11 tumultis **C** ‖ 12 laboratur *Schult.* ‖ 13 militare **TaV** ‖ Pubi **CT** ‖ 14 pereditaberis **A** ‖ iud **CVa** ‖ 17 non uetatur **BTV** *om.* **A**, *corr. Schott* ‖ 18 pretextato cauti **C** ‖ togaga **Va** ‖ festis ut **C** ‖ 20 datus **TaVa** ‖ 21 desit **CVa** desiit **VbT** desinit **E** ‖ 21 iungitur **O**, *corr.* **E** ‖ 22 pareo tibi pater *Schult.* ‖ 23 *uerba* qui ex . . . osculabaris *om.* **A** ‖ 24 subicu.. **A** *m. pr.* ‖ 26 effectus **B**

auaritia, desidia, inpudicitia, timor non dediscuntur, et cotidie omnia haec aut castigantur aut puniuntur: tam etiam uitiorum tenaces sumus. Crede mihi, pater: non sum mei iuris, cum ille praelii clamor exortus est: inuadere hostes iubet, obstantis cuneos gladiis diducere; hic impetus, hic ardor animi domum tuam trinis hostium spoliis adornauit, huic supplicationes illas debes, propter hunc me etiam cum abdicas diligis. Non animus ⟨nunc, non⟩ mihi lingua constat; in alieno opere conprehensus sum; toga ipsa umeris non sedet. ad obsidendum ho- 6
stem, ad occupandum castris locum, ad intercipiendos hostium commeatus ire iusseris: ⟨otium imperas⟩ animo non ‖ otioso. Quotienscumque tumultus aliquis exortus est, in me ⟨omnium⟩ ciuium diriguntur oculi, meas spectant manus; et adhuc — uerum dicendum ⟨est⟩ — nihil patria debet mihi: numquam pugnaui nisi coactus. Credisne quicquam referre ubi simus, quem uitae cursum agamus? eadem pericula nos ubique circumstant et totidem ad mortem uiae sunt. interdum continuatus labor firmiores facit: saepe quod corroborauerat, desidia consumpsit. MARVLLI. Sine me aliquod meritum in patriam conferre: adhuc militia mea legis munus

1 disidia **A** ‖ * iutitia **B** iustitia **ATaV** iniustitia **Tb** ‖ 3 tam̃ **CTa** tam **VTb** ‖ 4 non summi iuris summi **C** ‖ cum ille **TVb** summi illi **Va** ille **C** ‖ 5 libet **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ abstantis **Ba** ‖ cū eo **AVa** cum ego **B** ‖ 6 deducere **CT** ‖ imputes **C** ‖ demum **C** ‖ 7 hostiliū **Va** ‖ hic **CTaV** ‖ 8 * debeo **O** ‖ hoc **O**, hunc *R. Wachsmuth* ‖ 9 deligis **C** ‖ * animus in lingua **O** ‖ 11 numeris **ATV** in umeris *O. Ribbeck* ‖ cedet **C** cedit **TbV** cedat **Ta**, *corr. Gruter* ‖ ad silendum **CVa** ‖ hospitem **CVa** ‖ 13 iusserit non animo (*om.* otium imperas *quae add.* **E**) **O**, iusseris: ⟨parebo⟩; otium *Schult.* ‖ 15 omnium *add.* **E** ‖ deriguntur **B** ‖ 16 me **CTaV** ‖ adhoc **CTaV** ‖ 17 est *add.* **E** ‖ minus quam **C** ‖ 18 credis nequiquam **O**, *corr. Schott* ‖ 19 referre tibi? scimus **O**, *corr. Schult.* ‖ agimus **T** agasus **Va** agas **C** ‖ 22 infirmiores ? ‖ 23 marilli **O** ‖ 24 conterere **CTaV** ‖ militia mealis **CVa** militia ·/. mea . aliis **TVb**, *corr.* **E**

est. Pugnabo et abdicatus, nec uerebor ne inutilis sit opera mea patriae. ⟨et⟩ Athenienses abdicato uicerunt duce. quantum inter me et illum interest? ille abdicationem uirtute deleuit, ego merui.

7 Divisio. Prima quaestio illa ab omnibus facta est uulgaris: an filius ob id quod sui iuris sit abdicari possit; deinde: an debeat. haec tota tractationis est. Graeci illam quaestionem primam solent temptare, quam Romanae aures non ferunt: an uir fortis abdicari possit. non uideo autem quid adlaturi sint, quare non possit. nam quod et uir fortis est et totiens [et uir fortis est] non plus iuris illi adfert, sed plus commendationis.

8 Colorem a parte patris quidam duriorem fecerunt; uoluerunt enim uideri inuisum filio patrem: itaque illum malle ⟨cum⟩ hostibus uiuere quam cum patre. Paene omnes: esse adulescentem insatiabilem gloriae, et propter ⟨id⟩ ipsum patri et moderandum et continendum. Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt et non disputauerunt hoc modo, quo Silo Pompeivs disputauit, qui sic diuisit, ut diceret: etiamsi patrem non haberes, desinere debebas; quia patrem habes, desinere debes, quia pa-
9 ter uetat; aut illo modo quo Gallio, qui sic diuisit hanc partem: hoc im||pero reipublicae ⟨causa⟩, tua causa, mea causa. sequentia duo uidetis quemadmodum potuerit implere: illud, reipublicae causa se imperasse sic tractauit: primum, ut pluribus iuueni-

1 ne utilis **O**, *corr. Schott* || 2 patri **O** || et *addidi* || 9 non fuerunt **A** || nam uir **C** || 10. 11 adlaturus **Ba** adlaturis s̄ **A** || 12 *uerba* et totiens et uir fortis est (et totiens fortiter egit **TV**) *om.* **B**, *emblema ex dittographia ortum deleui* || 13 illis **C** || 14 ad partem **CVa** || qui dicit **B** quiditer **A**, quidā **TV** || 16 male **T** || cum *om.* **CTaV** || 18 * sed **O** || id *add. Haase, Burs.* || 19 a patris **C** || 23 *uerba* quia . . . debes *om.* **B** || 24 facillo **C** facit illo **TV** aut *uel* nec illo *Gron.* || 25 imperio **A** || causa *om.* **O** || 26 uides **T** || 28 primum aut **B** || tribus **C**

bus pateat ad uirtutem aditus, non debere omnium occasionem fortiter faciendi ab uno occupari. deinde expedire reipublicae, non uideri ex uno pendere; futurum ut animi et hostium crescerent et suorum frangerentur, si casu ter fortis occidisset. ad ultimum, utile esse reipublicae ter fortem seruari, ut sit qui ostendatur iuuentuti; iam illum magis posse ornamentum esse quam praesidium. Illum sensum ueterem: 'iam pro uiro forti nescio quid etiam lex timet', hoc loco Gallio posuit: 'haec quoque', inquit, 'ter uiro forti aut diffidit aut consulit'. Ne 10
illam quidem secuti sunt tractationem qua usus est Blandvs, qui dixit: militia tibi superuacua est, inuidiosa est, periculosa est. superuacua est, quia non cogeris, immo uerecundia uetaris. gloriae causa aliquis militat: consecutus es gloriam; uacationis causa: consecutus es; praemii ⟨causa⟩: tria domi praemia sunt; et sic transiit, ut diceret inuidiosum esse unum hominem toties optare omnibus honores intercipere; quam periculosa res esset inuidia, quam magnos uiros oppressisset. hic exempla. Periculosam esse militiam, eodem loco collegit, quo ceteri; illud unum noui adiecit de lege, non posse iam illum fortiter facere, quia omnes illum hostes peterent: 'uidelicet ideo lex ter fortem dimisit; scit illum iam obseruari ab hoste'. His ergo omissis illi, qui 11
amantem patrem induxerunt, hoc genere egerunt:

1 deberem **C** ‖ omnem **Tb** *Haase* ‖ 3 uiderint **CTaV** uideritantum **Tb** ‖ 4 et anim et **C** et animae **Va** et animi **TaVb** ut et animi **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 7 iuuenitatuam **B** ‖ 9 forte **O** ‖ 10 Gallius **CTaV**, *corr. N. Faber* ‖ hoc **O**, haec *Schult.* lex **E** ‖ 11 inter **E** ‖ difidit **O** ‖ Nae **B** ‖ 14 periculo **A** ‖ 15 inimo **B** imo **T** ‖ uerecundiae **C** uerecunda **Va** uerecunda **TVb**, *corr. Schult.* ‖ 16 uocationis **Ta** ‖ 17 praemium tria **O**, *corr. Burs.* ‖ 18 transit **O** ‖ 19 * omnes **O** ‖ 20 periculosū **A** *m. pr.* ‖ 21 periculossam **T** periculā **Va** ‖ 22 eodem modo *N. Madvig* ‖ quod **O**, quo *Haase*, *Burs.* ‖ * certe **O**, ceteri *ego*, *N. Madvig* ‖ 23 non **O**, none *O. Iahn* noui *N. Madvig* ‖ 25 et adiecit **O**, uidelicet *Burs.* ‖ 26 missis **Va** ‖ 27 induxerant **ATV**

'non possum pati, non possum desiderium tui sustinere'. Hoc loco Aeschines ex nouis declamatoribus cum diceret: non me gloria cupidiorem tui fecit, non omnibus admiranda uirtus; confitebor, inquit, adfectus patris quos ut quisque uolet interpretetur: ‖ *οὔτως ἂν καὶ ἄτιμον ἐφίλουν.* uidebatur hic dum indulgentiam exprimit non seruasse dignitatem patris. Placebat autem Latroni potius ratione retinere patrem quam adfectu, cum in ratione
12 habeat aliquem locum et adfectus. Asprenas colorem secutus est longe alium; dixit enim, se non negare reipublicae uiri fortis operas, sed ad necessarios casus reseruare. si magnum aliquod bellum inciderit, tunc et ueteranos uocari ad arma. et illa sententia eius hoc loco ualde laudata est: 'nunc illi militent quibus necesse est; tu militabis, si erit necesse'. Sic uenisse populum Romanum ad Scipionem Aemilianum, cum maius bellum Numantianum apparuisset quam quod sustinere alii duces possent; magnum interuallum inter Carthaginem et Numantiam Scipioni datum. sic ad Pompeium, cum piratae maria clausissent. magna praesidia non esse consumenda. Hoc loco Asprenas de lege dixit et ipse sententiam: uidelicet ad hos casus lex ter for-
13 tem seposuit. A parte filii colorem induxerunt quidam, ut illum cupidum gloriae et bellicosum facerent. Nicetes quidem hoc usus est uerbo: *παραστήσομεν αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἀρειμάνιον*, et sic egit, ut quereretur quod cessarent manus suae, quod

1 desiderii **TaV** ‖ 2 bonis **O**, *corr. N. Faber* ‖ 5 quod ut **Ta** ‖ 6 OYTAC **A** ‖ KAIATIAON **AVT** KAITIAON **B**, *καὶ δειλὸν Burs.* ‖ 9 retineri **O**, *corr. Schult.* ‖ 10 aspectus **O** ‖ 11 si **Va** ‖ 12 operam ? ‖ se ad **A** ‖ 13 seruare **T** ‖ 14 *incidit **CVa** incidat **TVb** ‖ 15 uualde **A** ‖ 15.16 illū litent **A** ‖ 17 cipionem **T** ‖ 18 * numantarum **A** numantiarum **BTaV** numantinum **Tb** ‖ 20 charginem **A** ‖ 23 ut ipse **CTaV** ‖ 24 atos **A** ados **Va** ‖ 25 duxerunt **A** ‖ 27 quidam **A** *m. pr.* ‖ 28 AIKAICTAIC **C** AIKAIC **V** NKAIC **T** ‖ APITMANIO **O** ‖ 29 egit e ut **B**

inermes essent. LATRONI non placebat hic color: malebat adulescentem iudicio quam morbo militare. hoc est, inquit, quod pater efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis gloriam, temerarium, sanguinarium, quem nec pater possit retinere nec
lex dimittere. Quidam pacti sunt cum patre, tam- 14
quam MENTO qui dixit, semel tantum militare se uelle, ut aliquid uideretur reipublicae supra legem praestitisse. Quidam perpetuam denuntiauerunt militiam: quamdiu uires fuissent, non defuturum reipublicae ‖ uirum fortem. non probabat hunc colorem LATRO; negabat patri abscidendam spem filii in perpetuum. VIBIVS RVFVS hoc colore egit quo Mento, sed illud adiecit: peruenire ad se uoces inuidentium illas: 'numquid amplius pugnauit quam dum necesse illi fuit'? quidam hoc quoque compositum et simulatum inter nos putauerunt, ut ego
militare uellem, tu uetares. LATRO uehementer egit 15
a parte patris et adiecit: abdicato quoque non permittam exire, iniciam manus, tenebo, nouissime ante limen exeuntis cadauer hoc sternam: ut ad hostem peruenias, patrem calca. Putabat PLANCVS, summus amator Latronis, hunc sensum a Latrone fortius dictum, a LESBOCLE Graeco tenerius, qui dixit: † sic *κείσομαι ὡς τεῖχος· τάφρον ὑπέρβηθι καὶ πατέρα.* FVSCVS ARELLIVS religione patrem induxit ⟨et⟩ ominibus territum; aiebat praeceptorem suum in hac controuersia describentem pericula futuri proelii ab hoc Homeri uersu incepisse: *Δαιμόνιε,* [Iliad Z. 407.]

1 esset **Ba** ‖ placebant **C** ‖ 3 quid **C** ‖ 4 glomenarium **A** glomerarium **BTV**, *corr. N. Faber* ‖ 8 resp. **O** ‖ 9 restitisse **C** ‖ 11 uirum *om.* **CVa** ‖ 13 quod **CTaV** ‖ 14 adicit **O** ‖ 15 illis **Ta** ‖ 17 utauerunt **C** ‖ 18 ueteres **AVa** ‖ 21 lumen exentis **A** ‖ strenam **A** ‖ 23 declamator **TV** ‖ 24 ma lesbocle **BVTa** ma lesbode **A** ‖ 25 sič **B** sicut **Aa**, *ἴθι O. Ribb.* ‖ τειχωc **O** ‖ ΥΙΤΕΡΒΗΘΙ **O** ‖ 26 ΙΤΑΤΕΡΑ **O** ‖ religio **CTaV** religiose **Tb**, *corr. Schult.* ‖ 27 et *add. Schult.* ‖ omnibus **C** hominibus **TaV** ‖ 29 proeliis **A** ‖ ob hoc **O**, *corr. W. Müller* ‖ uersus edisse **C** uersus edidisse **TV**, *corr. W. Müller*

*φθίσει σε τὸ σὸν μένος.* GLYCON dixit: *ὄψεσθε πῶς θανάτου καταφρονῶ τούτου πατρίδι.* DIOCLES CARYSTIVS dixit: *ἂν ἐπιτύχῃς, μίαν προσθήσεις ἀριστείαν· ἂν δ' ἀποτύχῃς, τρεῖς ἀριστείας ἀπολέσεις.* 16 GLYCON dixit: *οὐκ ἔστιν εὐκανονιστὸν ὑπὸ κλαίοντος προπέμπεσθαι.* AESCHINES, non ille orator — tunc enim non declamandi studium erat — sed hic ex declamatoribus nouis dixit, cum denuntiaret filio periculum et praesagiis tangi se diceret: *ἔστιν ἡ πατρός που ψυχὴ μαντικώτατον.* DIOCLES CARYSTIVS dixit sententiam quae non in declamatione tantum posset placere, sed etiam in solidiore aliquo scripti genere, cum de fortunae uarietate locum diceret: *μία γάρ ἐστιν πρὸς τύχην ἀσφάλεια τὸ μὴ πολλά‖κις αὐτὴν πειρᾶσαι.* DORION dixit rem paulo quidem elatiorem quam pressa et ciuilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris adfectus exprimeret: *τίς ἐπιθυμία, τέκνον, ἡμαγμένα πιεῖν, ἡμαγμένα φαγεῖν; φοβοῦμαι μή που παράταξις, μή*

1 ΦΘΙCΙ **A** ΦΘΙΕΙ **BTV** ‖ Glycoc **A** ‖ ΟΦΕCΟΕ **BV** ΟΥΕCΟΕ **A** ΟΥΕCΘΕ **T**, *corr. Burs.* ‖ 2 ΤΟΥΤΟΥ ΤΙΑΤΡΙΜΙ **ATV** ΤΟΥΓΙΑΤΡΙΜΙ **B**, *τῇ πατρίδι Burs.* ‖ 3 aristius **C** ‖ ΕΠΙΤΥΛΗCΜΑΙΝ **CV** ΕΠΙΤΥΑΗCΜΝΗ **T** ‖ ΠΡΟCΕΝCΕΙΤ **O** ‖ 4 ΑΡΙCΤΗΑΝ **CVb** ΑΡΙΤΤΗΑΝ **TVa** ‖ ΑΝΛ **O** ‖ *τρεῖς*] ΙΡΠC **O** ‖ 5 ΕΥΙCΑΝΟΝΙCΤΟΝ **O**, *corr. Haase*, *εὐδαιμονιστὸν N. Madvig* ‖ 6 ΥΠΟΚΜCΟΝΤΟC **O**, *corr. Haase* ‖ ΠΡΟΠΕΜΓCΟΛΙ **B** ΠΡΟΠΕΜΓΙCΟΜ **ATV**, *corr. Burs.* ‖ aecines **O** ‖ *uerba* non ille . . . sed hic *delenda censuit Haase* ‖ 7 nondum *W. Müller* ‖ stidium **A** ‖ 8 nobis **O** ‖ 9 operaculum **A** opericulum **B** prericulum **V** ‖ si **Ta** ‖ 10 ΕCΙΝ **AT** ‖ ΤΙΗ (ΤΗ- **AV** ΠΗ- **T**) ΑΤΗΡΙC **O** ‖ ΤΟΥ **CVa** ‖ ΤΥΧΗΜ **O** ‖ ΜΑΝΤΙΧωΤΑΤΟΝ **O** ‖ 11 quem **Ta** ‖ Caritius **AV** ‖ 12 posse **C** ‖ 14 ΤΑΡ **CV** ‖ ΑCΦΑΧΙΑ ΤΟ ΜΠΤΟΛΛΤΑΚΛΙCΑΤΝΝ **O**, *corr. Burs.* ‖ 15 ΠΕΙΡΑCΑΤ **A** ‖ 17 q; **A** ‖ 18 extimeret **CVa** ‖ ΤΙCΕΠΙΟΥΜΙΛ **CV** ΤΙCΕΙΠΙΟΥΜΑΥ **T** ‖ ΗΝΑΓΜΕΝΑ **BTV** ΝΝΑΤΜΕΝΑ **A** ‖ ΠΕΙΝ **BV** ΤΙΕΙΝ **A**, *ποιεῖν Haase* ‖ ΙΙΜΑΓΜΝΝΧ **B** ΗΜΑΤΜΕΝΧ **ATV** ‖ * ΦΤΕΙΝ **O**, *παθεῖν Haase* ‖ ΦΟΒΟΥΗΛΔΙ **BV** ΦΟΒΟΥΝΛΔΙ **A** ΦΟΒΟΥΗΑΑΥ **T** ‖ ΓΙΟΥ **B** ΤΙΟΝ **AVT** ‖ Η(Ν **A**)ΛΡΑΤΛΞΙC **O** ‖ ΝΗ ΓΙΟΥ **C** ΝΗCΙΟΥ· ΛΕΤΜΟC **O**, *corr. Burs.*, *ἐλελιγμὸς O. Iahn*, *λοιμὸς Haase*

που δεσμὸς, μή που παρασκευή. φοβοῦμαι περὶ τῆς οἰκουμένης. τί, τέκνον, ἐρυθριᾷς;

1 ΜΗΙΤΟΤ O ‖ ΠΑΡΤΚΕΤΗ O, *corr. O. Iahn*, πῦρ σκήπτῃ *Haase* ‖ ΤΙΕΡΙ O ‖ 2 ΟΙΚΟΥΜΕΝΕ O ‖ ΤΝΤΚΝΟΝ O ‖ ΘΡΥΑΣ **BV** ΕΡΥΑΣ **A** ἐρυθριᾷς *Burs.*, Ἐρινύας *Haase*, ἐφρυάσσου *C. Keil. Subscriptio haec est in codicibus:* ·.·Y·.· ⟨L·ANNEI SENECAE⟩ ORATOR ·,· ET RETOR ·,· LIBER II EXPLICIT FELICITER INCIPIT LIBER III· LEGE ET STVDE. **C**, *nisi quod in* **B** *uncinis inclusa omittuntur.* ANNEI ·ÿ· SENECE orator et retor lib II Explicit feliciter **TVa**; **Vb** *add.* lege et stude.

# [EXCERPTA CONTROVERSIARVM. LIBER PRIMVS.]

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### PATRVVS ABDICANS.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Duo fratres inter se dissidebant; alteri filius erat. patruus in egestatem incidit; patre uetante adolescens illum aluit; ob hoc abdicatus tacuit. adoptatus a patruo est. patruus accepta hereditate locuples factus est. egere coepit pater: uetante patruo alit illum adolescens. abdicatur. contradicit.

Eo iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea sola domo poneret, in qua habebat abdicatum et inimicum. Ipse, inquit, me ali uetuit. Imitationem alienae culpae innocentiam uocas? Omnis instabilis et incerta felicitas est. Quis crederet iacentem supra crepidinem Marium aut fuisse consulem aut futurum? Quid non timen-

1 HIC IAM INCIPIT SENECA DECEM RETORṼ FELICITER **M** *post hanc inscriptionem sequitur praefatio libri primi* (*supra p.* 46—56) ‖ 3 *Inscr. om.* **M** *et sic ubique* ‖ 4 *in* **M** *ubique ante legem man.* 2 *ascripsit:* Lex, *ante thema:* Thema. ‖ 11 ait **Ma** ‖ C∂ **M**

dum felicibus putas? quid desperandum infelicibus? ‖ Ne circa plura instabilis fortunae exempla te mittam, uide quis alimenta rogetur et quis roget. Non sum hospes grauis: unum senem adduco. Hoc tibi uitio, pater, placui. Perierat totus orbis, nisi iram finiret misericordia. Iactatus inter duos patres, utriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus. Illud tamen, pater, deos testor: diuitem te relinquo. Circumibo, pater, aliena tecum limina; ostendam omnibus et me qui alimenta dedi et te qui negasti. Abdicari non possum ob id quod feci lege cogente. Quid si flere me uetes cum uidi hominem calamitosum? Non sunt affectus nostri in nostra potestate. Quaedam iura non scripta, sed scriptis omnibus certiora sunt.

Pars altera. Crescere ex mea proposuit inuidia homo, qui se melius iactare potest quam defendere. Iustus meus metus est ne heredem ingratum scribam, inimicum relinquam. Etiamsi tu non odisti eum qui mihi fecit iniuriam, ego odi eum qui fecit tibi. Desinit esse filius qui non tantum abdicatus, sed et ab alio adoptatus est. Audite quam ualde eguerim: fratrem rogaui. Quis es tu qui de facto patrum sententiam feras? ad te arbitrum odia nostra non mittimus; iudices habemus deos.

Extra controuersiam dicta. ALFIVS FLAVVS praetextatus apud CESTIVM controuersias declamabat. semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam; in puero lenocinium erat ingenii aetas. ‖

1 disperandum **M** ‖ 2 Nec **M** ‖ 4 aduoco **M** adu$\overset{o}{,}$co **P** ‖ 28 eius *om.* **M** ‖ 29 puero eloquentia inp lenotiniū **M** (inp *del. m. pr.*)

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### SACERDOS PROSTITVTA.

Sacerdos casta e castis, pura e puris sit. Quaedam uirgo a piratis capta ueniit; emta a lenone et prostituta est. uenientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se uenerat, cum exorare non posset, conluctantem et uim inferre uolentem occidit. accusata et absoluta et remissa ad suos est. petit sacerdotium. contradicitur.

Sacerdos uestra adhuc in lupanari uiueret, nisi hominem occidisset. Quid mihi sacerdotem cuius precaria est castitas? Id enim deerat ut eas templa recipiant, quas aut carcer aut lupanar eiecit. Indignam te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. 'Fortuna pati coegit et misereri debent omnes mei'. At nos non facimus miserandas sacerdotes, nec est apud nos maximus honor ultimorum malorum solatium. Ita domi custodita est, ut rapi posset; ita cara fuit suis, ut rapta non redimeretur; ita raptae pepercere piratae, ut lenoni uenderent; sic emit leno, ut prostitueret; sic uenientes deprecata est, ut ferro opus esset. Mouet me respectus omnium uirginum, si in ciuitate nulla inueniri potuit neque meretrice castior neque homicida purior. Nulla est satis pudica de qua quaeritur. Omnes, inquit, exoraui. Si quis dubitabat an meretrix esset, audiat quam blanda sit. Putemus tres sacerdotium petere, unam quae capta sit, alteram quae prostiterit, tertiam quae hominem occiderit: omnibus nego.

Pars altera. Voluerunt dii esse miraculo in

3 casta c̄ castis pura c̄ puris **M**, *sed utroque loco* c̄ *in rasura: fuisse uidetur* ē ‖ quo mihi *W. Müller* ‖ 13 carcera **M** ‖ 19 possed **Ma**

captiua libertatem, in prostituta pudicitiam, in homicida innocentiam. Narrate sane omnes tamquam ad prostitutam uenisse, dum tamquam a sacerdote discesserint. Quam pudica sit, miles ostendit; quam innocens, iudex; quam felix, reditus. Inter tot pericula dii non seruassent, nisi sibi seruaturi fuissent. Totum populus ad seruandam pudicitiam contulit quicquid ad uiolandam adtulerat. Dicat diis pudicitiam quibus debet.

Extra. Longe recedendum est ab omni obscoenitate et uerborum et sensuum. quaedam satius est causae detrimento tacere quam uerecundiae dicere.

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### INCESTA DE SAXO.

Incesta saxo deiciatur. Incesti damnata antequam deiceretur Vestam inuocauit; deiecta uixit. repetitur ad poenam.

Id enim deerat ut modestior in saxo esset quam in sacrario fuerat. Dubitari potest quin usque deicienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est? Patrocinium suum putat pereundi infelicitatem. Quid, inportuna mulier, precer, nisi ut ne bis quidem deiecta pereas? Exponam cum quo stuprum uel quando commiserit? quia probaui ista, damnastis. Non putas legem cauisse ut perires, quae cauit quemadmodum perires? Male de diis aestimas si sacerdoti suae tam sero succurrunt. Ita dii damnatam maluerunt absoluere quam sacerdotem?

Pars altera. Damnata deiecta est, absoluta de-

5 pericla **M** || 7 puditiitiam **M** || 12 uer•$^{e}$cund••e **M** || 18 **Mb** *ascr.* declamatio *et sic in omnibus fere quae sequuntur controuersiis* || 19 non potest **Mb** || 20 denec **M** || 23 pareas **Ma**

scendit. Putares puellam non deici sed demitti. Lex sacerdotem non || ad saxum usque differret, nisi sententiam exspectaret deorum. Erat altitudo montis etiam secure despicientibus horrenda.

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### FORTIS SINE MANIBVS.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit. Liceat adulterium in matre et filio uindicare. Vir fortis in bello manus perdidit. deprehendit adulterum cum uxore de qua filium adolescentem habebat; imperauit filio, ut occideret. non occidit; adulter effugit. abdicat filium. contradicit.

Solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros nec occidi. Quis non putet aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus? Conceptus est iste — ex quo, sciemus cum adulteros deprehendero. Tunc primum sensi me manus perdidisse. In bello meas, domi etiam filii manus perdidi. tam frustra ad filium quam ad gladium cucurri. In bella non uenit et ante patriae quam patri negauit manus. Vsque eo pugnauit pro uobis, ut pro se non posset. Adolescens, quos dimisisti sequere. Non potui, inquit, matrem occidere. quo sis excusatior, adice et patrem.

Pars altera. Alterum putaui parricidium matrem coram patre occidere. Non semper scelera nostri iuris sunt et truces quoque animos miseri-

2 differet **Ma**, defferret **Mb** || 9 im matre **M** || 13 ∂C **M** CD **P** || 15 demissi **Ma** || 18 deprehendi **M** (*sed* di *in ras.*) || 24 dimissisti **M** || potuiṭ **M** || 29 et *om.* **M** *cum ras. ante* truces

cors natura debilitat. In tam inopinati flagitii spectaculo toto corpore stupui. Pater, tibi || manus defuerunt, mihi omnia. Priusquam in mei memoriam reuerterer, exierunt. Maius erat scelus quod imperabas quam quod deprehenderas. Si quid exegeris maius uiribus meis, dicam: ignosce, non possum; ignoscit filio pater nauigationem recusanti, si non ferat mare, ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamuis pater ipse militaris sit. Ipsam legem recita: 'liceat marito, liceat et filio'. quare tam multos nominat, nisi quod putat esse aliquos qui non possint? Exierunt adulteri inter patrem debilem et filium stupentem.

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### RAPTOR DVARVM.

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. Vna nocte quidam duas rapuit. altera mortem optat, altera nuptias.

Stupro accusatur, stupro defenditur; cum altera rapta litigat, alteram aduocat. Vindicate, patres; fortior publicae disciplinae seueritas surgat; iam binae rapiuntur. Coit populus uelut publico metu territus et uix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriae rapuit, alteram patrocinio. Perieras iam, raptor, nisi bis perire meruisses. Si te ante rapuisset et nuptias optasses, deinde hanc uitiasset antequam nuberes, negares illum iubente rapta debere mori? Nihil amplius raptori praestare potes quam ne tua lege pereat; contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptori praestas ut illum

5 imperabis **M** *m. pr.* || 17 quidem **M** || 19 accusator **M** 23 Alterum **M** alterum **M** || 24 *m. pr.* || 26 obtasses **M** || 27 iuuentem **M** (*in rasura*)

ipsa non occidas; non potes praestare ne quis occidat.

Pars altera. Inter pares sententias mitior uincat. Refer || Virginiam, dic Lucretiam: plures tamen Sabinae sunt. Contumeliosum mihi erit te dignam uideri in cuius honorem homo occidatur, me dignam non uideri in cuius honorem seruetur.

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### ARCHIPIRATAE FILIA.

Captus a piratis scripsit de redemptione; non redimebatur. archipiratae filia iurare eum coegit ut duceret se uxorem, si dimissus esset. iurauit. relicto patre secuta est adolescentem. duxit illam; orba incidit; pater imperat ut archipiratae filiam dimittat et orbam ducat. nolentem abdicat.

Bonae spei uxor, bonae spei nurus, quae amare potest et captiuum, odisse uel patrem. In carcere, inquit, ac tenebris iacebam. narra, obsecro, soceri beneficia. Puella non misericordia mota, sed libidine.

Pars altera. Eo me loco non deseruit, in quem uenire etiam pater timuit. Vidisses membra uinculis pressa, macie retractos introrsus oculos, attritas catenis et inutiles manus: talem quis amare nisi misericors potest? In tot consulatibus Marius nihil habet clarius quam se auctorem. Pompeium si hereditariae extulissent imagines, nemo Magnum

1 nū occidas. num potes **M** || 6 honoram **M** *m. pr.* || 14 imperabat **M** || 15 dimittit **M** *m. pr.* || 17. 18 * quae amare potest · · (*ras.*) captiuum odisse · · · (*ras.*) patrem **M** *m. pr.* quae uel amare potest captiuum uel odisse patrem **Mb** *corr. Bursian* || 25 ni **M** *m. pr.* || 27 sibi **M** *m. pr.* nisi **Mb**

dixisset. Seruium regem tulit Roma. Quid tibi uidentur illi ab aratro qui paupertate sua beatam fecere rempublicam? Non possumus una felices esse: quod solemus, una infelices erimus. ||

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

### A PIRATIS TYRANNICIDA DIMISSVS.

Liberi parentes alant aut uinciantur. Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehensum deprecante patre interfecit. a piratis captus scripsit patri de redemptione; pater piratis epistolam misit: si praecidissent illi manus, duplam pecuniam se daturum. piratae illum dimiserunt. pater in egestatem incidit, petit alimenta. negantem uult in uincla ducere. contradicit.

'Si praecideritis': si irasceris, scribe potius: 'si occideritis'. Tyrannicida exitum tyranni rogo. non timeo ne quas manus piratae soluerunt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas. quaerite nunc quomodo tyranni fiant. 'Duplam dabo': apparet, pro unico filio rogat; 'duplam dabo': alteram pro filio, alteram pro tyrannicida; 'si manus praecideritis': hoc nec adultero fecimus nec tyranno. Etiamnunc manus meas petis? Nega tuam esse epistolam; et habes argumentum: dic: ego rogare etiam pro adultero soleo. Remiserunt me reipublicae cum manibus, patri cum epistolis. Hoc nostro seculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis solutus a piratis, alligatus a patre. Eius crudelitatis emtor cuius nec pirata uenditor. 'Duplam dabo': quid necesse est?

1 seruu͗m M || Quit M *m. pr.* || 17 tyrannida M *m. pr.* || 29 cre̖dulitatis M || 30 uenditu̖r M

potui uilius solui. ‘ut praecidatis manus’: obstipuere praedones et: indica, inquiunt, patri, non omnia piratas uendere. Qualem optem patrem nescio: diues debilitat, egens alligat; neutrum manibus meis expedit. Vbi est patrimonium quo tyrannos instruis, quo adulteros facis?

Pars altera. Suscepi tria prodigia inter se et me furentia: unum qui patriam posset opprimere, alium qui fratrem || uiolare, alium qui patrem. Lex haec scripta est pro malis patribus; nam boni etiam sine lege aluntur. Sciebam piratas non facturos nisi pecuniam accepissent; et si sperassent, utique praecidissent. Non ira illa patris, sed calliditas fuit: unde redimeren non habebam, rogare in tam auara ciuitate neminem poteram, in qua ne filii quidem patres alunt; usus consilio sum sciens piratas non crudeles ⟨esse⟩, sed auaros: feci ut desperarent posse redimi. an prudenter cogitauerim nescio; interim feliciter cogitaui. Excussa mens est ex quo uidi unum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio, relictus solus, orbus, senex; qui color adprobandus est impetu; magna enim ui opus est, ut aliquis accusando se miserabilem faciat. Sparsvm memini hominem inter scolasticos sanum, inter sanos scolasticum.

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

### TER FORTIS.

Qui ter fortiter fecerit, militia uacet. Ter fortem pater in aciem quarto uolentem exire retinet; nolentem abdicat.

1 obstipuere (v *above* i) **M** || 6 quod **M** || 14 redemerem **M** *m. pr.* || 15 nec **Mb** || 17 esse *addidi ex Seneca* || 19 Exclusa **M** || 21 *Ante* relictus *in* **M** *fuit* Extra, *sed del.* **Mb** || 21 qui color **M** *m. pr.* extra hic color **Mb** || 25 insanum inter insanos **M** || 28. 29 pater fortem **M** || 29 acie **M**

Quod patriae superest patri uindico. O me filio pugnante iam lassum! Iam pro te nescio quid etiam lex timet. Miraris si quod legi satis est, patri nimis est? Causa mihi abdicandi est ne sine filio uiuam. Abdicatio mea in potestate abdicati est. Optimus uirtutis finis est antequam deficias desinere. Lex quoque in ter uiro forti aut diffidit aut consulit.

Pars altera. Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, ter uicti militant. Senator post sexagesimum et quintum ‖ annum in curiam uenire non cogitur nec uetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utramque partem licet; alioqui desinit praemium esse cui necessitas iniungitur. Otium imperas animo non otioso. Tumultus exortus est; in me omnium ciuium diriguntur oculi et adhuc, uerum dicendum est, nihil mihi patria debet: numquam pugnaui nisi coactus. adhuc militia mea legis munus est. Athenienses abdicato uicerunt duce. Quantum interest! ille abdicationem uirtute deleuit, ego merui. ‖

6 uirtutibus **M** ‖ 11 curia **M** ‖ 12 uetetur **M** *m. pr.* ‖ 13 alioquin **Mb**

## ⟨ANNAEI SENECAE ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE DIVISIONES COLORES CONTROVERSIARVM. LIBER II.⟩

---

Seneca Nouato, Senecae, Melae filiis salutem.

1 Cum repeterem quos umquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios Fabianus philosophus, qui adulescens admodum tantae opinionis in declamando quantae postea in disputando fuit. Exercebatur aput Arellium Fuscum cuius genus dicendi imitatus plus deinde laboris impendit ut similitudinem eius effugeret, quam impenderat ut exprimeret. Erat explicatio Fusci Arelli splendida quidem sed operosa et implicata, cultus nimis adquisitus, conpositio uerborum mollior quam ut illam tam sanctis fortibusque praeceptis praeparans se animus pati posset; summa inaequalitas orationis, quae modo exilis erat, modo nimia licentia uaga et effusa: principia, argumenta, narrationes aride dicebantur, in descriptionibus extra legem omnibus uerbis, || dummodo niterent, permissa libertas; nihil acre, nihil solidum, nihil horridum; splendida oratio et

2 magis lasciua quam laeta. Ab hac cito se Fabianus

*Hanc praefationem soli excerptorum codices seruarunt.* || 4 malae **M** (*in margine* m.2: hic insunt NCIII et contrarie octo) || 13 nimius ac quaesitus *Haase* || 14 illam *om.* **P** || 22 Ab accito **M** *m. pr.*

separauit et luxuriam quidem cum uoluit abiecit, obscuritatem non potuit euadere; haec illum usque in philosophiam prosecuta est. saepe minus quam audienti satis est eloquitur, et in summa eius ac simplicissima facultate dicendi antiquorum tamen uitiorum remanent uestigia. quaedam tam subito desinunt, ut non breuia sint, sed abrupta. Dicebat autem Fabianus fere dulces sententias et quotiens inciderat aliqua materia quae conuitium seculi reciperet, inspirabat magno magis quam acri animo. Deerat illi oratorium robur et ille pugnatorius mucro, splendor uero uelut uoluntarius non elaboratae orationi aderat. Vultus dicentis lenis et pro tranquillitate morum remissus; uocis nulla contentio, nulla corporis adseueratio, cum uerba uelut iniussa fluerent. Iam uidelicet conpositus et pacatus animus, cum ueros conpressisset affectus et iram doloremque procul expulisset, parum bene imitari poterat quae effugerat. suasoriis aptior erat; loco- 3
rum habitus fluminumque decursus et urbium situs moresque populorum nemo descripsit abundantius. numquam inopia uerbi substitit, sed uelocissimo ac facillimo cursu omnes res beata circumfluebat oratio. Haec eo libentius, Mela, fili carissime, refero, quia uideo animum tuum a ciuilibus officiis abhorrentem et ab omni ambitu auersum hoc unum concupiscentem, nihil concupiscere. [ut] eloquentiae tantum || studeas: facilis ab hac in omnes artes discursus est; instruit etiam quos non sibi exercet. nec est quod insidias tibi putes fieri, quasi id agam, ut te bene cedentis studii fauor teneat. Ego uero non sum bonae mentis impedimentum: perge quo inclinat animus et paterno contentus ordine subduc

9 * incidebat **O** || 11 pugnatoris **M** || 15 *ante* adseueratio *rasura in* **M** || 16 *post* conpositus *rasura in* **M** *post quam scriptum fuit* animus, *sed del. m. pr.* || 26 *uerba* concupiscentem nihil *del. H. Müller* || 27 *distinxit N. Madvig* || ut *del. Madvig* tamen studeas *O. Iahn* || 28 excursus *Schult.* || 31 labor **O**, fauor *N. Madvig* || terreat *Schult.* || 32 inquinat **Ma**

4 fortunae magnam tui partem. Erat quidem tibi maius ingenium quam fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum: est et hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate eius, ut illo male utaris. sed quoniam fratribus tuis ambitiosa curae sunt, foroque se et honoribus parant, in quibus ipsa quae sperantur timenda sunt, ego quoque eius alioqui processus auidus et hortator laudatorque uel periculosae dum honestae modo industriae duobus filiis nauigantibus te in portu retineo. Sed proderit tibi in illa quae tota mente agitas declamandi exercitatio, sicut Fabiano profuit: qui ⟨ut⟩ aliquando Sextium audiret, nihilominus declamitabat et tam diligenter, ut putares illum illi studio parari, non per illud alteri prae-
5 parari. Habuit et Blandum rhetorem praeceptorem qui ⟨primus⟩ eques Romanus Romae docuit: ante illum intra libertinos praeceptores pulcherrimae disciplinae continebantur, et minime probabili more turpe erat docere quod honestum erat discere. nam primus omnium Latinus rhetor Romae fuit puero Cicerone Plotius. Aput Blandum diutius quam aput Fuscum Arellium studuit, sed cum iam transfugisset, eo tempore quo eloquentiae studebat non eloquentiae causa. Scio futurum, ut auditis eius sententiis cupiatis multas audire. sed nec ille diu declamationibus uacauit et ego tanto minorem natu quam ipse eram || audiebam quotiens inciderat, non quotiens uolueram. in hunc ergo libellum quaecumque ab illo dicta teneo conferam.

13 ut **P** *om.* **M** || 17 primus *add. Haase* || 20 torpe **M** *m. pr.* || 27 uocabit **Ma** uacabit **Mb**, *corr. N. Madvig* || multo **MbP** || *in* **M** *fuit* minorē, *sed* ē *erasa* || 28 erat **M**, *corr. Gron.* || 29 ego **M** || 30 ducta **M**

## <CONTROVERSIA I.>

Diues tres filios abdicauit. petit a paupere unicum filium in adoptionem. pauper dare uult; nolentem ire abdicat.

1 Porci Latronis. Hancne meam esse fortunam? eodem tempore et abdicor et adoptor. Ista uidelicet domus adulescentem me non capit, quae te senem fecit. Quietiora tempora pauperes habuimus; bella ciuilia aurato Capitolio gessimus. Diuitias putas aurum et argentum, ludibria fortunae, quae interim cum ipsis dominis ueneunt? denuntio tibi, diues: etiamsi uenero dabo operam, quod in tua domo facillimum est, ut abdicer. Etiamsi multa contra expectationem accidunt, numquam tamen futurum putaui, ut aut pater meus liberos odisset aut diues concupisceret. Non desidero patrimonium: fragilis et caduca felicitas est, et omnis blandientis fortunae speciosus cum periculo nitor: et sine causa saepe fouit et sine ratione destituit. Vidi ego magni exercitus ducem sine comite fugientem; uidi ambitiosā turbā clientium limina deserta sub domino sectore uenalia. nam quid ex summis opibus ad egestatem deuolutos loquar? multa tibi succurrent exempla, etiamsi in una domo quaeras. 2 Rvfi Vibii. Habendos esse liberos is quoque iudicat, qui non libentissime habet. Ego illos in friuola inuitaui nostra: qui illis meam promisi domum, suam eripiam? Quid faciam? si paruero abdicabor, si

1 *inscriptionem et thema usque ad* hanccine *u.* 5 *om.* **Ta** *in lacuna* 4 *uersuum* ‖ Omissa praefatione et (*om.* **B**) epistula controuersia haec est **CV** ‖ 3 adoptione **B** ‖ 5 Latroni **B** ‖ hanccine **T** ‖ meam ipse **CTa** ‖ 6 aboptor **A** ‖ 7 adulescente **C** ‖ 11 inter iocum **CTb** inter locum **Ta**, *corr. Duker in Flor. ind. s. v.* interim ‖ ueniunt **O**, *corr. Duker* ‖ 16 dius **A** ‖ 18 nitor est: sine *Schult.* ‖ 19 fluit **O**, fouit *Bentley ad Lucan.* II 727 ‖ rationē **A** ‖ 20 uibi **A** ‖ 22 rectore **O**, *corr. Gron.* ‖ 26 habent **C** ‖ fribola **O** ‖ 27 p̄misi **A** ‖ 28 abdicabo? *an* ablega-

non paruero || abdicabor. Patrem amo: haec est contumacia mea. diues filium non habet: me dabis? diues reduxerit suos: me recipies? ita non
3 adoptari sed commodari recuso. Cesti Pii. Accipe uitae meae testem, quod magni aestimas, diuitem cui placere difficile est. Vultis scire, quare patrem non relinquam? quia genuit me, quia educauit, quia abdicauit. Diu dubitaui ille amicum temptaret, an hic filium. 'Abdico', inquit. hoc pater uerus? quid ab eo qui adoptabit sperare possum? *Narratio* Cesti Pii. Diues sustulit unum filium: non fuit contentus; quid enim erat diuiti unus? tres sustulit; poterat unum in adoptionem dare: abdicauit unum, alterum, tertium. iam nihil diuiti pu-
4 tatis superesse? quartum abdicat. Arelli Fvsci patris. Quisquis es auarus pecuniae custos immensique cultor soli: cum multa quaesieris, poterisne omnibus frui? Filium quaeris: ecce turba iuuenum sine patre. Impera quod uis: nauigabo, militabo, dummodo ubicunque fuero tuus sim. Nos pauperes sumus, qui habemus quod diuites rogent? unde talem patrem? non irasceris, nisi ut ames. Quid porro? ista patrimonia in quae male insani ruitis, gaudia dominorum an onera sunt? mille corruentium inter diuitias suas exempla referebas et inter

bor? alienabor *Gron.* || 1 pasno **A** pameno **B** || patrem habeo haec **BT** patrem habeo habeo **A**, *cf. ad p.* 159, 11 || 2 contumatio **C** || 3 reduxeris **C** || recipiet **Ta** || 4 recuso sed commodari (commendari **T**) **O**, *cf. ad p.* 160, 10 || 5 quid **T** quem *Burs.* || 7 qui genuit me qua educauit (q; d. **A** qui ed. **T**) quia (qui **AT**) **O**, *corr. R. Wachsmuth* || 8 dubitauit **CTa** || temptauit **CTa** temptauerit **Tb**, temptaret **E** || 9 abdica **CTa** || hic **STa** || uersus **CTa** || 10 *uerba* ab eo qui *om.* **C** || habeo **STa** || adoptauit **O** || 11 tulit **O** || 13 poterat enim in **O** || 15 abd7 **B** abd; **A** || 17 sili **B** sile **STa** fili **A** || 18 frugi **C** || 19 imperas **CTa**, impera, pater *Schult.* || negabo **CTa** || 20 domi nodo **A** || ita nos **E** || 21 quid **CTa** || 22 nisi et a. *Schult.* || 23 matrimonia **O**, *corr. Gron.* || 24 ad **C** at **T** || n̄era **B** || conuentum **O**, *corr. Haase, Burs.* || 25 inter uites **CTa** inter uices

illa ponebas et diuitis domum. Merito abdicasti, an inmerito? si inmerito abdicasti, odi patrem tot eicientem innocentes: si merito, odi domum tot facientem nocentes. Aliquid in domo locupleti non agendum agam. quae apud nos frugalitas est apud illos humilitas est. Petis iterum potius filios quam recipis. Colit etiamnunc in Capitolio casam uictor omnium gentium populus cuius tantam felicitatem 5
nemo miratur; merito potens est: nempe ab eius origine est qui || non reliquit patrem. Egredientem te certe domum redeuntemque comitabor nec nisi in limine deseram: ero in publico filius. Amo aeque pauperiem quam patrem: utrique consueui. non possum agere in domo diuitis filium. Si carum tibi seruum uenderes, quaereres numquid saeuus emptor esset. Vnam mehercule horam qua tibi irato satisfaciam ter pluris omni patrimonio puto. hoc solum omnium quod sic me amittere cupis, satis amare non possum. Quid faciam adoptatus? loquar de filiis eius bene? de abdicatione? Ego in domum 6
uestram intrabo, tamquam ego uos eiecerim? ego ornamenta uestra occupabo, ut me si illic quid commisero, ⟨nec uester⟩ nec meus recipiat pater? Quid est quod aut negandum mihi aut excusandum sit? non insanissimum dispendiorum malum, non erubescendos

**Tb**, *corr. Schult. cf. p.* 156, 23 || referebat **ATa** referebat' **B** 1 sed **O** || 2 inmeritos **C** || si *om.* **C** s; **STa** || 3 s; merito **Ta** || 4 locupletis **T** || 5 aut nos **C** || 6 perdis *W. Müller* repetis *Schult.* 8 quam me recipis *Schult.* || causam **Ta** || 9 neme **C** nemo **T**, *corr. Haase* || miretur ? || 10 relinquid **B** || 11 redeuntemque domum *O. Ribbeck* || 13 * pauper pauperem **O** paupertatem **E** || conseui **C** || 15 seis **C** si is **TV**, saeuus *Haase* || 16 nam **O**, *corr. Haase, N. Madvig, W. Müller* || orā **C** || quā **B** || 17 * inter **C** interim **T**, intueri *Burs.* ter *ego, Madv.* || plures **A** || matrimonio **O** || 18 * somnium **C** sūnium **T**, solum omnium *ego, N. Madvig* ob hoc solum *Burs.* || curis **C** curas **T**, cupis *Haase, Madvig* || 19 te amare *Burs.* || 20 ⟨male⟩, bene **Tmg** || de abdicatis *Burs.* || ergo *Haase* || 22 tu **C**, ut *Madvig* || illud **C** illi **T**, *corr. Burs.* || 23 nec uester *add. Madvig* || quidē **AT** || 24 aut necandum **C** abnegandum **T** || nona **C** || 25 deprediorum **Ta**

amores neque luxuriantem habitum neque potatus
obicis filio. haec si non potes, aliqua saltem ex
commentariis amici tui describe: madentem unguen-
tis externis, conuulneratum libidinibus, incedentem,
ut feminis placeat, femina mollius et cetera quae
7 morbi, non iudicis sunt. Abdicatio loquax est: quam
te, paupertas, amo, si beneficio tuo innocens sum!
accusatorem non habeo; immo, me miserum, etiam
laudatorem habeo, et eum cui non omnes placent:
hoc enim malo dicere quam ⟨cui⟩ omnes non pla-
cent. Non tibi per multos ⟨fulta⟩ liberos domus
est neque turba lateri circumerrat nec multus intra
limen heres est nec post me aliquem retineas.
quamquam ne sic quidem debuisti dare, quom deos
cum uotis patris uidisses certantis. etenim tutior
aduersus fortunam est cui aliquid post damnum su-
perest, et habemus exemplum, posse aliquem tres
filios perdere. Ille Croesus inter reges opulentissi-
mus, memento, ‖ pos terga uinctis manibus ductus
est. Tu, Crasse, post euestigata illa fugitiuorum
arma urbis Romanae diuitissimus, quid nunc? apud
8 Parthos eges sepulcro quoque. † dicta praetereo
milia corruentium inter diuitias suas exemplorum:
non refero quoties in iis istam posueritis domum

1 nec nepotatus *N. Faber* ‖ 3 madente**B** ‖ 4 * esternis **C** hesternis **T** ‖ 5 et feminis **C** ‖ 6 iudicis **Ta** iudici **C** iudicii **Tb** ‖ 10 hęc **A** ‖ cui *addidi* ‖ 11 fulta *add.* **E** ‖ 12 tuiba **A** ‖ circumerat **B** ‖ 13 post te **T** potest **C**, *corr. Schult.* ‖ 14 nec **O**, *corr. Burs.* ‖ * quā enim deos (in deos **Ta**) **O** ‖ 15 uidisse **O**, quoniam — uidisti *W. Müller* ‖ * et tutior **O** tutior enim **E** ‖ 16 qui **C** ‖ 17 aliquo **A** ‖ 18 sopulentissimus **C** ‖ 19 memento **C** ad tormenta **T** ‖ post tergum **T** ‖ uinctus **AT** uuictus **B** ‖ 21 qui **O**, *del. Haase, corr. Madvig* ‖ 22 pardios **B** ‖ egens **C** ‖ Dicta] multa *Burs.* sescenta *O. Ribbeck* ‖ praeterea **O**, *corr. W. Müller* ‖ 23 illi a coruentium **A** illi a corruentium **B** illa corrūpentium **T**, *corr. Burs.* ‖ *uerba* inter diuitias suas exemplorum (exemplo **O**) *ex sequenti uersu ubi post* enim *leguntur huc transposuerunt partim Bursian, partim W. Müller, qui* exemplorum *restituit. cf. p.* 154, 25 ‖ 24 fero **T** ‖ quoties enim inter diuitias suas exemplo istam **O**, *corr. W. Müller* ‖ posueris *O. Ribbeck*

meliores perdentem diuitiis suis liberos? Hoc
scio nostros fugisse maiores, hoc illum Aelium
Tuberonem cuius paupertas uirtus fuit, hoc Fabri-
cium Samnitium non accipientem munera, hoc ce-
teros patres nostros, quos apud aratra ipsa minantes
pecora sua circumsteterunt lictores. Surgite, sur-
gite, miserrimi iuuenes, et meum rogando patrem
uestrum rogare discite. BLANDI. Tres genuit, quat- 9
tuor abdicat. 'Abdico', inquit. apparet unde uenias.
GALLI VIBII. Si quis me audit <adoptari, iam putat
abdicatum; si quis me audit> abdicari, iam putat
adoptatum. quare . . . respondeo: ne auferam patri
filium, filiis patrem. Nec tam uicino exemplo emen-
daris? qui abdicat suos, quaerit alienos. Nulla certa
felicitas est: paulo ante ego diuitis filiis inuidebam,
modo illi mihi. Laudat me pater cum abdicet,
laudo ego patrem cum abdicer; haec una inter nos
disputatio est: iste me dignum putat beato patre,
ego me meo. FABIANI PAPIRII. Ecce instructi 10
exercitus saepe ciuium cognatorumque conserturi
[praelium] manus constiterunt et colles equis
uirisque complentur et subinde omnis regio truci-
datorum corporibus consternitur; <in> illa tum mul-
titudine cadauerum uel spoliantium sic quaesierit
aliquis: quae causa hominem aduersus hominem
in facinus coegit? — nam neque feris inter se

1 diuitis **C** ‖ hos **C** ‖ 2 nostro **A** ‖ fuisse **O**, *corr. Burs.* ‖ 3 turbonem **O** ‖ 4 samnitem **O** ‖ 5 ipsā **C** ‖ mirantes **O**, *corr. D. Volkmann* ‖ 6 decora **CTb** dedecora **STa**, *corr. Schult.* ‖ agite, surgite *Studemund* ‖ 10 siq̄ **B** ‖ 11 *supplem. add. Haase* ‖ 12 *post* quare *nonnulla intercidisse uelut* in adoptionem dari nolim quaeris? *uidit Burs.* ‖ 13 indigno *uel* insigni ex. *W. Müller* ‖ 15 diuitis si **Ta** ‖ 16 mihi illi mihi **Ta** nunc illi mihi **Tb** ‖ 17 uno **C** ‖ 19 paparii **A** ‖ 21 praelium *del. Vahlen*, praelio *Sander* ‖ constituerunt **O** ‖ 22 uirumque **C** utrimque **TVb** utrique **Va**, *corr. W. Muller* ‖ trucidator **Va** ‖ 23 illatuum **C** illatium **TV**, *corr. N. Madvig* et illacrimantium multitudinem *Schult.* stipatur m. *Burs.* ‖ 24 si **O**, sic *Schult. Madvig.* ‖ 26 in *om.* **C** ‖ namque feris **Ta**

bella sunt, nec si forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque diuino genus — quae tanta uos fert ira, ‖ cum una stirps idemque sanguis sitis,
11 quaeue furiae in mutuum sanguinem egere? quod tantum malum illi generi fato uel forte iniunctum? an ut conuiuia populis instruantur et tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? magna enimuero lautia sunt, propter quae mensam et lacunaria sua ⟨parricidae⟩ potius quam lucem innocentes intueri maluerint. an ne quid uentri negetur libidinique, orbis seruitium expetendum est? in quid tandem sic pestiferae istae diuitiae expetuntur, si ne in hoc quidem, ut liberis relinquantur? quid tandem est quod non diuitiae corruperint? primum si inde incipere uelis aedes ipsas, quas in tantum extruxere, ut [cum] domus ad usum ac munimentum paratae sint nunc periculo, non praesidio: tanta altitudo aedificiorum est tantaeque uiarum angustiae, ut neque aduersus ignem praesidium, nec ex ruinis ullam
12 in partem effugium sit. ad delicias dementis luxuriae lapis omnis eruitur, caeduntur ⟨ubi⟩que gentium siluae; aeris ferrique usus, iam auri quoque in extruendis et decorandis domibus; nempe ut anxii et interdiu et nocte ruinam ignemque metuant, qui siue tectis iniectus est ⟨siue⟩ fortuitus, laquearia et

1 in se **T** ‖ si florente **C** ‖ 3 fert ira **TV** festis **C**, pestis *Haase*, *Burs.* ‖ na stirpsi **A** una stripsi **B** una stipis **Ta** ‖ 4 q; uel **O**, *corr. Burs.* ‖ * uni **C** uno **T**, huic *R. Wachsmuth* humano *uolgo* ‖ 5 genere **O** ‖ uel fato *W. Müller* ‖ iunctum **ATb** iunetum **Ta** uinctum **B**, *corr. Gron.* ‖ 6 an et **O**, *corr. Gron.* ‖ poculis *Gruter* ‖ 8 laucia **C** et laudanda **T** ‖ quē **A** ‖ lucanaria **A** ‖ 9 parricidae *add. Haase* ‖ interim **BTb** interit **A** ĩterum **Ta** cernere **Tmg** ‖ 11 est. Quid **T** ‖ 14 quod in uitio **O** quod non uitio **Tmg**, *corr. Haase* diuitiae non *Madvig* ‖ 15 uellis **Ba** ‖ sedes **O**, *corr. Schott* ‖ * ipse **CTb**, *om.* **Ta** ‖ 16 cum *del. Haase* ‖ monumentum **C** ‖ 17 sint, ⟨sint⟩ *Burs.* ‖ 19 ullum ullam **T** ullam uillā **C**, *corr. H. Müller* ‖ 21 caedunturque **O**, *corr. Burs.* ‖ 23 extruentis et decorendis **O** ‖ nā put **A** nampe ut **B** ‖ et *om.* **BT** ‖ 25 subiectis **C** sub tectis **T**, sicubi tectis iniectus *Burs.* siue iniectus *Haase Madvig* ‖ siue *add. Haase*,

tablina illa urbium excidia sunt: quippe non defendunt sua sed in communi periculo adprehendunt, † hostesque aliena, et in suis dominia ualidiora ceduntur alia, ipsique cum maxume flagrant spolium ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus uarius ille secatur lapis et tenui fronte parietem tegit, † quam umetis seuere? in hoc pauimentum tesselatum et infusum tectis aurum? O pauperies, 13 quam ignotum bonum es! Quin etiam montes siluasque in ‖ domibus marcidis et in umbra fumoque uiridia aut maria amnesque imitantur. uix possum credere quemquam eorum uidisse siluas patentisque † eamme campos, quos rapidus amnis ex praecipitio uel cum per plana infusus est placidus interfluit; non maria umquam ex colle uidisse lata aut hiberna, cum uentis penitus agitata sunt. quis enim tam prauis oblectare animum imitamentis possit, si

*Madv.* ‖ fortuitos **C** fortuito *Burs.* ‖ laquearia et tablina *scripsi* q; et be una **A** quae et beuna **B** Que et **T**, lacunaria *O. Iahn* siluae et nemora *Burs.* aeque subeunda *Madvig* ‖ 1 defendis uni **O**, *corr. Gron. Schult.* ‖ 2 ad prehendum **A** adprehendam **BTa** ad praedam **Tb**, non defendendis suis in c. periculo operam dant *Madvig* ‖ 3 ad praedam ut hostes currunt, in aliena et in sua damna rapidi; corraduntur lapsa ipsaque cum maxime flagrantia: ita sp... ferunt *Schult.* adprehendunt postica aliena et in suis dominantur ualidius; accendunt alia ipsaque cum maxime flagrant *Bursian* potiusque aliena et in suis domibus ualidiora caeduntur, alia ipsaque flagrantia ... feruntur *Madvig* ‖ 4 flaglanti **C** ‖ 5 fer̄ **A** fer' **B** ‖ 6 ut **T** ‖ tenuit fontem **C** ‖ 7 * tegat **O** ‖ umetis (*uel* umectis *secd. Haase*) seuere **B** uis me uere **A** iūctis seuere **T** ‖ 8 leuatum **O**, *corr. Schult.* leuigatum *Haase* ‖ infuscum **C** ‖ * paupertatis **T** paupertis **C** ‖ 9 bonum est **O** ‖ siluaeque **O**, *corr. Burs.* ‖ 10 in *om.* **BT** ‖ 11 uiridibus **O**, *corr. Haase; post* uiridibus *adduntur haec:* quid faciam? si paruero abdicabor, partem (pestem **T**) amo haec est contumatia (contumatio **C**) mea **O**, *cf. p.* 153, 28 *sq.* ‖ ut **T** ‖ mittantur **O**, *corr. Schult.* ‖ possim **O** ‖ 13 eamme **C**, *om.* **T**; *an* uirides siluas patentisque permeasse campos?, gramine campos *Burs.* ‖ praecipiti **T** praecipio **C** ‖ 14 cum plana **T** ‖ infusis **C** ‖ 15 sedata *O. Iahn* laeta *Haase* ‖ 16 uentus **C** ‖ 17 paruis **O**, *corr. Burs.* ‖ ablectare **C** ‖ in uita posset **T** uita posset **C**, *corr. Vahlen*

uera cognouerit? Videlicet ut infantibus quae tangi
conprehendique manibus aut sinu possunt .... nam
magna non capit exigua mens; ex hoc littoribus quo-
que moles inuehuntur congestisque in alto terris
exaggerant sinus. alii fossis inducunt mare: adeo
nullis gaudere ueris sciunt, sed aduersum naturam
aliena loco, aut terra aut mare mutata, aegris ob-
lectamento sunt. et miraberis ⟨si⟩ fastidio rerum na-
turae laborantibus iam ne liberi quidem nisi alieni
14 placent? Hispani Corneli. Solus omnium abdicor,
quia me meus pater diligit, alienus adpetit. Quid
mihi obicit? meretricis amo? aes alienum feci? dic,
diues audiat. 'Diuitem', inquit, 'esse te uolo'. ⟨O⟩me
abdicandum, si talem patrem relinquo! Laudabat
mihi pater paupertatem, narrabat diuitum incom-
moda, aiebat multos diuites accusatos; ego certe
memini abdicatos. 'Abdico' non est patris mei uer-
15 bum. Triarii. Quare abdicas? numquid dies noctes-
que inpendo turpibus conuiuiis? plurimum uiuo in
lupanari? si nescis quae crimina obiciantur, ab
amico ‖ disce. Si omnes mali sunt, quid isto patre
⟨miserius? si boni, quid isto patre⟩ cruentius? Ro-
mani Hisponis. In hanc ego domum ibo, in qua
aut totiens insanitur ⟨a⟩ patre, aut totiens peccatur
in patrem? Cum prodiero repente diues, dicent
omnes: quis est iste quem magna fortuna non de-

1 cognoueris **O** ‖ instantibus **T** ‖ 2 an **O**, nam *Haase* ‖ 3 est ex hoc **O**, mens; ex hoc *Haase* ‖ 4 congestique **C** ‖ 5 exagerant **O** ‖ 7 alieno **O**, *corr. Burs.* ‖ au t̄rā **C** ‖ muta egris oblectamenta **O**, *corr. Burs.* ‖ 8 * et imbbres **A** et imƀ **B** et imber **T** ‖ 9 loborantibus **A** ‖ 10 Spani **C** ‖ 11 alienos **C** ‖ *post* adpetit *add.* Vibi (Vbi **A** Vibii **T**) Rufi · Diues filium non habet: me dabis? diues reduxerit suum: me recipies (recipiet **C**) ? ita non adoptari sed commodari recuso **O**, *cf. p.* 154, 4 ‖ Quidni **C** Quidmi **T** ‖ 12 meritis **BT** meritricis **A** ‖ amoris **O**, amo *ego* aes *Haase* ‖ 13 O *add.* **E** ‖ 17 abdicato **A** ‖ 19 turbibus **C** ‖ 20 lupari **C** ‖ 21 discessi **A** ‖ *uerba* miserius ... patre *add. Bursian* ‖ 22 crudelius *Gron.*; *an* inprudentius ? ‖ 23 Hispani **O** ‖ ergo **T** ‖ quam aut **T** qua ut **C** ‖ 24 a *om.* **C** ‖ peccator **C** ‖ 25 in patre **AT** n̄ patre **B** ‖ 26 quaem **B** ‖ dicet **A**

cet? Haec est diuitis quarta abdicatio. Silonis
Pompei. Quantumcumque est, satis mihi est; unicus 16
sum. Fortiter fortunam meam feram; hoc non mihi
primum accidit. unicus sum filius et iam abdicor.
Quid uideri me uelis, nescio: innocentem? sed ab-
dicor; nocentem? sed adoptor. utcumque tamen
abdicatio tolerabilior est: unum abdicat, adoptio
tres abdicatura est. Non potest mihi dici quod ce-
teris abdicatis: 'in tua potestate fuit; si paruisses
patri, non perdidisses patrem'; etiamsi non abdi-
carer, perditurus fui.

Pars altera. Latronis Porci. Si nescirem quid 17
mali esset pauperies, nunc intellegerem: abdicatio-
nem filius meus non timet. Fabriciorum imagines
Metellis patuerunt; Aemiliorum <et> Scipionum fa-
milias adoptio miscuit; etiam abolita seculis nomina
per successores nouos fulgent. sic illa patriciorum
nobilitas fundamentis urbis † habet usque in haec
tempora constitit. Adoptio fortunae remedium est.
Non ignoro ego quorum inopia per otium in an-
gulis <in> diuitiarum conuictos strepit accusatosque
insequitur neque <quiescere> sinit. sed nulla ma-
teria in rebus humanis uirtutes clarius ostendit:
census senatorium gradum ascendit, <census equitem
Romanum a plebe discernit,> census in castris ||

2 et satis **O** || uicus **A** || 3 fornam **A** || 4 im primum **A** | dictus sum **O**, *corr. Vahlen*, <nondum> diuitis sum *Burs.* dictus sum <diuitis> *Schult.* || 5 nocentem **CTa** || si **Ta** || 6 innocentem **CTa** || si **Ta** || 7 abtio tres **A** || 8 abdicat natura non **T**, tres <abdicauit, quartum> abdicatura est *Schult.* || 9 pauisses patre **A** || 13 pauperias **C** || intellegeret **C** intelligerem cum **T** || 14 Africanorum *Th. Mommsen* || 15 temiliorum **A** || et *add.* **Tmg** || copiorum **C** || 16 aboptio **A** || abolitu **A** || 17 fulgen **A** || Sicilia **C** Scicilia **Ta** || patriciorum eorum **CTa** || 18 habusque **O**, abusque *Haase, Burs.*; *an* statuta usque ? || 20 in angulis <delituit, felices esse; at infelices circa quos> diuitiarum conuictus strepit accusatioque insequitur *Haase* || 21 in *add. Gron.* || trepit **C** || accusatioque **O** || 22 cū sequi **O** consequitur **Tmg**, *corr. Gron.* || neque sunt **O**, *corr.* **Tmg** || 23 census ... discernit *add.* **E**

ordinem promouet, census iudices in foro legit. Non persuasi tibi? ⟨i⟩ ergo ad illos quos mauis sequi
18 quam reducere. FVSCI ARELLI patris. Facilius possum paupertatem laudare quam ferre. Quid mihi Phocionem loqueris, quid Aristiden? tunc paupertas erat seculi. Quid loqueris Fabricios, quid Coruncanios? pompae ista exempla, fictiles ubi fuerunt dii. facile est, ubi non noueris diuitias, esse pauperem. Quod uos liberis uestris optatis, ego meo impero.

19 DIVISIO. Non puto uos quaerere, quomodo haec controuersia diuisa sit, cum habeat negotii nihil; FVSCVS tamen sic diuisit: dico licuisse illi adoptare; dico licuisse mihi recusare adoptionem; dico, ut non licuerit, recte tamen recusasse: et quod iure fit uerum est et quod sine iure quod quidem rationem habeat recte fit. Cum de iure diceret, dixit: 'sub arbitrio', inquit, 'patris es'. Si in hoc subicior patri, quia pius sum, in hoc sine dubio, ut pius sim; et ad manum argumentum est: nempe abdicanti respondeo. quid itaque ei respondeo? scilicet id ago ne desinam filius esse; atque idem ago, cum respondeo emancipanti. quid enim ad amittendum patrem interest, utrum eiciar an transferar? Si non licet recusare, quaero: cur potius abdicas me quam

1 egit **O**, legit **E** || iudicem ? || 2 persua **C** persuadeo **T** || i *add.* **Tmg** || maiusse qui **C** || 5 aristidem **B** || hunc **C** || 6 coruncanos **Tb** || 7 pompei **Ta** || exempla ista **T** || fictilibus fuerunt **O**, *corr O. Iahn* || 8 diffaciles tibi **C** dis · faciles tibi **T**, *corr. Burs.* || 9 qui duos **Ta** quid uos **C** || 10 imperio **CTa** || 13 licuisset **B** || * mihi **O** || adoptari **T** || 14 dico non ut **Ta** || 15. 16 uerum esset et **B**; *an* tutum est? || 16 quodque rationem habent **O**, *corr. Haase* || 17 fecit **B** || 18 patris et si in **C** patris . et sum **T**, *corr. Burs.* || ob hoc *W. Müller* || 19 *bis* plus *pro* pius **O** || ett ad **B** || 21 * Quid ita$^{i}$q **B** Quid ita et **A** quid ita? Quia **T** || silicet **O** || 22 * illius esse **O** || adquid ago **O**, *corr. Gron.* 23 at mittedum **C** || 24 transferrant **A** || 25 recusarem **C** * quare **O**, quaero *ego*, *Haase*, *W. Müller*

tradis? Cum de officio diceret, in haec diuisit: dico non fuisse dandum sine magna causa filium in adoptionem; dico multo minus a te; dico minime illi. Silo Pompeivs sic diuisit: coepit a uetere et explosa quaestione, ⟨an⟩ in omnia patri parendum sit: etiamsi in omnia, an ibi tamen non sit parendum, quo efficitur, ne pater sit; deinde quaesiit, an inuitus filius dari in adoptionem possit: si non potest, non ob id abdicari potest, quod arbitrio usus est: tamen ut possit, non || cum contra uoluntatem patris, set cum male arbitrio suo utitur. hic subiecit, an hic bene usus sit. Deinde officii partem tractauit et ita diuisit: turpem esse adoptionem, inutilem esse, periculosam esse. Cum diceret turpem, dixit: aliena bona inuadere et trium filiorum subsessorem esse et liberis spem reconciliationis paternae eripere quam inhumanum est! Cum inutilem diceret, dixit patri inutilem esse, adoptanti inutilem esse, ⟨sibi inutilem esse⟩. Cum patri inutilem diceret, tractauit quam graue esset filio carere unico, ⟨quanto grauius eo⟩ quem alius concupisceret, et cum diceret diuitem ipsum quoque qui tot haberet solacia filium quaerere, dixit: tibi non erit facile adoptare. Cum inutilem ⟨adoptio⟩nem diuiti diceret, sic tractauit:

3 ulto **C** || magis **O**, minus *Gron.* || 4 auertere **C** euertere **T**, *corr. Schult.* || 5 an *om.* **CTa** || pereo dum sit **A** pareo dum sit **B** pareat diuisit **T**, *corr. N. Faber* || 6 non ibi tantum **O**, *corr. Gron.* || 7 quaesit **C** querit **T**, *corr. Haase, Burs.* || 8 posset **O**, *corr. W. Müller* || 9 a nobis **O**, *corr. Kon.* || potest *om.* **T** || arbitri usus **C** arbitrii sui **T**, *corr. Kon.* || 10 an uni possit **B** anteunt possit **A** an non possit **T**, *corr. Kon.* || 11 patris est cum **C** patris est si cum **T**, *corr. Kon.* || 12 hanc hinc bene **CTa** || de officii parte **O**, *corr. N. Madvig* || 14 cum diceret (dicerēt **A**) cum turpem **C** || 15 alienā **C** || bonā **A** || Sub se sortem **O**, *corr. Burs.* || 16 rem reconciliato nisi **O** || 17 ēē cum **T** || liceret **C** || 18 utilem (*corr.* **Tb**) et se adoptati **C** || 19 *uerba* sibi ... esse *add. Gron.* || 20 capere **CTa** || *uerba* quanto grauius eo *add.* **E** || 22 diuitem esse quodque **O**, *corr. Burs.* || 23 eum **O** cum *Haase, Burs.* || 24 * inutilem rem **O** || si tractauit **C**

21 futurum ut ad suos rediret, si non adoptasset. hoc loco belle uidebatur dixisse: si animum patris intellegis, dat tibi notam reconciliandi suos: negat se solitudinem pati posse. Cum inutilem esse sibi diceret, paupertatem laudauit, in diuitias inuectus est; dixit se posse diuitiis corrumpi, quibus corrumpi possent et exercitus. Cum in diuitias inueheretur, dixit: aiunt multa uitia diuites habere istos, set hoc grauissimum: suos non amant. nec est quod quisquam se putet satis firmum ad repellenda uitia: contactu ipso nocent transeunti. timeo ne peccare discam. ecce tu quam cito abdicare didicisti! Dixit futurum ut diuiti displiceret propius inspectus; ipsum amorem paupertatis ab illis fastidiri; dixit futurum ut abdicaretur, si adoptanti displicuerit: ego nec meo placeo. Adiecit et periculosam sibi futuram adoptionem in domo suos dominos desiderante, ‖ et tota familia expellere insitiuum here-
22 dem cupiente. Latro ultimam quaestionem posuit quam fere solebat: etiamsi non recte fecit quod adoptari a diuite noluit, an tamen ⟨si⟩ id bono aduersus patrem animo fecit [an] ignoscendum sit; deinde an bono aduersus patrem animo fecerit. In hac quaestione bona pars adulescentis est patrem amantis et opibus praeferentis; Latro tamen negabat patrem daturum manus bono aduersus se

2 uidebantur A *m. pr.* BT ‖ 3 uos C ‖ negat si A ‖ 4 solitunem A ‖ dicere C ‖ 5 inuentus A ‖ 6 si posses se C sic posse T ‖ 7 posset O, *corr. Schult.* ‖ et *om.* AT ‖ in *om.* C ‖ 8 multas diuitias diuites O ‖ * et hoc O ‖ 9 suos amant ñ necesse c̄ quod O ‖ 10 repellanda C ‖ 11 contractus STa contactus C ‖ nocenti CTa nocentia Tb, *corr. F. Pithoeus* ‖ * transeunti meo O ‖ 13 displicere BTa displicare A ‖ proprius C ‖ 14 ipsum nomen *N. Faber* ‖ uixit C ‖ 15 * aboptatus A adoptatus BT ‖ placuer̃ C placuerit Tb *corr.* Tmg ‖ 16 ne meo O ‖ abiecit ut C adiecit T, *corr. Burs.* ‖ 17 abdicationem O, *corr.* Tmg ‖ desiderantē O ‖ 18 e tota B et totam T tota A ‖ familiam T ‖ 19 cupientem O ‖ 21 diuit A ‖ si *add. Burs.* ‖ 22 an *del. N. Faber* ‖ 23 fecerint C ‖ 24 hanc Ta ‖ questionem CTa ‖ 26 aduersas Ta

animo factum, sed consensum filiorum aduersus patrem dicturum. † tacitam nescio . . . . . quam Brocco 23
cuidam non malo rhetori uisum erat, qui dixerat adulescentem uideri sibi habere capitalia quaedam uitia; male de se existimare eum qui ire ad iudicem strictum innocentiae nollet. Argentarivs omnes priores transiit partes, statim ad hoc uenit: debueritne patri parere an non debuerit; et in figuram contulit declamationem. 'uolo, inquit, aliquis filium abdicet, qui petiit a patre paupere, ut in adoptionem diuiti daretur; quam bonam, inquit, causam pater habebit! dicet hic'. deinde sic transiit, cum declamasset eam controuersiam quae posita non erat: 'si ille filius malam causam haberet, ego bonam habeo'. contulit suam causam cum illo.

De colore magis quaesitum est, ⟨an⟩ adulescens 24
debeat in diuitem aliquid dicere. quid enim faciet? dicet in eum qui tantum honoris illi habet et in amicum paternum? non dicet in eum quem fugit? et illi tamen, qui sibi abstinentiam conuitiorum imperauerant, non bene praestiterunt: aliquoius sententiae dulcedo subrepsit, cui non potuerunt subsistere. aridi declamatores fidelius quos proposuerunt colores tuentur: nihil enim illos sollicitat, nullum scema, nulla ‖ sententia. ⟨sic⟩ quae malam faciem habent, saepius pudicae sunt: non animus illis deest,

2 dicturam **TV** ‖ 3 quidam **O**, *corr. Burs.* ‖ reteri **C** rem **TV**, *corr. Haase*, *Burs.* ‖ 4 capita **O** ‖ 5 quire **A** ‖ 6 districtum **TV** ‖ 7 transit **C** transiens **TV**, *corr. Burs.* ‖ partes . . (*duabus litt. erasis*) **T** ‖ 10 abdicat **C** ‖ petitur a **TV** petitam **C**, *corr. Haase* ‖ pauperem **CVa** ‖ 12 uincet hic *Haase* ‖ transit **O**, *corr. Burs.* ‖ 13 eum **A** ‖ positata **C** usitata **TV**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 14 filium **CTaV** ‖ 16 colorem **CTaV** ‖ quaesitam **B** ‖ an *om.* **CTaV** ‖ 17 diceret in eum (eo **A**) quod **O**, *corr. Burs.* ‖ 18 tantum hos (os **Ta** ęs **Tb**) illi **O**, *corr. Burs.* ‖ 19 dicit **CTaV** ‖ 20 quae sibi **C** ‖ 21 aliquos **O**, *corr. Burs.* ‖ 22 qui **O**, cui *Schult.* ‖ subito resistere *W. Müller* resistere *Burs.* ‖ 23 aut **CTaV**| at **Tb**, aridi **E** ‖ propuer' **B** ‖ 24 tuent **BVa** ‖ 25 sententias **C** ‖ sic *add.* **E** ‖ 26 illi **O**, illis **E**

25 ⟨sed corruptor⟩. Fabianvs philosophus hoc colore
usus est, ut diceret: etiamsi sustinerem alicui tradi,
diuiti nollem. et in diuitias dixit, non in diuitem:
illas esse quae frugalitatem, quae pietatem expu-
gnassent, quae malos patres, malos filios facerent.
Gallvs Vibivs fuit tam magnae olim eloquentiae
quam postea insaniae, cui hoc accidisse uni scio, ut
⟨in⟩ insaniam non casu incideret, sed iudicio per-
ueniret; nam dum insanos imitatur, dum lenocinium
ingeni furorem putat, quod toties simulabat ad ue-
rum redegit. Hic controuersiam postero die quam
26 erat a Fabiano dicta declamauit; solebat autem sic
ad locos peruenire, ut amorem descripturus paene
cantantis modo diceret: 'amorem describere uolo',
sic tamquam 'bacchari uolo'. deinde describebat
et totiens coepturus repetebat: 'amorem describere
uolo'. In hac controuersia plane quod uoluit con-
secutus est, ut diuitias nobis in odium adduceret.
saepe enim ingessit: 'diuitias describere uolo' et
multa facunde explicuit, corruptius quam Fabianus,
set dulcius. hoc unum occurrit in quo pusillum
inest insaniae: 'non me delectant ignoti seruorum
domino greges nec sonantia laxi ruris ergastula:
27 patrem gratis amo'. Fvscvs Arellivs et hunc co-
lorem dixit: ominibus offendor. cum primum de
adoptione ista cogitarem, occurrerunt mihi tres ab-
dicati, et audio in ista domo tres fuisse filios nec

1 sed corruptor *add.* **E** ‖ 2 sustinere **CTaV** ‖ ad alicui **C** atalicui **TV**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 3 at diuiti ? ‖ diuite **A** ‖ 5 iacerent **C** ‖ 6 olimen loquentiae **C** ‖ 7 ut insania **CTa** ‖ 9 nan **Bb** non **A** ‖ insanō **Ta** ‖ ĩmittatur **T** imittaturs **C** ‖ 10 * quod quo dis simulabat **O** quod simulabat **E** ‖ 11 controuersia **A** ‖ 12 declauit **C** ‖ 13 iocos **O**, *corr. Schult.* ‖ describereturo **C** describere$^{t}$ **T**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 15 citam quam **Ba** cictam quam **ABb** cum tanquam **T**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 16 quotiens coepturus ⟨totiens⟩ *Schult.* ‖ 18 modium **A** ‖ 19 saepe uim **CTa** ‖ 20 corruptis **C** de corruptis **T** ‖ 22 delectatis noti (non **A**) **CTa** ‖ 23 lati ruris *Haase* ‖ ergastulas **C** ‖ 25 induxit ? ‖ omnibus **C** ‖ 26 apoptione **B** ‖ cogitare hoc currerunt **C** ‖ abdicatio **O**

esse. timeo infelicem liberis domum. Et alias causas dixit — licet enim plura abdicato dicere propter quae non † leget — sed nunc refero, cui rei quisque maxime institerit. LATRO illo colore usus est, sodalem se tribus diuitis filiis fuisse: 'semper', inquit, 'illos colui, immo adhuc colo. cum abdicati essent, ego illis suasi, ut tacerent et patrem cedendo mitigarent; dixi: cum primum tempestiuum putabitis, patrem uestrum rogabit meus. ecce admonent me aptissimum esse tempus. uerum est: non potest pater inuenire reconciliationis aptius tempus: diues filios quaerit'. CESTIVS illo colore: 28
quos abdicatione non potuit terrere, putat se castigaturum adoptione. non ille tuum filium concupiscit: suos corrigit. cum illos correctos putauerit, me satis minatum abdicabit. 'Non faciet', inquit. atqui neminem adhuc habuit in quo hoc aut facilius aut iustius faceret. FABIANVS hoc colore, ut dixi, egit: nolo diues esse. RVFVS VIBIVS hoc: nescio diues esse. Haec in hoc loco cum diceret excepta sunt: non est quod putes omnibus diuitias conuenire: nihil enim nocentius nouitio diuite est. et illud dixit: alius animose loquatur et ex contemptu diuitiarum gloriam petat; ego non dico: 'diues esse nolo', set 'nescio'. ALBVCIVS et ipse diuitias in- 29

1 Necesse est timeam **E** ‖ 3 litiget **T**, nolit *Augustinus* cedat *Burs.* 4 institueris **C** ‖ 5 diuitib; filis **A** ‖ 6 collui **BTa** coli ut **A** cō͞u **B** ‖ 7 illi **C** ‖ 8 mitigaret **C** ‖ dixit **O** ‖ tempestium **C** ‖ 9 rogauit **C** ‖ 10 admonet **O** ‖ 11 conciliationis **A** ‖ dius **A** ‖ 12 colore *om.* **T** ‖ 13 quo **T** quas **C** ‖ 14 tum **C** ‖ 15 dum **O**, cum *W. Müller* ‖ illis *Burs.* ‖ correptos **T**, *om.* **C** ‖ 16 te satis **O**, *corr. Burs.* illis p. se satis *R. Wachsmuth*, *N. Madvig* i. p. esse satis minarum *Haase* ‖ abdicauit **C** ‖ faciet aliquid **O**, *corr. Burs.* ‖ 17 ficilius **C** ‖ 19 dixit **O**, *corr. Schult.* ‖ dius **A** ‖ 21 tescepta **C** etcepta **Ta** ‖ putaes **B** ‖ 22 conuenirent hilem innocencius **C** conuenire nihil est innocentius **T**, *corr. Burs.* ñ uitio **O**, *corr. Schott* ‖ * diuites **CTa** diuite **Tb** ‖ 23 alios **C** laquatur **A** loquitur **T** ‖ ut ex **T** ‖ contempto **B** tempto **A**

secutus est et dixit pulchram de Fabricio sententiam: 'munera', inquit, 'regia respuit: cum auro dominum etiam acciperet'. et illum locum egregie tractauit: omnes cibos habebo suspectos, omnes potiones; trium paedagogi illic ⟨sunt⟩; occidere me uolet quisquis frugalissimus fuerit. Non uenenum pauperes timent, non heredem; adhuc nec abdica-
30 tionem timebamus. SILO POMPEIVS illo colore egit: nemo illi placere potest. ne in hoc quidem aliquem retinuit, ut non omnes abdicaret. 'ecce nunc', inquit, 'inuenit nouam abdicationem, ne quid de reditu sperare possent'. et cum multa dixisset in diuitem, dixit: non est quod mireris si te odi; amo quos abdicasti.

Color a parte patris aliquid curae ‖ desiderat. quidam induxerunt patrem cupidum diuitiarum, quod inuidiosum est in hoc uisum, quia ita diuitias filio dare uult, ut filiis eripiat. itaque LATRO optimo colore usus est: in hoc, inquit, te in adoptionem uolo dare, ut facilius per te abdicati reconcilientur. CESTIVS: 'timeo', inquit, 'ne abdicer': uellem ti-
31 meres. ALBVCIVS hoc colore usus est: summam sibi amicitiam cum diuite fuisse; dixisse illum sibi dubitanti an filium tolleret: 'tolle', inquit, 'in meum patrimonium; ego istum fratrem liberorum ⟨meorum⟩ iudicabo'. itaque cum et tertium abdicaret,

2 regna **CTa** ‖ 3 et accipere **O**, *corr. Schult.* ne acciperet *Gron.* ‖ 3 aegregia **B** ‖ 5 illis **CTa** ex illis **Tb**, *corr. Burs.* ‖ sunt *addidi* ‖ 6 fragalissimus **A** ‖ uenum **A** ‖ 7 pauperis **C** ‖ abdicatione **C** ‖ 10 abdicare ⟨diceretur⟩ *Schult.* ‖ ecce nunquit **B** ecce enī quit **A** ‖ 12 uitam **CTa**, multa **Tb** ‖ 13 odiāo quos **C** odiant .. ⟨q⟩uos **T**, *corr. Burs.* ‖ 15 colore **A** colorem **T** ‖ a ꝑte **B** ꝑte **A** ‖ parateis **C** paratius **T**, *corr. N. Faber* ‖ cure **C** curhec **T**, *corr. Haase*, *Burs.* ‖ 16 cum dixerunt **O**, *corr. Gron.* ‖ cupidum *bis* **C** ‖ 17 hoc usu **T** ‖ quid ait adiuitias **C** quidā ita diuitias **T**, *corr. Burs.* ‖ 18 uultū filis **C** ‖ optimum colorem **C** ‖ 19 inquite in **C** ‖ 20 abdicare concilientur **C** ‖ 21 uelim **O** ‖ 24 inquam *O. Iahn* ‖ 25 meorum *add. O. Iahn*

dixit: quid sic mihi illudis tamquam unicus? etiamnunc filium habeo. Venit ad me et ait: redde quem educasti mihi: si emendati fuerint ⟨liberi mei, habebo hunc cum illis; si perseuerauerint⟩ furere, habebo hunc pro illis. Temptaui statim reducere illum in gratiam cum filiis: intempestiuum erat. temptaui cogere subtrahendo meum: respondit tamquam non possit diuiti deesse filius. Silo dixit: 32
'amicus', inquit, 'abdicatorum sum'. quid ergo? mauis inimicum adoptet? si intraueris domum, uidebis an aliqui animum patris a filiis auertant. 'si reduxerit', inquit, 'illos, quid ⟨me⟩ fiet'? capit diuitis domus et quattuor liberos. si te illi fratrem grauabuntur, libentissime recipiam. sic de me diues meruit, ut illi ⟨et⟩ dare filium paratus sim et commodare. Blandvs hoc colore egit, ut diceret diuitem inexorabilem liberis esse. omnia se fecisse, ut illum placaret; uideri esse magnas causas et graues; itaque certam futuram adoptionem. Otho Ivnivs pater 33
solebat difficiles controuersias belle dicere, eas in quibus inter silentium et significationem medio temperamento opus erat. edidit quidem quattuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros uocabat: tantum in illis somniorum est.

1 si mihi **CTa** ‖ etiā c̃ **B** ‖ 2 abeo **CTa** ‖ 3 edecasti **C** ‖ emendati erint furere **O**, *supplementa praebuerunt Excerpta* ‖ 5 temptatis **CTa** ‖ redure **C** ‖ 6 filis intempestatiuum **O** ‖ 7 quocere **ABbT** quosere **Ba**, *corr. Haase, Burs.* quoque *Gron. an* aliquotiens? ‖ subtrahendū eum **O**, *corr. Burs.* ‖ 7. 8 non tamquam possit **O**, *corr. Burs.* ‖ 8 decesse **C** ‖ 9 amicos **T** ‖ abdicaturus sum **B** abdicaturusum **A** abdicatusus sum **T**, *corr. W. Müller*, abdicatis sum *N. Madvig* ‖ magis **C** maius **Ta** ‖ 11 aliquiqui **CTa** ‖ patri **C** ‖ filis **C** ‖ aduertant **T** ‖ reduxeris **A** ‖ 12 illos et quid fiet **O**, *corr. Burs.* ecquid *I. Gruter* ‖ 13 et *om.* **T** ‖ 14 hic **O** ‖ medius **A** ‖ 15 et *add. Burs.* ‖ darem **T** ‖ paratissinet **C** paratissime **T**, *corr. Haase, Burs.* darem f. paratissime et commodarem *Schult.* ‖ 17 placerer **A** placeor **B** ‖ 18 uideret se **CTa** uidere se **Tb**, *corr. Haase* ‖ exgraues **C** ‖ 20 dicere, ⟨certe⟩ eas? ‖ 21 et actionem **O**, *corr. Schult. W. Müller* ‖ 22 opat **Ta** ‖ 23 liberos **C** ‖ quo **C** ‖ Anthipontis liberos **C**

et hoc uitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat; illi enim colores probant, qui non possunt coargui, non ut somnia, set ut non essent aliquo nomine offensui. sed ridiculum est adfectari quod falsum probari non possit. non multum interest in causa sua falsum aliquis testem det, an se: alteri enim credi non debet, alteri non solet.

34 Otho tamen Ivnivs bene dicebat has controuersias, quae suspiciose dicendae erant. itaque memini optime illum dicere pro † hac rene adulteri rea in quam Syriacvs Vallivs, homo disertus, [ad] calumniam iurauerat. Erat genus iudicii tale: speciosum iuuenem dominus suus deprehendisse cum uxore in cubiculo testatus est et ob hoc uxorem suam dimisit. hoc nomine seruum adulteri postulatum dominus non defendebat, mulier in quam petebatur praeiudicium tuebatur. opus erat aliquo colore, cum in cubiculo uisa esset cum seruo et marito.

35 Otho Ivnivs nullam ⟨rem⟩ certam posuit, sed tantum circumuentam ⟨a⟩ uiro mulierem egregie tractauit; cuius actio quam utilis fuisset, statim adparuit Nigro Brvttedio dicente qui hoc colore usus est: arcessitum a domino seruum, ut inter se medius et dominam recumberet. illam non esse passam; maritum indignatum prosiluisse quasi ⟨in⟩

2 dixerant **BTa** dixerunt **A** || colorem **C** || 3 ut omniasse ut non esset **C** ut om̅i asseueret ut non esse **T**, *corr. Burs.* || 4 homine offensus **O**, *corr. Schult. O. Iahn* || affectanti **T** adfactanti **C**, *corr. Schult.* || 6 suo **C** || aliquid **A** || testem depanse **C** testem dep̃henderit an seruum **T**, *corr. Burs.* || 7 alteri enim non **B** || 8 Cotho **B** || controuersiam **C** || 9 dicenda **A** || 10 haerede *Burs.* Macrina *Haase* || reo **O**, *corr. Faber* || 11 ad *del. Opsopoeus*, actor *Schult.* || 12 iuditiale **T** iudicialem **A** iuditialem **B**, *corr. Gron.* || 13 dom' **A** || cum uxorem **C** || 14 et huc **C** et ob hoc **T** || 15 pro adultero **T** || 16 mulierem **T** muliere in **C**, *corr. Haase* || petebat **T** || 18 cum *om.* **A** || in *om.* **C** || 19 nulla certam **C** nullam certam **T** || 20 a *om.* **CTa** || egretiae **B** || 21 fuisset stim **B** || 24 regū haberet **C** rem haberet **T**, *corr. Burs.* || 25 in *add.* **Tb**

corruptorem. ⟨corruptiore⟩ usus est quam .... colore: dixit enim arcessitum seruum, ut dominicae libidini paparium faceret. SYRIACVS cum secunda ‖ actione hunc colorem urgueret, diserte multa dixit, inter quae et hoc: 'adulterum accusator in cubiculum usque perduxit, patronus in lectum', et paene causam abstulit. Et illud autem tum Syriacus uafre fecit et belle respondit: cum prima actione diceret, non posuit causam, sed argumentatus est; dixit probaturum se deprehensam in cubiculo cum seruo. NIGER BRVTTEDIVS cum ageret obiecit Syriaco, quod 36 causam non posuisset et [non] institit adsidue, quare non adpareret, quomodo seruus sollicitatus esset, quomodo perductus in cubiculum. cum responderet Syriacus, ait: primum non apud eundem praeceptorem studuimus: tu Apollodorum habuisti, cui semper narrari placet, ego Theodorum, cui non semper. deinde ⟨si⟩ quaeris, Niger, quare ego non narrauerim: ut ⟨tu⟩ ista narrares feci. Et contra Maximum Stertinium ⟨a⟩ quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit: per annos duodecim in officio ⟨tuo⟩ fui; dic quid in domo tua peccauerim? sed haec est consuetudo uestra: iniuriam ⟨uocatis finem seruitutis⟩. tamdiu uobis cordi sumus, quamdiu usui. Haec a Syriaco dicta magnis [et] excepta clamori-

1 * corruptiorem **O** ‖ quam **C** quē **T**, est inquam *Burs.*; *lacunam significavi* ‖ 3 facere **C** ‖ libidine actione **T** actionem **C** ‖ 4 urgeret **T**, argueret? ‖ 5 adulterium **CTa** ‖ accus(ss **B**)atur **CTa** ‖ 6 causa **C** ‖ 7 illud aū cum Syracū suma frae **B** illud aut cum Syriacus umafrę **A** illud cum Syriaco uafre **T**, *corr. Schult.* ‖ 8 facit **O**, *corr. Schult.* ‖ 9 non possunt **B** ‖ argumentotus **A** argumentan **B** ‖ 11 adiecit **Ta** ‖ 12 potuisset **C** ‖ 13 apparet **O** ‖ sollicitus **A** ‖ 14 quomo **B** ‖ cum *om.* **B** ‖ 16 studiuimus pollodorum **A** ‖ 18 si *om.* **O** ‖ quaeres **O** ‖ 19 tu *om.* **O** ‖ * narrare fecit **A** narrares tc **BT** ‖ 20 sternium **A** ‖ a *add.* **E** ‖ 21 fuisse **C** ‖ XII **O** quindecim **E** ‖ 22 tuo *add.* **E** ‖ fui sic **C** ‖ 23 iniuriam *om.* **T** ‖ uocatis finem seruitutis *add.* **E** ‖ 24 tamdiu **T** diu **C** ‖ cordis **C** ‖ usu **Ba** ‖ 25 et *delevi*, et magnis *H. Müller*

bus cum occurrerent mihi, praeterire non potui: ad 37 Othonem redeo a quo longius aberraui. Solebat hos colores qui silentium et significationem desiderant tueri; itaque et hanc controuersiam hoc colore dixit, tamquam in emendationem abdicatorum et reconciliationis causa faceret. hoc non detegebat, sed omnibus sententiis utebatur ad hoc tendentibus, tamquam: 'non possum, inquit, pati sine patre'. me autem sine te putas pati posse? quemquam autem patrem putas pati sine liberis posse? et illud: credite mihi, ‖ impium nihil de liberis duo patres cogitant. et illud: 'recipiat, inquit, suos; non possum sine te pati'. hoc fortasse illi placebit, quod ad tuum patrem reuerti uoles. et illud: non amas abdicatos? domum illorum occupa. amas? serua.

38 Dixit et illud: 'libenter, inquit, pauper sum': et ego. dicet aliquis: 'quare ergo in adoptionem diuiti filium'? recipiet excusationem si dixero: filii mei causa facio; honestius etiamnunc facio quam si filium ei traderem. et illud: hoc aut meum consilium est aut illius aut commune; consentiatis licet: duos senes iungit. et illud: o temerariam adulescentiae et incautam contumaciam! fortasse iam superuacua esset adoptio, si non repugnasset. ⟨et⟩ illud: non recipio; omnia licet facias, non ego ero pater orbo diuite. et illud in ultimo: scis et

1 occurrent **C** ‖ 3 colores adhibere qui **Tmg** ‖ significatione **C** ‖ 4 * uene **C** bene **T**, tueri *scripsi* ‖ hac **B** hoc **A** ‖ huius colore **A** ‖ 5 abdicaturus **O**, *corr. Gron.* ‖ 7 sentiam **A** sententiam **BT** ‖ 8 metuit sine **A** ‖ 9 aut **BT** ‖ 10 patre **C** ‖ patis **C** ‖ illiut **C** ‖ 11 mihil **CTa** ‖ 13. 14 attum **C** ‖ 14 soles **C** ‖ 15 ama. serua **O** ‖ 17 adoptione **C** ‖ diuitis **T** ‖ 18 recipiet **C** recipi $\overset{uo}{\text{nolo}}$ et **T**, accipiet *O. Iahn* ‖ 18 filium ei **C** ‖ 19 causam **T** ‖ honestius autem **T** ‖ quasi **T** ‖ 20 fili mei **BT** ‖ facerem **O**, traderem *Schult.*; filii mei ⟨causa⟩ fac. *Haase* ‖ aut] *ter* et *Schult.* ‖ 21 autilius **C** ‖ aut **A** ‖ 22 iungitis *Schult.* ‖ o *om.* **T** ‖ 23 ado(adhu **B**)lescentiam **O**, *corr. Schult.* ‖ et *om.* **O** ‖ 25 omina **Ta** ‖ 26 diuiti **T** ‖ scit se **T** scit set **C** *corr. Schott.*

me non inuitum esse pauperem; ego te genui, ego diuitias docui contemnere; sequere auctoritatem meam. nihil turpiter suadeo, nihil sordide concupisco; crede fidei meae, hoc fieri expedit. 'Quoi'? inquit: mihi, tibi, diuiti; nihil amplius dico. 39 Totam quidem bene dixit controuersiam, sed hoc genere, ut putares illo dicente sic esse dicendam, deinde mirarere, quid illi suspiciosa actione opus fuisset, cum aperta uti liceret. Belle de hoc uitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem legere. Glycon Spyridion ex altera parte satis dulcem dixit sententiam: *σώζωμεν οὓς ἀποκηρύττεις ὁμολογῶν ὅτι ἐφίλησας·* Artemon dixit: *οὐκ ἔστιν, ὦ πάτερ, τῶν βεβαίων κτημάτων πλοῦτος, ἔνθα πλούσιοι τρεῖς ἀπόρρητοι ὑπαντῶσιν.* Hermagoras dixit: *περιελευσόμεθα τέσσαρες ἑνὸς ἀπόρρητοι.*

## ⟨CONTROVERSIA X.⟩

Vir et uxor iurauerunt, ut si quid alteri optigisset, alter moreretur. Vir peregre profectus misit nuntium ad uxorem, qui diceret decessisse uirum. uxor se praecipitauit. recreata iubetur

1 innisum **CTa** ‖ ienui **B** ‖ 4. 5 quod inquid me **O**, *corr. N. Faber* ‖ 6 inquid **O**, quidem *Burs.* ‖ 7 illos dicentes **C** ‖ dicendam sic esse **T** ‖ 8 mirare **C** ‖ pp; fuisse **C** ‖ 9 aperta utilliceret **C** aperte illiceret **T** ‖ 10 agebat **AT** ‖ auraem **B** ‖ tegere **O**, *corr. I. Lipsius* ‖ 11 Clicon Scyridion **O**, *corr. N. Faber, Burs.* ‖ 12 fecit sententiam **T** ‖ * *σώζωμεν οὓς*] ΟΤΙΟΜΟΝ ϹΥϹ **O** ‖ ΑΠΟΚΝΡΠΕΙ **O** (—ΚΗ— **TV**), *corr. Haase* ‖ 12. 13 ΟΜѠΛΟΤѠΝ **C** ‖ ΟΙΕ (ΒΙΕ **V**) ΕΦϹΙΛΗΓΑΕ (—ΑΝΤΑΕ **A**) **O**, *corr. Haase* ‖ ΟΥΙϹ (ΟΥϹ **B**) ϹΙΤΕΝϹ ΙΑΤΗΡ (ΓΙΑΗΡ **TV**) ΤѠΝ ΒΕΒΑΙΟΝ ΚΤΗ ΜΑΤѠΝΙ (ΚΤΗ´Ε **T**)ΜΑΤѠΗ **TV**) ΠΛΟΥΤΟΙϹ **O**, *corr. Burs.* ‖ 14 * ΕΝΘΕ ΙΤΑΟΙϹΙΟΠΡΙΤ (ΙΤΑΟΙϹΙΟΤΙΡΙΤ **A** —ΠΡΙΖ **TV**) ΑΤΟΡΡΕϹΤΟΙ ΥΠΑΝΤѠϹΙΝ **O** ‖ 15 ermacotas **C** ermecotas **TV** ‖ 16 ΠΕΡΙΕΛΕΥϹΟΜΕΘΑ (ΜΕΕΑ **TV** ΜΕΟΑ **A**) **O** ‖ ΑΠΟΡΡΗΤΟΕΙ **O**, *corr. O. Rebling* ‖ 19 moneretur **B** ‖ profectu **C** ‖ 20 decessisset **C** discessisse **T**

a patre relinquere uirum; non uult. abdicatur.

1 Porci Latronis. Dii immortales, qua debetis prouidentia humanum genus regitis: effecistis ut illud non periculum esset amantis sed experimentum. Cesti Pii. Antequam iuraremus diu haec inter nos tacita lex erat. Si abdicata fuerit, non uiuet. hoc illi pater non credit. non est nouum; nec uir credidit. Quaeris quod iusiurandum fuerit? 'ita patri placeam'. Fvsci Arelli patris. Iam, uxor, non nauigabo, non peregrinabor. fides tua me timidum fecit. 'Mentitu's', inquit; hoc solemne est amantibus; ideo [non] nisi iurantibus non credimus. Hos diuidere uult socer quos ne mors quidem diuidet? 'moriar', ⟨inquit⟩; 'habeo et causam et exemplum: quaedam ardentibus rogis ⟨se⟩ maritorum immiserunt, quaedam uicaria maritorum salutem anima redemerunt. quam magna gloria breui sollicitudine pensata est! O te felicem, uxor! inter has uiua
2 numeraris'. Marvilli. Adsiduae contentiones erant: 'ego magis amo'; 'immo ego'. 'sine te uiuere non possum'; 'immo ego sine te'. qui solet exitus esse certantium, iurauimus. respexistis nos, dii, quos numquam uiolauimus. Hisponis Romani. Difficile est, iudices, eorum secretorum causas reddere, quae amantibus etiam sine ratione iucunda sunt. nec est quod putetis de abdicatione hodie tantum illius agi: de spiritu agitur. scitis quemadmodum

1 abdicat **B** ‖ 3 dū mortales **A** ‖ 5 poriculum **B** ‖ 7 abducta *O. Iahn* ‖ 8 huius illi **CTa** ‖ 10 areilli **B** ‖ 11 uxo **B** ‖ 12 * mentitus **C** mentius **T** ‖ * hic **C** hic est **T** ‖ 13 amantibideo **C** ‖ non *deleui* ‖ non *om.* **T** nos *Burs.* ‖ 14 diuidit **O**, *corr.* **E** ‖ 15 inquit *add.* **E** ‖ abeo **O** ‖ excausa **A** excusa **B** exclusa **T**, *corr.* **E** ‖ et ero exemplum **T** ‖ 16 rogistorum **O**, *corr.* **E** ‖ miscuerunt **OE**, *corr. Schott* ‖ 17 animam **C** ‖ 18 magnā **CTa** ‖ gloriā **C** ‖ ei: **B** ei' **A** eius **T**, breui **E** ‖ 23 respexisti **C** ‖ dignos **O**, dii nos **Tmg** dii quos *Schott* ‖ 28 illis **C** illos **T**

suos amet: non magis sine patre ui uere potest quam sine uiro. IVNI GALLIONIS. Socer — hoc 3
enim te appellabo quamdiu uixero — quid sibi uolunt altiores gemitus et fortiora inter lacrimas suspiria? nescio quid uideris fortius, puella, promittere. non sum tanti, ut bis pro me pericliteris. ARGENTARI. Nocet illi indulgentia suorum. in duo pericula mulier incidit, quorum neutrum esset experta, si aut minus amaret uirum aut minus amaret patrem. ALFI FLAVI. Nec est qui putetis illi facilius istius esse desiderium: et patrem amat tamquam mori iurauerit.

Pars altera. P. ASPRENATIS. Nempe si quid 4
acciderit uiro, uxor peritura est; et si bene filiam meam noui, peritura est, si quid genero meo acciderit. filia mea moritura est: adiciam quod sit indignum: si quid filiae meae acciderit, uir eius uicturus est. Vide qua te lege constrinxeris: si ⟨parueris uiro, morieris, patri si⟩ parueris, uiues. BLANDI. O conditionem aequam! alteri uitam debet, alteri deuouet. PAPIRI FABIANI. 'Non possum', inquit, 'relinquere uirum'. quicquam non potes quae mori potes? Paene qui falsae mortis nuntium miserat, uerae recepit. Vir dum nimis amat uxorem, paene causa periculi fuit; uxor dum nimis amat uirum, paene causa luctus fuit; pater dum nimis amat

1 ament **BT** amen **A** ‖ 2 socer huius **AaTa** ‖ sic enim **Tb** ‖ 5 fortibus **CTa** ‖ 6 non s̄ **A** ‖ 7 dua **Ba** ‖ 8 esperta **C** ‖ 9 *uerba* aut minus amaret uirum *bis scr.* **B** ‖ 10 est quod **Tb** ‖ 11 et patri narrabat **O**, *corr. Schott* ‖ 12 murmurauerit **AT** murmorauerit **B**, *corr. Haase* ‖ 13 nēppe **A** N· nempe **T** ‖ 14 uiro aut peritura **C** uiro peritura **T**, *corr. Burs.* 15 genere **C** generi **T** ‖ 17 quid **C** ‖ 18 ate **Ta** ‖ construxeris **T** contrinxeris **C** ‖ *uerba* parueris ... si *add. Haase* ‖ 20 et quā **C** quā **Ta** ‖ 21 deuouit **T** dououet **A** ‖ 22 Quid inquam **T** ‖ 23 falsum **O**, *corr.* **E** ‖ miserit **T** ‖ 24 uere **C** uirum **T**, *corr.* **E** ‖ recipit **C** recipis **T**, *corr.* **E** ‖ 25 amaturum **B** ‖ causa *om.* **A**

filiam, abdicat. seruate ⟨di⟩ totam domum amore mutuo laborantem. 'Moriar', inquit: hoc patri minaris, uiro promittis. Potes sine uiro pati; peregrinationem eius tulisti. Facilius potest carere eo cui spiritum debet quam eo cui inpendit.

5 Et haec controuersia non eget diuisione; nam praeter illam quaestionem, an pater abdicare possit propter matrimonium, reliqua, cum ad aequitatem pertineant, tractatio||nis sunt. optimam tamen quaestionem coniecturalem LATRO fecit; proposuit illam: an etiamsi non malo aduersus uxorem animo [fuit] maritus fecit, tamen tam temerarius et inconsultus relinquendus sit; deinde: an etiam malo aduersus uxorem animo fecerit. FVSCVS ARELLIVS iuris quaestioni subiecit, non posse illam discedere a uiro: nam et hoc illam iureiurando obligauit. hunc enim animum sine dubio fuisse iurantium, ut uiui non diducerentur, ⟨cum illud quoque cauerint, ne morte
6 diuiderentur⟩. LATRONI contrarium uidebatur onerari iurisiurandi inuidiam, cum extenuari deberet: illud iusiurandum contra fortunam uidetur, hoc etiam contra patrem. CESTIVS contra fecit et ⟨ex⟩ toto dixit iureiurando illam liberatam illo casu; solutos ipsos uinculo religionis et ideo non futurum periculum uxori, si quid accidisset uiro. SILO POM-

1 filiū **Ta** || di *add. Schult,* || amoruttuo **A** || 3 potest **C** || peregrinatione **A** || 4 potes **O**, *corr. Burs.* || qui **O** *et* 5 ego qui **O**, *corr. N. Faber* || 6 eret hii **C** erat ī **T**, eget *Haase* || diuinatione **O**, *corr. N. Faber* || 7 illa **C** || an] hanc **Ba** || posset **O**, *corr. O. Iahn* || 8 relinqua **C** || equitantem **B** || 9 tractationes **T** || 11 an *om.* **A** || etiam sine **T** || fuit *deleui*, illut *Burs.* || 12 tamen ut tam **T** || tantē erarius **A** || in consulatus **Ta** || 13 relinquendū s **A** || ante etiam **C** || 14 questionis **C** questiones **T**, *corr. Burs. an* quaestionem? || 15 posset **C** || 18. 19 *uerba* cum ... diuiderentur *add.* **E** || 19 uidebant **B** uidebantur **A** || honorari **CTa** || 20 inuidia **C** || extenuare **C** || 21 Et illud **O**, *corr. Burs.* || 22 ex *add. Haase, W. Müller* || 23 dixit iurando **C** || illam] iam **E** || libertatem **Ta** || 25 uxoris **O**, *corr. Haase* || sic quid **C**

PEIVS contra dixit illam teneri iureiurando et adiecit, etiamsi repudio diducta fuerit, non tamen solui foederis pactionem; 'et ideo', inquit, 'honestum morti nostrae titulum uindico, ne si quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar, aut illa pro alieno uiro'.

HISPO ROMANIVS hoc colore usus est: iusiurandum iocosum fuisse; 7 sicut multa cotidie iurarent amantes et ipsam iurasse; itaque oblitum se eam iurasse misisse nuntium, ut experiretur ⟨an⟩ affectus uxoris permaneret. uxorem intellexisse falsum nuntium esse et ex eo se loco praecipitasse, ex quo praecipitata perire non posset: 'ut quomodo ego illam', inquit, 'falso nuntio terrueram, sic illa [inquit] me falso periculo terreret'. MARVLLVS praeceptor noster licenter uerbo usus est satis sensum exprimente, cum diceret uxorem intellexisse mariti mendacium: et ipsa aduersus temerarios mariti iocos relusit. Hanc controuersiam memini ab OVIDIO ‖ 8 NASONE declamari aput rhetorem Arellium Fuscum cuius auditor fuit; nam Latronis admirator erat, cum diuersum sequeretur dicendi genus. Habebat ille comptum et decens et amabile ingenium. oratio eius iam tum nihil aliud poterat uideri quam solutum carmen. Adeo autem studiose Latronem audiit, ut multas illius sententias in uersus suos transtu-

1 tenere **A** ‖ 2 deducta **C** ‖ 4 mortem **C** ‖ nostrae *om.* **T** ‖ uedico **Ta** ‖ nes quit **A** ‖ 5 mėoriar **B** ‖ 7 romanus **T** ‖ huius colore **A** ‖ 8 locorum **CTa** iocorum **Tb**, *corr.* **E** ‖ 9 * ipsum **O** ‖ se an iniurassent **C**, *corr. N. Madvig* ‖ 10 an *add. Madvig* ‖ 11 perueniret **C** non ut (ut *add.* **Tb**) perimeret **T**, permaneret *Madvig* priusquam perueniret *Burs.* ‖ 14 inquit *del. Schott* ‖ 15 marilius **O** ‖ 16 licerter **A** ‖ uerbi **C** ‖ 17 exprimentū **A**, ⟨tamen⟩ exprimente *Schult.* ‖ 18 locos **Ta** ‖ 19 meminero uideo **CSTa** memini me uidere **Tb**, *corr. I. Lipsius* ‖ *Hinc desunt in* **A** *duo folia usque ad p.* 186, 3 non possum. ‖ 20 nasonē **T** ‖ declamare **Tb** ‖ 21 aditor **B** ‖ lataronis **B** ‖ erit **B** ‖ 22 habebat enim **Tb** ‖ 23 illū **Ta** ‖ cōtum **B** constare **Ta** constans **STb**, *corr. Haase, Burs.* ‖ admirabile **T** ‖ 25 latrone **B** ‖ audit cū **BT**

lerit. In armorum iudicio dixerat LATRO: mittamus arma in hostis et petamus. NASO dixit:

[met. XIII, 121 sq.] Arma uiri fortis medios mittantur in hostis;
Inde iubete peti.

et alium ex illa suasoria sensum aeque a Latrone mutuatus est. memini Latronem in praefatione quadam dicere, quod scolastici quasi carmen didicerant: non uides ut immota fax torpeat, ut exagitata reddat ignes? mollit uiros ⟨otium⟩, ferrum situ carpitur ⟨et rubiginem ducit⟩, desidia dedocet. NASO dixit:

[am. I 2, 11 sq.] Vidi ego iactatas mota face crescere flammas
Et rursus nullo concutiente mori.

9 Tunc autem cum studeret habebatur bonus declamator. hanc certe controuersiam ante Arellium Fuscum declamauit, ut mihi uidebatur, longe ingeniosius, excepto eo, quod sine certo ordine per locos discurrerat. haec illo dicente excepta memini: quidquid laboris est in hoc est, ut uxori uirum et uxorem uiro diligere concedas. necesse est deinde iurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos iusiurandum putas? tu nobis religiosum nomen fuisti; si mentiremur, illa sibi iratum patrem inuocauit, ego socerum. Parce pater: non peierauimus. Ecce obiurgator nostri quam ‖ effre-

1 marmorum **T** ‖ mutamus **B** ‖ 3 mittatur **B** ‖ hostes **T** ‖ 4 iubet **BTa** ‖ 5 sua schena sensum **T** suasa sensus **B**, *corr.* **Tb** ‖ quē **Tb** que **Ta** et quę **B**, *corr. Haase* ‖ 6 mutatus **BTa** ‖ praefacio **B** ‖ 8 immot **B** ‖ et ignes ex. restituat **E** ‖ 9 uires ? ‖ otium *om.* **BTa** ‖ 10 et rubiginem ducit *om.* **O**, ferrum situ rubiginem ducit **E** ‖ ⟨uirtutem⟩ desidia *Haase* ‖ desidiā **T** ‖ 12 facet **B** ‖ 13 conuentemmor **B** ‖ 14 habebat **B** ‖ 15 controuersia **B** ‖ 16 fuscus **Ta** ‖ ingeniosis **B** ‖ 18 iocos **B** ‖ discurreret *Schott.* ‖ 21 permittasi **B** ‖ 23 numen *N. Faber* ‖ mentiremus **Ta** ‖ 24 socrum **BTa** ‖ patrem **BTa** ‖ 25 peieorarauimus **B** pei errauimus **T** ‖ obiurgatur **BT** ‖ effremato **B**

nato amore fertur! queritur quemquam esse filiae
praeter se carum. quid est quod illum ab indul-
gentia sua auocet? Di boni, quomodo hic amauit 10
uxorem? amat filiam et abdicat; dolet periclitatam
esse et ab eo abducit, sine quo negat se posse ui-
uere; queritur periculum eius, qua paene caruit hic,
qui amare caute iubet. Facilius in amore finem
inpetres quam modum. tu hoc optinebis, ut ter-
minos quos adprobaueris custodiant, ut nihil fa-
ciant nisi considerate, nihil promittant nisi ut
⟨tu⟩uis facturi, omnia uerba ratione et fide pon-
derent? senes sic amant. Pauca nosti, pater, cri-
mina: et litigauimus aliquando et cecidimus et, quod
fortasse non putas, peierauimus. Quid ad patrem
pertinet quod amantes iurant sibi credere? nec ad
deos pertinet. Non est quod tibi placeas, uxor, 11
tamquam prima peccaueris: periit aliqua cum uiro,
periit aliqua pro uiro; illas tamen omnis aetas ho-
norabit, omne celebrabit ingenium. Fer, socer, fe-
licitatem tuam. magnum tibi quam paruo constat
exemplum! in reliquum ut iubes diligentiores facti
sumus; errorem nostrum confitemur; exciderat iuran-
tibus esse tertium, qui magis amaret: sic, di, sit
semper. Perseueras, socer? recipe filiam: ego qui

1 querit' **B**, *om.* **T** ‖ quamquam esse filiam **BT**, *corr. Haase* ‖ 2 praeteris **BT**, *corr. O. Rebling* ‖ quidem **BT**, *corr. Haase* ‖ quod ob illum **B** ‖ 3 amabit *Schult.* ‖ 5 abduit **B** ‖ 6 quam paene necauit *I. Lipsius* ‖ 7 qui *del.* **Tb** ‖ amaret **BTa** ‖ 8 inperes *I. Lipsius* ‖ tu hoc optionibus et **B** tui hos optionibus inpetres **T**, *corr. O. Iahn* ‖ 9 quasi adprobaturi **BT**, *corr. Burs.* ‖ faciam **B** ‖ 10 utius **BT**, ut tu uis *Burs.* citius *uel* ut ius in se acturi *Schult.* ‖ 12 ament **Ba** ‖ carmina **Ta** 13 litigamus **T** ‖ cecimus **B**, cecidimus **ET** decidimus *Gron.* ‖ et fortasse quod non **BT**, *corr.* **E** ‖ 14 peiorauimus **B** ‖ 15 quid **B** ‖ iurent **T** ‖ nec ad eos **BT** ‖ 17 primū **Tb** ‖ perieris *N. Faber* ‖ perit **BT** ‖ 18 perit **T** per **B** ‖ honorabit' omnis celebrauit **B** ‖ 19 per socer **BTb** per soceri **Ta**, *corr. Gron.* ‖ 20 tua **B** ‖ 21 dilientiores **B** ‖ 22 exciderantur antibus **B** ‖ 23 sic desit semper **BT**, si desipere *Haase* ‖ 24 seueras **B** perseuera **T** ‖ filia **B**

peccaui poena dignus sum; quare uxori notae causa sim, socero orbitatis? discedam e ciuitate, fugiam, exulabo, utcumque potero desiderium misera et crudeli patientia perferam. morerer, si solus mori-
12 turus essem. Declamabat autem Naso raro controuersias et non nisi ethicas; libentius dicebat suasorias. molesta illi erat omnis argumentatio. Verbis minime licenter usus est || nisi in carminibus, in quibus non ignorauit uitia sua sed amauit. manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, inuicem petiit, ut ipse tres exciperet, in quos nihil illis liceret. aequa lex uisa est; scripserant illi quos tolli uellent ⟨secreto, hic quos tutos esse uellet:⟩ in utrisque codicillis idem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit:

[art. amat. II, 24.] Semibouemque uirum semiuirumque bouem;

secundum:

[am. II, 11, 10.] Et gelidum Borean egelidumque Notum.

ex quo adparet summi ingenii uiro non iudicium defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naeuos fuisset.

1 nota **BT**, *corr. Schult.* || 2 sit **BT** || 3 exultabo **B** || 4 referam . morer **B** || 6 set **BT**, *corr. Schult.* || 7 moleta **B** || uerbis *om.* **Ta** || 8 est nō in **T** || 9 uita **BTb** uitam **Ta**, *corr.* **Tmg** || meā **Ta** suam **Tb** || 11 petit **BT** || 12 ipsi **STb** || accipiant **Ta** exciperent **ESTb** || nihil le **Ba** || illi **Ta** || 13 scripserunt **O**, *corr.* **E** || 14 *uerba* secreto ... uellet *add.* **ETmg** || nutrisque **B** de utrisque **T** || 16 fuissent **B** || alibi nouanus redo (rerdo **Ta**) **BTa** || 18 simouobemque **B** || semiuirum **B** || 20 boream **BT** || 21 adpareret **B** || summum genus **BTa** || 22 defuisse s; **Ta** || pescen ad c̄dam **B** || 23 facem essem **B** || 24 neuus **T** || esset **E**, inesset *Burs.*

## ⟨CONTROVERSIA XI.⟩

Raptor nisi et suum et raptae patrem intra dies XXX exorauerit, pereat. Raptor raptae patrem exorauit, suum non exorat. accusat dementiae.

Porci Latronis. 'Timore iam, inquit, moriar'. 1
dic ergo uerum; non flebo. Quid contremescis, senectus? quid, lingua, trepidas? quid, oculi, obstupuistis? nondum est tricesimus dies. Vitam rogas? dedi et perdidisti. 'Mori', inquit, 'filium uis'. ego te mori uolo? immo furor tuus, illa caeca et temeraria cupiditas, et inter haec pater illius, qui nimis cito exoratus est. Quare tam cito senex ille remisit iniuriam? ne tristiore quidem uultu expugnatam filiae pudicitiam tulit. timeo ne uerum sit quod audio, ne nouo inauditoque more de nuptiis puellae uitiator exoratus sit. Cesti Pii. Quo 2
melius de sene iudicare possitis, narrabo me iuuenem. habui patrem sanae mentis, nec tam seuerum ut crudelis esset, nec tam indulgentem ut incautus. duxi uxorem quam pater iusserat et tamen nuptiarum mearum me paenitet. Fili, nonne saepe excandui, saepe reconciliatus sum, saepe quod nega-

2 sum **B** ‖ 3 raptor *om.* **B** ‖ patre **B** ‖ 4 sum **B** ‖ accusatur **T** ‖ 6 moriar inquid moriar odie (hodie **T**) ego uerum (uirum **T**) non fleo **BT**, *corr. C. Wachsmuth* ‖ 7 qui contremescit **B** ‖ 8 ostupuistis **T** exstipuistis **B** obtorpuistis **E** ‖ 10 perdidisse **B** ‖ 12 *post* cupiditas *lacunam susp. W. Müller* ‖ illis qui **BbTa** iłł qui **Ba** ‖ 14 me tristiorem equidem **T** ‖ uult **O**, *corr.* **E** ‖ 16 quid **B** ‖ re nouo **B** re noua **Ta** te nouo **Tb** ‖ 17 uiciat' **B**, *om.* **T**, *corr. Burs.* ‖ exomasit **B** exomassit **T** ‖ Cest **B** ‖ 18 des herede **B** de herede **T**, *corr. O. Iahn* ‖ diiudicare *O. Ribbeck* ‖ possit his **B** positis **Ta** ‖ iunene **Tb** ‖ 21 luserat **B** ‖ 22 ī·meo **B**, *an* filio meo? ‖ excanduissepe **B**

ueram dedi? Ipse dispensasti XXX dies, ut haberet primos socer, medios reus, nouissimos pater. Ne omnia ⟨uitia⟩ a prima adulescentia repetam, uirginem rapuit, patrem accusat: haec intra dies XXX. Putas me accusatori promissurum quod filio negaui? 'Impetraui', inquit, 'ab illo': alii aiunt illum a te. mediis me diebus accusas. ⟨cur⟩ rapuisti
3 uirginem, cum tam libenter uiueres? Arelli Fvsci patris. 'Moriar', inquit: etiamnunc minaris? nondum rogas? 'Quousque', inquit, 'rogabo'? iam lassus es nec adhuc ullum rogasti. 'Non possum', inquit, 'exorare tam diu'. nouo more obicit dementi constantiam. 'Quid ergo? tu poteris uidere morientem filium'? fortasse non potero et ideo irascor dum licet. Pompei Silonis. Haec audacia eius ex parte culpae meae est: nimium indulgenter nutritus est, omnia sibi putat licere, nihil umquam me rogauit. 'Ignouit', inquit. ita aliquis ante me rogatus est? Non nosti conditionem legis tuae: in hac culpa ⟨qui⟩ pares sententias habent, pereunt. ipse se ad alienam misit, lex illum admisit ad meam. 'Raptor nisi et suum et raptae patrem exorauerit pereat'. uis scire lex ‖ utrum maluerit? non exorari: irascitur. ex duobus patribus eum raptor accusat, qui legem sequitur.
4 Arelli Fvsci. Miraris me dubitare? ipsa lex inter mortem et nuptias dubia est. Quid me intempestiuae

1 dispensastis **Ba** ‖ et haberet **B** ‖ 2 nouissim' **B** ‖ 3 uitia *add.* **E** ‖ a *om.* **BTa** ‖ adulescentiā **BTa** ‖ 4 hoc intra **E** ‖ 5 promisserum **B** ‖ 6 ali **BTa** ‖ 7 medis **BTa** ‖ cur *addidi* ‖ 8 et cum **BT** ‖ 9 miraris **B** ‖ 10 q (i above) us:que **B** quisque **Ta** quid **Tb** ‖ 10. 11 adullum huc **Ta** ullum adhuc **Tb** ‖ 12 demente **B** dementie **T**, *corr. Burs.* ‖ 15 culpe me ē **B** ‖ 17 ne illum quam **BTa** nec ille umquam **Tb**, *corr.* **E** ‖ 18 et **BT**, ita **E** ‖ 19 culpa res sentias **BT**, *corr. Kon.* ‖ 20 ab aliena **B** ‖ 21 mea **B** ‖ sum **B** ‖ 22 patre **B** ‖ pareat **T** ‖ 23 utram **T** ‖ exoratio **B** exoratus **T**, *corr. Burs.* ‖ 26 intempestiue **B T**

proditis lacrimae? nondum erat tempus fatendi. non est quod tibi quicquam promisisse lacrimas putes: fleo quod necesse mihi est filium spectare morientem. Quid facturus sim adhuc nescio; utique tu ante tricesimum diem nescies. 'Exoraui', inquit, '⟨raptae⟩ patrem'. quid ergo mihi molestus es, si hoc tibi satis est? Osci. Effregit fores et identidem leges inuocantem coegit pati stuprum: nisi tam facile puellam exorauit quam patrem. Mortem uitiatione meruit, accusatione deprecatur; consumuntur interim dies. uter nostrum illos consumit? 'Rogo', inquit. non est fortunae meae rogare; nunc ego rogari debueram qui periclitor. Papiri Fabiani. 5
Demens sum. uidelicet turpiter uiuo, meretricem amo, legem ignoro, dies tuos non numero. Ad iudices uocat iudicem suum. 'Ergo moriar', inquit. hoc si reo dicis, non curo; si iudici, uidebo; si dementi, non intellego. ⟨Demens, inquit, es:⟩ et huic aliquis ignoscere potest qui sic rogat? Vos mei iudices estis, iste habet suum iudicem nec potest inexorabilem queri quem nondum expertus est. Ivni Gallionis. 'Rogo', inquit. nunc, hic, sic? si 6
uolebas rogare, admouisses propinquos, amicos, maiorum imagines, lacrimas, repetitos alte gemitus.

1 faciendi **BT**, *corr. Schult.* ‖ 2 quiquam **B** ‖ 3 putas **BTa** ‖ nec essē ihoēm filium **STa** ‖ expectare **B** ‖ 4 facturis **B** ‖ utque **B** ‖ 5 scies **T** ‖ exorauis **B** exorabis **T**, *corr. N. Faber* exoraui eius *Schult.* ‖ 6 raptae *add. N. Faber* ‖ 7 * O · sciet fregit **B** O si et ffregit **T** ‖ 8 facilem **B** ‖ 9 morte uita tionem **BT**, *corr. Gron.* ‖ 10 deprecatus **T** ‖ consumunt **B** ‖ 12 nunc **Tb** tunc **BT**, *corr. Burs.* ‖ me **T** ‖ * rogari **BTa** rogas **Tb** ‖ 13 * rogare **BT** ‖ fablani **B** ‖ 14 * uides **BT** uides nimirum **E**, iudices *Haase* ‖ 15 leges **B** ‖ ñ ignoro numero **B** ‖ 16 uocati **BTa** uocatus **Tb**, *corr. Burs.* ‖ ad indicem **T** ‖ sum **BT**; *uerba* ad iud. . . . suum *post* intelligo *u.* 18 *transp. Burs.*, *post* rogat *u.* 19 *Haase* ‖ 17 ridebo *O. Ribbeck* ‖ 18 *uerba* demens i. es *add.* **E** ‖ 19 hic **B** ‖ 20 ñ sum **B** ‖ 21 exorabilem **B** ‖ 22 hic sit si **BT** ‖ 24 imagine **B** ‖ gemitos **B**

testor deos, sic rogaturus fui puellae patrem. Quando inuitum uultum in supplicis habitum summiseris, cum dixeris: 'paenitet quod rapui, quod te priorem ‖ non rogaui'; cum dixeris te dementem fuisse, deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cum tua matre. me miserum, quam paene promisi! ⟨dura⟩, anime, dura; here fortior eras. et multum habeo quod deliberem; diuersi me adfectus distringunt, inter reum et patrem distrahor; hinc iniuria est, hinc natura. Quid properas? nemo tibi praeter me rogandus est. 'Ergo', inquit, 'misereberis'? nihil promittam ante tricesimum diem. O me miserum, quod tantum triginta diebus irasci
7 possum! longiore tempore opus erat. Audi a demente exempla huic crimini: denis uicenisque annis inter bella iuuentus consenuit; nos dies XXX ferre non possumus? Deliberabo: lex nihil uult temere fieri; magna res est, inquit: delibera, cogita, tempus accipe. Effregisti domum ciuis, ut dicis etiam misericordis. Morere: non est hoc nocenti graue; ego nihil peccaui: propter te mori cupio. ratio a me exigitur alienae culpae, meae potestatis. 'Quid ergo facturus es?' non pronuntiabo ante supremam. Quid miraris si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare quam crimen. Agedum in medium, senex, cuius misericordia crudelis sum: non putasti

2 * inquit multum **BT**, ⟨rogo⟩ inquit . quando u. *R. Wachsmuth* quando inquam uultum *Schult.* ‖ suppliciis **BTa** ‖ 3 quod terriorem **BTa** ‖ 5 proprias quis **B** ‖ 7 poene **B** ‖ dura *add. Quintil.* IX 2, 91 ‖ durere forcior **BT**, *corr. Quintil. l. l.* ‖ 8 habebo **Ta** ‖ 9 inter eum **Ta** ‖ 12 mihi promittam **STa** ‖ 12. 13 miserum om̄e **BTa** m. me **Tb**, *corr.* **E** ‖ 15 crimine **B** ‖ 16 ēsenuit **B**, consenescit *Schult.* ‖ 17 uultemere **B** ‖ 18 magnas **B** ‖ 19 effecisti **B** ‖ cuius **B** ‖ 20 innocenti ? ‖ 22 culpae me **B** culpe nō meae **T** ‖ 23 sup̄remum **B** supremum **T**, *corr. Schult.* diem supremum *W. Müller* ‖ 24 quid si miraris si **BTa** ‖ 25 ag(ac **B**)endum **BTa** procede **E** ‖ 26 misericordię **B** mīē **Ta**

mecum deliberandum? unde tu scis qualem filium habeam? ego certe adhuc nescio qualem filiam habeas. Nullum tempus uni uerbo angustum est. 'Iam', inquit, 'angustum tempus est': et tibi uacat accusare? VIBI RVFI. Quis unquam praeter me ⟨sic⟩ 8 ignoscere iussus est? 'Iam', inquit, 'tempus angustum est'. ita non putas me subducere quantum supersit? 'Iam', inquit, 'tempus angustum est'. angustum erat, si duos rogare deberes. 'Angustum tempus est', exclamat, 'nescio quando rogem'. ergo me priorem rogare debuisti: non dico quia dignior sum qui prius roger, quia pater tuus; id quod minimum est, propius habito. huc uidelicet illa pars legis pertinebat: 'et ‖ suum patrem exoret'. P. ASPRENATIS. Sic aliquis exorat? sic deprecatur? apparet nunc te primum rogare. Demens sum: immo si uis argumentum, dabo tibi: filius meus moriturus est et nondum testamentum meum mutaui. CORNELI HISPANI. Multi me adfectus diducunt: necesse est de aliis querar, de aliis erubescam, de aliis timeam, de omnibus etiamnum deliberem. Ne ille quidem, quamuis dicatur nimis exorabilis, ignouisset, si sic rogatus esset.

Pars altera. ⟨ARELLI⟩ FVSCI patris. Me mise- 9 rum, pater! irae tuae detractum est nihil, [et] tempori multum. infelicior sum quam si neutrum exorassem; mortem timeo postquam mihi omnes gratulati

1 unde hiscis **B** unde aũ scis **T**, *corr. Burs.* ‖ 2 Ergo **BTa** ‖ filium **Ta** ‖ 3 ullum **B** ‖ 5 Biui **BT** ‖ sic *addidi* ‖ 10 qd roga **B** qd (quid **Tb**) rogem roga **T**, *corr. Burs.* ‖ 11 quia prius **BT** ‖ 12 tus **B** ‖ nimiũ **Ta** ‖ 13 proprius **B** ‖ Hoc uideo illa **BT** ‖ par **B** ‖ 14 paspnati **B** ps prem nati (nate **Tb**) **T**, *corr. Burs.* ‖ 15 appare **B** ‖ 16 demsum **B** ‖ 17 sit **BT**, est et *Burs.* ‖ meum *om. Schott* ‖ 20 alis q; rar decalis **B** ‖ alis **B** ‖ timeo **BT** ‖ 21 etiamnunc **Tb** ‖ 22 qua dicatur **Ta** qui dicitur **Tb** ‖ ignouisse **B** ‖ 24 alter **B** ‖ Arelli *om.* **BT** ‖ 25 detractu **B** ‖ et *om.* **E** ‖ 26 sũ utrum **Ta** ‖ 27 * homines **BT**

sunt. Quid tibi, optime socer, pro ista misericordia tua, qua mihi et patri meo pepercisti, precer, nisi superstitem filiam? Papiri Fabiani. Non possum dissimulare, pater: quod illum exoraui, tuum beneficium est; certe cum exoratus est, hoc dixit: aliud quidem suadebat dolor meus, sed quid faciam patris iudicio? misereor. Miserere, pater: scis quam breuis sit aduocatio mea. 'Misereor', inquit; uis uerum dicam quid dixerit? 'patris tui'. unde ego
10 miser ab hoc patre ueniens timerem patrem? Cesti Pii. Timeo mortem nec iam habeo cui peream. Marvlli. Si tibi tam pertinax aduersus me odium est, audacter quid sis facturus pronuntia; dic exorari te non posse. quid me incerta mortis expectatione suspendis? sollicitus inter somnos quoque uelut admotam ceruicibus meis securem expauesco. si non inpetro ut uiuam, hoc certe inpetrem ne diu moriar. Non est quod putetis legem in numero dierum angustam fuisse: ⟨est⟩ lex illius diu mori. Responde, pater: ⟨si⟩ seruaturus es filium, iam tempus fuit; si occisurus, iam tem||pus est. non possum metum sustinere ultra nec tormenta ⟨triginta⟩ diebus pati: et in me mihi aliquid licet. Blandi. Ita parum tibi contigit, quod solus periclitante filio non rogas?

11 Latro sic diuisit: an intra tricesimum diem raptor cum alio agere possit, sicut non potest qui

2 quā **B** q̨ qua **Ta** ‖ 3 Capiri Flabani **BT** ‖ *Hinc rursus inc.* **A** ‖ 4 dismulare **A** ‖ tum **C** ‖ 5 ali **C** ‖ 6. 7 patris tui misereor *uolgo, an* patris tui beneficio m. ? ‖ 8 breuis scis aduocacio **B** ‖ 9 qui dixeris **CTa** ‖ 10 ad hoc **Ta** ‖ uenens **A** ‖ 11 cur peream ? paream **T** ‖ 12 marilli **O** ‖ 13 quid si **A** ‖ tacturus **B** ‖ 16 securim **T** ‖ 18 putatis **CTa** ‖ 19 angusta **C** ‖ est *add. Burs.* ‖ ilius **B** ‖ 20 si *om.* **C** ‖ 22 haec (hec **T**) **O**, nec *Burs.* ‖ * triginta *addidi* ‖ diutius *Burs.* ‖ 23 pati (paci **B**) et **CTa** paucis et **Tb** ‖ imme mi **C** ‖ pereclitante **CTa** ‖ 26 an in **A** ‖ 27 raptor tum **B** ‖ filio **O**, alio *N. Faber;* cum ullo *Gron.* ‖ egere **C**

in custodia est, qui in carcere ⟨est⟩. etiamsi cum alio potest, an cum patre possit, quoi uitae mortisue arbitrium datum est: 'an illi accusare eum liberum est, quem mortiferum est non exorasse'? etiamsi cum patre potest agere, an ob id possit cuius faciendi potestatem lex patri dedit: 'ista enim ratione nihil licet, si aut exorari aut accusari ei necesse est'. deinde si potest agere, an debeat. Irascendi causas tractauit, quod rapuit, quod alium prius rogauit, quod me non rogauit, quod etiam accusat. Si non exorari ⟨a⟩ filio dementia est, an tamen damnari dementiae non possit, cum adhuc an exoretur incertum sit. hic paternos adfectus tractauit spem facientis. non probabat Fuscum, qui paulo apertius agebat: est ⟨contra⟩ controuersiam promittere. potest nihilominus et bonus agi pater et non exoratus. FABIANVS illam quaestionem fecit et in 12
ea multum moratus est: dementiae non posse agi nisi cum eo qui morbo fureret; in hoc enim latam esse legem, ut pater a filio sanari deberet, non ut regi. LATRO eleganter dicebat quasdam esse quaestiones, quae deberent inter res iudicatas referri, tamquam, an quidquid optauerit uir fortis aut tyrannicida accipere debeat: quoniam pronuntiatum est non debere, nemo iam hanc quaestionem tractat,

1 est *om.* C ‖ 2 posset quod O, *corr. Burs.* ‖ uite sue mortis sue STa uite mortisq: sue Tb uitae mortis siue C, *corr. Burs.* ‖ 3 cum illi CTa an illi STb, num illi *Burs.* ‖ 4 exarasse B ‖ 5 anobis O ‖ 6 iste C isti T ‖ rationem C ‖ 7 si aū Ta ‖ excusari Ta ‖ et irascendi T ‖ 9 causa C causā T, *corr. Burs.* ‖ 11 exorati C exorauit T, *corr. Burs.*, *qui* a *add.* ‖ 11. 12 tantamendam demencia non possum C tantam dementiam ferre non possum T, *corr. Burs.* ‖ 12 ante CTa ‖ 13 paterñ adfectos C ‖ 15 aperitus O ‖ contra *addidi* ‖ 17 * in eam quaestionem O ‖ 18 miratus O ‖ dementiam T ‖ 19 lata A ‖ 21 eteganter A ‖ 22 interre si indicatas C ‖ 23 an *om.* A ‖ an tyrannicida (—cidia A) CTa ‖ 24 quasiam B quasi iam AT, *corr. Burs.* ‖ 25 ēēt T ‖ hac C (huc A *ap. Haase*)

sicut ne illam quidem, an quidquid pater imperat faciendum sit. inter has putabat et hanc esse, an pater ob dementiam qui morbo ‖ fureret tantum accusari a filio debeat; aiebat enim manifestum esse e lege et de officio patris quaeri et fingi quasdam controuersias, in quibus pater furiosus probari non possit, ⟨nec⟩ absolui tamen propter impietatem nimiam, libidinem foedam. Quid ergo? aiebat, numquam utar hac quaestione? utar cum aliis deficiar.

13 Pollio Asinivs aiebat hoc Latronem uideri tamquam forensem facere, ut ineptas quaestiones circumcideret, ⟨set⟩ in nulla magis illum re scolasticum deprehendi. remittit, inquit, eam quaestionem quae semper pro patribus ualentissima est. ego [semper] scio nulli a praetore curatorem dari, quia iniquus pater sit aut impius, sed quia furiosus; hoc autem in foro esse curatorem petere quod in

14 scolastica dementiae agere. Gallio et superiore usus est quaestione et illam adiecit: an agi cum patre dementiae possit ob id quod fecerit, non ob id quod facturus sit. neminem iniuriarum accusari quod iniuriam facturus sit nec adulterii quod adulterium commissurus sit, ⟨ne⟩ dementiae quidem quod demens futurus sit. Atqui tu non, inquit, mecum agis quod non exorauisti, set quod exora-

1 sit ut C ‖ 3 quae morbo fieret O, *corr. Burs.* ‖ accu-ri sante C accusasi T ‖ 4 e filio B ‖ manifestius esse de lege O, *corr. Burs.* ‖ 5 fingi ad quasdam C ‖ 7 nec *om.* O ‖ 8 ego Ta ‖ 9 utar ce malis (malus T) O ‖ deficiam T ‖ 10 Polio O ‖ Asinus A ‖ uiderit C ‖ 12 set *addidi* ‖ nullam CTa ‖ 13 remitti . B ‖ 14 alentissima C ‖ 15 semper *del. Schult.*, *an* ego nempe? ‖ nulla P̄ R̄ C nullam pret̃ T, *corr. Schult.* ‖ 16 qui amicus B ‖ sit aut hoc autem aut ipsius (impius Bb) C ‖ qua C ‖ 17 hoc aut B ‖ 18 dementia (—iā Ta) augeret CTa ‖ 19 questiones C ‖ 20 patrem C ‖ dementia CTa ‖ 22 adulteri CTa ‖ 23 ne *add. Burs.* ‖ 24 futurum C futurus Ta facturus Tb ‖ adquid tu Ta at (ad A) quit tu C aliquid tu Tb, *corr. Haase* ‖ 25 egis (agis Ta) non quod ATa agis non in-

turus ⟨non⟩ es; puta enim hodie me exorari: demens non ero. demens uideor qui uno uerbo sanari possum? Lex XXX dies dedit, quia iudicauit aliquem duriorem futurum. etiamsi demens est qui non exoratur a filio, numquid et qui uicensimo? ergo non potes hoc nomine damnare me quod exoratus non sim; etiamnunc enim exorari possum. ita si uis uerum, agere mecum hoc crimine non potes; utique triginta dies exorari possum, post triginta queri non ‖ potes: aut crimen non habeo aut accusatorem. SILO POMPEIVS fecit quaestionem, qua GALLIO usus est, ⟨et adiecit⟩: nihil acturum adulescentem, etiamsi damnauerit patrem; nihilominus enim periturum, quia lex nullam aliam salutis uiam dedit raptori quam si exorauerit patrem. LATRO haec omnia quasi membra in aliquam quaestionem incurrentia tractabat, non ut quaestionem; tamquam hoc ipsum in illam aiebat quaestionem incurrere, in qua quaeritur, an raptor possit accusare patrem intra tricesimum diem. 'Nam cum dico: non potes accusare eum, in cuius arbitrio positum est moriaris an uiuas, non magis quam magistratum in ius uocare, quam de iudicibus tuis ferre sententiam, non magis quam miles in imperatorem suum animaduertere, adicio: non potes accusare; nihil enim tibi proderit, etiamsi damnaueris; morieris; lex enim si non exoraueris perire te uult; non

quid **B**, *corr.* **Tmg** ‖ exoratisti set **B** exorauisti et **A** exorasti et **T** ‖ 1 non *add.* **Tmg** ‖ 2 uno ne uerbo **CTa**, uno me u. sanare *uolgo* ‖ 3 qui **C** ‖ 5 numque et qui **C** num et qui **T**, *corr. Haase, W. Müller* ‖ 7 nosim **B** ‖ 8 si quis **O**, *corr. Gron.* ‖ ūrm **BT** ‖ age **A** ‖ crimen **CTa** ‖ 9 potest **O** ‖ ut si que (quae **A** quē **T**) **O**, *corr. Schult.* ‖ ad XXX dies exorare **T** ‖ diem **C** ‖ 10 potest **O** ‖ 12 nihic **B** ‖ et adiecit *add. Schult.* ‖ 14 nullam habeat aliam salutis uiuam **C** ‖ aliam causam salutis uiam **T** ‖ 16 haec quasi omnia quasi **C** ‖ 17 curentia **C** currentia **T** ‖ 19 in quā **C** ‖ rautor **C** ‖ 21 potest **O** ‖ cum in **CTa** ‖ 23 quam hodie **O**, *corr. W. Müller* ‖ 24 ille in **C** miles **Ta**, in *add.* **Tb** ‖ sum **C** ‖ 25 potest **CTa** ‖ 26 moreris **C**

exoras autem etiamsi damnas'. quare hoc non in quaestionis loco [non] ponebat? inbecillum putabat.
16 adparet enim ⟨non⟩ exigere legem ab eo ut exoret patrem, qui non habet quem exoret. puta enim patrem alicuius esse tam palam furiosum, ut nihil intellegat: hunc exorari a filio uult? atqui eodem loco est manifestus demens. Fvscvs parum hoc putabat ualens esse tamquam quaestionem, satis ualens tamquam argumentum; et illam alteram quaestionem, non posse cum patre agi eo nomine quod non peccauerit sed peccaturus sit, in aequitatis tractatione ponebat, cum diceret: agere mecum dementiae etiamsi potes non ⟨debes⟩. quid enim peccaui? non sum exoratus: nondum transiit tempus, ‖ etiamnunc exorari possum. Quam iniquum est nondum esse me nocentem et iam reum!

17 Omnes infamauerunt raptae patrem quasi cum raptore conludentem. Gallio dixit: ingenuam uirginem rapuit, si tamen rapuit. Silo Pompeivs eandem suspicionem in omnia contulit: 'exoraui', inquit, 'raptae patrem'. ita tu, cum exorabilem haberet patrem, rapuisti? Hispanvs dixit: omnia cito facta sunt: iste cito rapuit, ille cito ignouit. nisi demens

1 non ē questionis **C** non questionis **T**, *corr. Haase* ‖ 2 non *om.* **T** ‖ 3 non *add. O. Iahn* ‖ exiere **C** ‖ habeo **C** ‖ ut *om.* **C** ‖ 4 non habeo **C** ‖ putat **CTa** ‖ 5 esset an **C** esse an **Ta** esse aut **Tb** ‖ furiorē **C** ‖ 6 filio nō uult **T** ‖ atq; **O** ‖ eadem **B** ‖ 7 iustum **C** iustus **T**, *corr. Opsopoeus* ‖ 8 putabas **C** ‖ ualent **Ta** uales **C** ‖ 9 uolens **A** ‖ * alteram questionem satis ualens questionem **C** alteram satis ualentem questionem **T** ‖ 10 agri **CTa** ‖ 11 tracturus iste **C** tractaturus iste **T**, peccaturus sit *Vahlen, N. Madvig* ‖ iniquitate **CTa**, *corr.* **Tmg** ‖ tractationē **C** ‖ 12 dementia **T** ‖ 13 * et si iā si potes num quid enim **O** ‖ 14 tempus transit **T** ‖ etiamnunc temp; exorari **O**, *corr.* **E** ‖ 16 rerum **C** eeum **Ta** ‖ 17 inaamauer' **B** ‖ 18 ingenuus **T** ingenuas **C**, *corr. Schult.* ‖ 20 exorauit **O**, *corr. W. Müller* ‖ 21 imitatu **BVa** im mitatu **A** imitatur **Ta** miratur **STbVa**, ita tu *Schott* inuitam tu *Haase* ‖ haberes **CVb** ‖ 23 cognouit **B** ignorauit **T** ‖ demensum **CTa**

sum, aliquid suspicandum. ARGENTARIVS dixit:
rapta est et statim exorata; immo nescio an exorata,
deinde rapta. Spero te innocentiorem fuisse quam
uis uideri. tu exorasse te dicis, ego te exoratum
puto. dic, quid tibi cum socero conuenit? RVFVS
VIBIVS dixit: dic mihi, quid tibi conuenerit, quanto 18
tibi nuptias promiserit. non uis? tum, hercules,
fateberis cum dies uenerit. ASPRENAS dixit: 'iam,
inquit, non multum reliquum est ex XXX diebus';
si ex illo dies numerarem, cum primum exorasti,
aiunt iam XXX dies praeterisse. LATRO dixit, id
quod inter sententias scriptum est: 'moriar'; dic ergo
uerum. CESTIVS hac figura declamauit ut rogaret
patrem, tamquam exoratus esset raptae pater; deinde
ad hanc sententiam transiit: numquid peiorem causam habeo, si apud alterum iudicem uici? Eadem
figura declamauit et HISPO ROMANIVS, sed transiit
mollius: scio quid responderi possit mihi: facile est
domestico iudici satisfacere; uidero te, cum ad
raptae patrem ueneris. In hac controuersia TRIA- 19
RIVS dixerat: non scies an exores, nisi ultimus dies
uenerit; et tum quamdiu licebit ‖ perseuerabo. deinde
cum scolasticorum summo fragore: at tu quisquis
es carnifex, cum strictam sustuleris securem, antequam ferias, patrem respice. Belle deridebat hoc
ASINIVS POLLIO: filius, inquit, ceruicem porrigat,
carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem,

3 qua uis **Ta** ‖ 5 *et* 6 qui tibi *coni. Burs.* ‖ quando **O**, *corr. Burs.* ‖ 7 n̄ uictum hercules (*sed* s *eras.*) **T** n̄ uictum aergules **C**, *corr. Haase, Burs.*; nequiquam, me hercules, f. *Schult.* ‖ 8 iam dixit iam **O** ‖ 12 adoriar **A T Vb** agoriar **B Va**, *corr. N. Faber* ‖ *uerba* dic ergo uerum *bis scripta* **O** ‖ 16 iudicer **T Vb** ‖ *luci **A Va** duci **Ta** lucius **B Tb Vb** ‖ 17 romanus **T** ‖ 18 quod **T** ‖ respondere **C Ta** ‖ mihi possit **Tb** ‖ facili **C**, *an* facilius? ‖ 19. 20 ab raptae patre uenero? ‖ 22 et tūq; diu **C** et tum idino **T**, *corr. Schult.* ‖ legebis **A** tegebis **B** lugebis **T**, *corr. Burs.* negabis *Vahlen* ‖ 23 et tu **O**, *corr. Schult.* ‖ 24 strictum **C**

et dicat: agon? quod fieri solet uictumis. Sed ioco
quoque remoto aiebat rem uerissimam, non posse
carnificem uenire nisi eo tempore quo iam exorari
20 pater non posset. Cestivs ⟨ex⟩ altera parte hoc
colore usus est, quia priorem rogasset raptae pa-
trem: suspensum esse ⟨nolui⟩, uolui statim illum
securum esse de me; queritur quod illum potius
cogitare de matrimonio fili quam de periculo uolui.
Latro hoc colore usus est: scitis periclitantes alieno
arbitrio agere. illi qui circa erant sodales, qui oc-
currerant amici paterni, aiebant: eamus statim ad
raptae patrem; in eiusmodi casu illi rogantur; nam
21 raptorum patres rogant. Silo Pompeivs diuersum
colorem huic secutus est: nota erat, inquit, duritia
patris mei; itaque amici suaserunt, ad raptae pa-
trem iremus, ne noceret apud illam, tarde suum
exorari patrem. Hispo Romanivs bello idiotismo
usus est. Illuxit, inquit, amici; eamus ad raptae
patrem; occurramus, illud domi est. Fvscvs Arel-
livs dixit: prior rogatus est qui magis time-
batur. Triarivs a parte adulescentis dixit: timeo
ne mutetur etiamsi exoratus est. Hunc sensum non
inprudenter Silo Pompeivs inprobabat; aiebat enim
22 non posse mutari semel latam sententiam. Quidam
uoluerunt uideri cito exoratum raptae patrem, qui-
dam tarde. Fvscvs Arellivs dixit: magnam par-
tem legis consumpsi nec de mora queror: raptae
pater rogabatur. Cestivs non probabat et hac sen-

1 agori **C** || loco **CTa** || 2 remota **C** remotā **Ta** || possem **C** || 3 ueniri **CTa** || 4 ex *om.* **C** s; **T** || 6 suspensus **A** || nolui *addidi* || 8 patrimonio (—omo **B**) **O**, *corr. N. Faber* || 9 perclitantes **C** || 10 erat **B** || 11 agebat **A** aiebat **B** || 12 ubi (hubi **A**) rogantur **O**; *an* hi subito r. ? || 14 non erit **O**, nota erat *Gron.* nouerunt *Burs.* || quid **C** || 16 illum trade sum exori **C** illum q tarde exorari **T**, illam *N. Faber* || 17 romanus **T** || dotisimo **C** dotismo **T**, *corr. Gron.* || 18 uix̄ **C** uix **Ta** uis **Tb**, illuxit *Burs.* || 19 * occurremus **C** hoc curemus **T** || ille **Tb** || 22 * etiam **O** | est *om.* **T** || 23 inpudenter **T** || 24 mutare is semel **C** || 27 tegis **C** || 28 et hanc **C**

tentia usus est cum hunc colorem argueret: ‖ dum uult uideri rogatum diu raptae patrem, efficit ut uideatur suum diu non rogasse; malo autem uideri huius patrem tarde exorari, quam tarde rogari. HERMAGORAS solebat interdum diu scemata prosequi, interdum breuiter et fortius attingere, sicut in hac sententia fecit, cum suspicionem facere uellet inter raptae patrem et raptorem collusionis: *πέπεισται, φησὶν, ὁ τῆς φθαρείσης πατὴρ ὅλως ταχέως· μονονοὺ πρὸ τῆς φθορᾶς.* ARTEMON dixit: *λέγε, τί* 23
*σοι πρὸς τὸν πατέρα τῆς ἐφθαρμένης συμπεφώνηται; λέγε, πῶς πέπεικας; σιωπᾷς; φωρᾷ.* GLYCON dixit: *εἰ βραδέως ἐλεεῖς με πῶς ῥύσῃ; οὐκέτι* ΦΤΙΝΜ *κρυεροτέραν θανάτου μέριμναν, οὐ περιμενῶ σου τὸν ἔλεον.* Hunc sensum commodius dixit LEPIDVS, Neronis praeceptor: non misereris, nisi ultimo die? ego mei ante miserebor. DIOCLES CARYSTIVS a parte patris ethicos dixit: *ἐγὼ οὖν ἀποθάνω'; θάνε· εἰς τί γὰρ ἥρπαζες; εἰς τί γὰρ* ΕΟΕΟΥ; *εἰς*

1 arguendum **O**, *corr. Haase* ‖ 2 uultu **C** ‖ rogauit **B** ‖ paẜ **C** ‖ 3 sum **C** eū **T**, *corr. Burs.* ‖ 4 * hoc patrem **O** ‖ 6 fortios **A** forcios **B**, forticos = *φορτικῶς coni. Haase, Burs.* ‖ astringere *O. Iahn* ‖ 7 suspicione **C** ‖ 8 raste **C** ‖ φαρειcα πατερ οʌτωc [οaτωc **AT**] ταxxεωx ΜΟΝDΝΟΥ ΡΟ ΤΗC φθοραc [ΝCφεορa **A**] **O**, *ὅλως Haase ὄντως O. Iahn* ‖ 10 artem **O** ‖ đ **C** ‖ 10 *sq. Graeca sanare conatus est Bursian* ʌ[Δ **A**]ετεcε **ABV** aεγεcε **T** ‖ πcοι **BTV** ‖ 11 ριροcποn **BTV** ριροcaποn **A** ‖ 11 n[Ν **AT**]acερʌ **O** ‖ τnc **O** ‖ εφaRΜΕΝΕC **BTV** ΕΝφaΡΜΕΝΕ **A** ‖ cΥΜΤΙφω ΝΥΚΕC **BTV** aΥΜΤΙφuΝUΚΕCΤ **A** ‖ 12 aεcε πω πιc [πι **ATV**]πεικaιc **O**, *corr. Haase* ‖ ιωριο **B** ιaΗο **A** ιauπο **TV** ‖ 13 ΗaaDDεωc **B** Νaaaupεac **A** Ηaauορωc **TV** ‖ εʌιεc με κnc ρycιιc **O** ‖ ουκεcι **B** ‖ *μ' ὅπως ῥύσῃ οὐκ ἔστι· φθίνω Burs.* ‖ 14 κρuοτεραn adaτιοι[aοaτοι **B** adaτοι **V**] μεριnnan ου τιριnω [ρinω **A** πρinω **TV**] cου τοn εa[εʌ **V**]εοn **O** ‖ 15 hinc **A** ‖ lepibus **CVa** ‖ 16 praeceptori (praeceptorū **Va**) mişereris **TVb** ‖ misererereris **A** ‖ uultimo **C** multimo **Va** ‖ 17 ego met [me **CVb**] iam te **O**, *corr. Burs.* ‖ diocle **O** ‖ carictius **CV** ‖ 18 aperte **B** ‖ ethiccos **O** ‖ εbιω οn aτι [acι **ATV**] οcaριο [—aπο **TV** —aro **A**] οaΝε [aΝε **ATV**] ειc τι cιaρ ερπ[ερεπ **A**]aζεc ειc τιιaρ[τιnaρ **A** τιτaρ **V**] εοεου [εcεου **ATV**] εc πlaρεna [π·lapena **TV** τι-

*τί γὰρ ἐμαίνου; καὶ ταῦτα δὲ ἢ στήσας ἐνέδρας ἤ τι ὅμοιον.*

## ⟨CONTROVERSIA XII.⟩

Abdicauit quidam filium; abdicatus se contulit ad meretricem; ex illa sustulit filium. aeger ad patrem misit: cum uenisset, commendauit ei filium suum et decessit; ⟨pater⟩ adoptauit puerum. ab altero [pater] filio accusatur dementiae.

1 Porci Latronis. Qualem uidi! ipsa fungebatur officiis, sedula circa aegrotantis lectum in omnia discurrebat ministeria, non inpulsis tantum, sed laniatis capillis. Vbi est, inquam, meretrix? Venit ad me subito qui diceret: filius antequam moritur rogat uenias. non expectaui dum iste permitteret: amens cucurri. Cetera quemadmodum narrem nescio: steterim an sederim, quid locutus sim, quid audierim nescio; hoc unum scio, iacuisse me inter duos filios. Accede huc, puer, depositum, crimen meum; non habeo miser cui te moriturus commen-
2 dem. Cesti Pii. Recepi in sinum nepotem. uultis et hunc abdicem? duos filios sustuli; huic numero iam adsueui. Patrem accusat, fratrem infamat, infantem persequitur: rogo uos, non satius est meretricem amare quam neminem? Noui generis dementia arguitur: sanus eram si non agnoscerem

laᴘᴇɴᴀ **A**] ɪɴᴇᴛᴏ (*ἐμιαίνετο O. Ribbeck*) ᴋᴀɪ ᴛᴀʏᴛᴀ ᴀᴇᴛᴛᴏɴsᴀᴄ [ᴇᴛᴛᴏɴᴄᴀᴄ **A** ᴀᴇᴨᴄnsac **VC**, *ποιήσας O. Ribbeck*] ᴇɴᴇᴘᴀᴄ · ʜ ᴨɪ ᴏᴍᴏɪɴ **O** ‖ 5 et ex illa **TE** ‖ ex (et **A**) illas tulit **C** ‖ 7 pater *om.* **C**, pater post mortem ipsius adoptauit **STb** ‖ abi **B** ‖ 8 pater *om.* **Ba** ‖ accussatus **B** ‖ 9 Porci Latronis *om.* **Ta** ‖ ipsi **C** ipse **T** ‖ 10 seduir circa **STa** ‖ 11 inpulsus **A**, inpexis *Grut.* conuulsis *W. Müller* uulsis *O. Ribbeck* ‖ 12 hubi **A** ‖ ueniat **C** ‖ 15 am̃ succurri **Aa** tñ cucurri **T** ‖ 16 iste terim **B** si steterim **T** ‖ locus **CTa** ‖ 17 hoc unum hoc (huius **AT**) unum **C Ta** hoc tamen unum **S Tb** ‖ tacuisse *Schult.* ‖ 18 hoc **C** ‖ et crimen **Tb** ‖ 20 recipi **CTa** ‖ 21 tuli **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 22 patrem infamat **O** ‖ 24 meminem **B** ‖ 25 arguetur **A** argueitur **B** ‖ agnosceres **C**

meos. Tradidit infantem, expirauit; non habui cui redderem. Offerebam me propinquis, ⟨expectabam ut aliquis pro abdicato rogaret: nemo audebat propinquorum fratre cessante⟩; illi uidelicet in hac cogitatione tacebant: nos rogabimus, cum frater non audeat? 'Meretricis', inquit, 'filium recepisti': nempe eius quae meum receperat. Fateor aliquando me insanum fuisse: ‖ nesciui quis esset abdicandus, meliorem expuli. Papiri Fabiani. Quam nihil in 3
illa domo meretriciae uitae uidi! adsidebat mulier tristi uultu, adfecta, aegro simillima ipsa, demissis in terram oculis. 'Pater', inquit, 'nihil tecum frater locutus est'? in sinu meo et filium ⟨et animam⟩ deposuit. domum pertuli. Dementiam uocat quod infantem non abdicaui. quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogaret pro filio? Ignosco tibi quod tam durus es: aegrum fratrem non uidisti. ille magni modo successor patrimoni natus in lectulo precario moriebatur; non seruorum turba circumstabat, non amicorum; inter infantem et mulierculam deficientis adulescentis spiritus in aduentum meum sustinebatur. ut intraui, cadentes iam oculos ad nomen meum erexit fugientemque animam retinuit. 'pater', inquit, 'quod adhuc nihil deprecatus sum non contumacia feci; fratri mandaueram'. Indico tibi crimina mea: expirantem coheredem tuum ad uitam uolui reuocare; ut saluus esset rogaui deos, et licet dementiam uoces, si uixisset recepis-

2 *uerba* expectabam ... cessante *add.* **E** ‖ 4 illa **O**, *corr. N. Faber* ‖ 5 tacebat **O**, *corr. N. Faber* ‖ rogauimus **O** ‖ 6 auderet **Tb** ‖ 7 fatear **O** ‖ aliquandom enifanum **A** aliquando me infamē **T** ‖ 8 nescio quis esset abdicatus meliorem extuli **O**, *corr. Gron.* ‖ 10 meretricia fide uidit (uidi et **T**) **O**, uitae *Madvig, reliqua corr. Schult.* ‖ 11 ergo **A**, aegrae *O. Iahn* ‖ 13 meo filium posuit **O**, *corr.* **E** ‖ 14 demum **C** ‖ çuocat **A**, uocas? ‖ 15 non *om.* **C** ‖ 16 illo **A** ‖ 17 dusus **C** ‖ 18 illi **C** ‖ nactus **CTa** ‖ letulo **A** ‖ 20 et inter **T** ‖ fantem **Ta** ‖ 21 piritus **C** ‖ aduertum **C** ‖ 24 adhoc **C** ‖ 25 frater **Ta** ‖ 26 tum **O** ‖ 28 dixisset **C**

4 sem. Arelli Fvsci patris. Securior eram, quoniam putaueram illi omnia praestare fratrem, cum subito nuntiatum est in ultimis esse filium, nec hoc a fratre. O me miserum quod solum nepotem recepi! Albvci Sili. Vt uidit uxorem, uidit patrem, circumspiciebat et fratrem. Ivlii Bassi. Tibi debeo, mulier, quod habuit filius meus in qua domo aegrotaret. Pudet dicere: ut nepotem agnoscerem rogatus sum. Non potest uno crimine dementia intellegi. nemo sine uitio est: in Catone moderatio, in Cicerone constantia, in Sulla clementia ⟨desideratur⟩. ad summam, tres fuimus, omnes peccauimus: ego quod abdicaui, frater quod tacuit, tu quod pro fratre non rogasti. Non sum uno ‖ herede contentus, duos habere uolo et, quo magis concupiscam, habui. Misit ad me adfectus, aeger. non ibo? Mihi crede, aliter tu audis de coherede. Cogitate quis roget, pro quo roget, quem roget; uidebitis neminem negare posse, nisi qui accusare possit et patrem.

5 Altera pars. Porci Latronis. Quem honestius subiecit meretrix quam peperit. Pater istius incertus est; bene cum ipso ageretur, si et mater. Fvsci Arelli patris. Errat si quis me putat pecunia moueri. primum adsueui coheredem habere; deinde olim iam cum puero isto paterna diuisi, quia multo illi pater donauit plus quam suam partem. Ro-

1 securiorem quam **C** ‖ quam ut **Ta** ‖ 3 nuntiato **C** ‖ ne **B** ‖ 4 recipi **B** ‖ 5 silii **O** ‖ uidit fratrem **CTa** ‖ 7 habui **C** ‖ 9 sim **Ta** ‖ intendi *O. Ribbeck* ‖ 10 catone deratio **Ta** catonem deratio **C** ‖ 11 in summa **O**, *corr. Guilielmius* ‖ dementia **AT** ‖ desideratur *om.* **O** ‖ 15 uolui **T** ‖ quod **O** ‖ 17 adis **O**, audis *Haase, Madvig;* adii te coherede *Gron.* adii tertium ad deos de herede *Schult.* ‖ 18 quid **C** ‖ et uidebitis **B**, et *del. m. pr.* ‖ 19 rogare non posse **O**, *corr. Schult.*, exorari non posse *Gron.* ‖ 21 auera **A** ‖ quā **T** ‖ 23 fusi **A** ‖ 24 ſ q̄ sit · Me **B** si quis sit · Me **A** si quis sit qui me **T**, *corr. Burs.* ‖ 26. 27 qua (quā **Tb**) multa ille (illi **Tb**) frater plusquam sua parte **O**, *corr. Schult.*

MANI HISPONIS. Incidit in meretricem inter omnia mala etiam fecundam. uere mimicae nuptiae, in quibus ante in cubiculum riualis uenit quam maritus. ARGENTARI. Cum abdicaret, aiebat: hoc scilicet expectabo donec e meretrice liberos tollas? Mulier nescio an aduersus patrem iniuriosior quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti. ALBVCI 6 SILI. Sine ueniant illuc amici, sine propinqui: nunc erubescunt in domum meretricis accedere. Mulier, quae sine praefatione honeste nominari non potes, cedo istum uernam nulli agnoscendum; sed mater adserat. Seuerissimus pater abdicauit etiam quem sciebat suum. Erat in domo puer qui omnes uocabat patres. Adoptauit eius filium, propter quam etiam suum eiecerat. CEṢTI PII. Nullum genus iudicum recuso: si seueri erunt, nocebit isti quod recepit meretricis filium; si clementes, quod abdicauit suum. Clamauit pater: in domum ergo meam meretrix ueniet aut, quod turpius est, ‖ ⟨eius⟩ filius? ad illam iuit, misit in domum nostram publicum puerum. Quis illis nuptiis interfuit nisi abdicatus aut abdicandus?

7 LATRO sic diuisit: an pater ob ullam adoptionem accusari possit, an ob hanc debeat. Omnes infamauerunt adulescentem, quasi illius criminationibus factum sit ut frater abdicaretur; et ideo sententia laudatur FABIANI: nihil tecum locutus sum.

1 Spanis **CTa** spani **Tb** ‖ 2 malitiam **O** mala et **E**, *corr. Burs.* ‖ secundam **A** ‖ 3 mimice **O** ‖ Nustis **C** natis **Ta** nostis **Tb**, nuptiae, in *Madvig* ‖ 5 don haec **B** ‖ emerice **O** ‖ 8 nunc] cuncti *Schult. an* num? ‖ 10 potest **O** ‖ 11 * epuernam **C** puerum **T** ‖ 12 aderat **A** ‖ seuerissimos **CTa** ‖ 13 Errat in domo ... patres: suum ei mater a. *O. Ribbeck, qui in u.* 11 *post* agnoscendum *transponit* ‖ 14 filio **C** ‖ 15 sum **CTa** ‖ iudicem **CTa** ‖ 16 iudicem (u *supra*) abdicauit suum (*u.* 17) **T**, *in margine add.* **Ta** (= **S**): erunt nocebit istius q. r. meretris filium tres quod, *quae a* **Tb** *erasa et secundum* **C** *correcta sunt* ‖ 16 erint **C** ‖ 18 sum **C** ‖ 19 uenit **Ta** ‖ est filium ad illam ibit **O**, *corr. Gron.* ‖ 24 ob hoc **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 25 quas **C**

Et cum hoc unum puero noceat quod ex meretrice natus est, omnes operam dederunt, ut quantum controuersia licebat huic uitio mederentur efficerentque ne quicquam in illa uideretur meretricis fuisse nisi nomen. Marvllvs decenter hoc dixit simul obiciens fratri impietatem: nihil, inquit, in illa domo meretricium fuit: scires, si mecum fuisses.
8 Albvcivs ethicos, ut multi putant, dixit: — certe laudatum est cum diceret — exeuntem ⟨me⟩ puer secutus est. Non probabat hanc Messala sententiam: non habet, inquit, fiduciam, si mauult uideri recepisse puerum quam adduxisse; ex qua ratione est adoptatum esse non quia debuerit, sed quia secutus sit. Fuit autem Messala exactissimi ingenii quidem in omnis studiorum partes, Latini utique sermonis obseruator diligentissimus; itaque cum audisset Latronem declamantem, dixit: sua lingua disertus est. ingenium illi concessit, sermonem obiecit. Non tulit hanc contumeliam Latro et pro Pythodoro ⟨in⟩ Messalae orationem disertissimam recitauit aeque compositam atque suasoriam ⟨de⟩ Theodoto de‖clamauit per triduum. quae dixerit suo loco reddam, cum ad suasorias uenero.

9 A parte adulescentis non unus omnibus color placuit. Quidam personam eius qualem acceperant

1 est cum **O**, *corr. Schult.* ‖ uni **C** ‖ 2 operas **CTa** ‖ 3 controuersiae **T** ‖ licebas **C** ‖ demerentur **CTa** demeretur **Tb** ‖ officeretque **C** efficeretque **Ta** ‖ 4 illo **CTa** ‖ uidebatur **O** ‖ 5 īdecenter **Ta** ‖ 6 obicies **O** ‖ 8 hecticos **O** ‖ 9 exeuntem ꝑ secutus **O**, *corr. O. Iahn*, *Burs.* ‖ 11 mauul **C** ‖ 12 et qua **O**, *corr. Burs.* aequa *Haase* neque rationis est eum *Schult.* ‖ 13 adoptandum **O**, *corr. Schult.* ‖ 14 est **O**, sit *Burs.* ‖ 15 in omni ... parte *Burs.* patres **A** ‖ utuque **C** ‖ 18 illic **Ta** ‖ 20 in *addidi* ‖ meos allae **B** meo silla **A** mesala **T** ‖ 21 * recitauit q; compositam quē **C** recitauit quam compositam quam **T**, oppositam *Haase* ‖ suasoriam Teodotho **O**, *corr. N. Faber*, Theodoro *Burs.* ‖ 22 declamant **C** ‖ patriduum quae **C** patri · Dūq; **T**, *corr. Gron.* post triduum *Schult.* ‖ 23 suasoras **C** ‖ 25 quodam **C**

introduxerunt duram et asperam, ex quibus fuit et HISPO ROMANIVS: hoc unum aiebat efficiendum, ut non durus uideretur, sed seuerus. in hac parte dixit nobilem illam sententiam, quam Fabius Maximus circumferebat: uenit adsidue in domum meretrix, non recedit, paulum abest quin nouerca sit. CESTIVS bella figura egit: 'dementia', inquit, 'res est sanitati contraria. non quaeram extra exemplum sani hominis ad quod patrem exigam: ipsum sibi comparabo. fuit aliquando sanus: tunc quid faciebat? oderat luxuriam, uitia castigabat. hunc tam seuerum senem putabitis sanum si uobis in lupanari ostendero'? Sic declamauit ut fratri accusatorem patrem daret et illum argueret sibi ipsi conparando. LATRO fratri pepercit; puerum pressit et 10
dixit fratris filium non esse et ne fratrem quidem hoc confiteri uoluisse; illa uerba aegro imperata. FABIANVS ex omnibus istis colorem secutus est optimum, quo aiebat Messala posse non tantum bonam partem adulescentis fieri, sed etiam honestam: obiecit patri quod fratrem abdicasset, non scemate sed directo. 'Nihil', inquit, 'peccauerat; amat meretricem; solet fieri: adulescens est, expecta, emendabitur, ducet uxorem'. Quare ergo tunc non egisti dementiae? 'tuam', aiebat, 'expectabam penitentiam;

2 romanus **BT** ‖ huius **AT** ‖ *uerba* efficiendum ... circumferebat *u.* 5 *om.* **A** ‖ 4 maxime **Tb** ‖ 6 qui **B** ‖ 7 dementiae **CTa** ‖ 8 * exempla **T** exemplas **C** ‖ 9 omnis **O** ‖ at qđ **Ta** atque **BTb** ‖ * patris met gat **O**, p. mentem exigam *O. Ribbeck* ‖ 10 comparauibo **AaB** ‖ faciat **C** ‖ 11 * uti agastigabat **C** uti castigat **T** ‖ nunciam seuerus **O**, *corr. Burs.* ‖ 12 senum **B** putauitis **A** putatis **B** putabis **T** ‖ lupanario **O** ‖ 13 ostenderem **C**, ostenderim *Ribb.* ‖ in fratri **Ta** ‖ 14 aurgueret **B** ‖ ipso **C**, ipsum *Vahlen* ‖ 17 * hoc fieri **O** ‖ ab egro **T** ‖ 19 quod **O**, *corr. N. Faber* ‖ adiebat **C** ‖ Messalam **O** ‖ posse *om.* **T** ‖ 21 addicasset **C** ‖ 22 sed certo (certe **Bb**) **O**, *corr. N. Madvig;* sed serio *W. Müller* ‖ 23 et fieri **Ta** ‖ specta **C** ‖ 24 ergo *om.* **T** 25 dementiam **O** ‖ * tuam aiebat expectabat. expectabat penitentiam aiebat tuam **T** tuam aiebat expectabat penitentiam aiebat *bis scripta* **C**

iam recipiet. Hoc per transitum obicere coepit, quod non recepisset, quom uidisset in || lupanari habitantem. 'Abdicasti', inquit, 'ut emendares, non ⟨ut⟩ uitia augeres. uides, nullum illius uitium: aetatis est, amoris est: recipe antequam aliquid faciat,
11 cuius mox pudore moriatur'. Ad ultimum obiecit illi quod aegrum non secum tulisset. 'potest', inquit, 'conualescere, si uiderit penates suos, ⟨si⟩ minus certe morietur solo paterno, suo, puro. 'Quare, inquit, tu aput fratrem non fuisti'? et ego queror. ille cum ad te mitteret, putauit se ad duos mittere. Vtinam tecum fuissem, pater; redisses illinc cum filio, set tuo'. De adoptione nouissime questus est et hac figura: abstulisti mihi fratrem cum quo natus sum, cum quo educatus sum, ut quem dares? istum. indignor hanc ⟨fieri⟩ fratri meo contumeliam, ut huius uocetur pater. Sed ut aliquid iocemur, Fabivs Maximvs nobilissimus uir fuit, qui primus foro Romano hunc nouitium morbum quo nunc laborat intulit; de quo Severvs Cassivs, antequam ab illo reus ageretur, dixerat: quasi disertus es, quasi formosus es, quasi diues es; unum tantum es non
12 quasi, uappa. Hanc controuersiam cum declamaret Maximvs dixit quasi tricolum tale qualia sunt quae

1 resipiet **Tb** || transitu **C** || obiecere **C** || corpit **B** || 2 quod non recep̃set **A** quod recepset **B** || quod uidisset **O**, *corr. Schult.*, *H. Müller* || 3 non *om.* **C** || 4 ut *om.* **O** || 5 recipi **C** || faciam **C** || 6 ultumum **B** || 7 egium **A** || sustulisset **O**, *corr. O. Iahn* || 8 si *addidi* || mitius certe *uolgo* || 9 moriatur **C** || suo puero **T**, in solo puro *Burs.* || 11 ille uim **B** || te *om.* **Ta** || sed ad **Ta** || 13 adopcionem **AaB** || 14 hanc figuram **C**, h. f. ⟨posuit⟩ *Haase* || 15 ut quam dares **C** ut dares **T**, *corr. Burs.* || 16 indignos **ABaTa** || fieri *add. Schult.* || 17 uocaretur **T** || Fabianus **O**, *corr. N. Faber* || 19 nouinium **AT** nouimum **B**, *corr. Burs.* || quod nunc **CTa** || 20 do quo **B** || Cassio **O** || 21 disserat **B** || quia [quiai **A**] dissertus **C** || formonsus **C** || 23 alapam- **O**, *corr. Gron.* mapalia *Schult.* || 24 talia **T** || quale$^{i}$ a$^{s}$ s̃ **B**, *corr. m. pr.*

basilicam infectant. dicebat autem a parte ⟨patris⟩:
omnes aliquid ad uos inbecilli, alter alterius onera,
detulimus: accusatur pater in ultimis annis, nepos
in primis, abdicatur filius alter. Haec subinde re-
fero quod aeque uitandarum rerum exempla po-
nenda sunt quam sequendarum. In hac controuersia
LATRO contrariam rem ⟨non⟩ controuersiae dixit,
sed sibi. Declamabat illam Caesare Augusto audiente
M. Agrippae, cuius filios, nepotes suos, Caesar Lu-
cium || et Gaium adoptaturus diebus illis uidebatur.
Erat M. Agrippa inter eos qui non nati sunt no-
biles set facti. Cum diceret partem adulescentis 13
Latro et tractaret adoptionis locum, dixit: iam iste
ex imo per adoptionem nobilitati inseritur; ⟨et⟩
alia in hanc summam. Maecenas innuit Latroni
festinare Caesarem; finiret iam declamationem. Qui-
dam putabant hanc malignitatem Maecenatis esse;
effecisse enim illum non ne audiret quae dicta
erant Caesar, sed ut notaret. Tanta autem sub diuo
Augusto libertas fuit, ut praepotenti tunc M. Agrip-
pae non defuerint qui ignobilitatem exprobrarent.
Vipsanius Agrippa fuerat, ⟨at⟩ Vipsani nomen
quasi argumentum paternae humilitatis sustulerat

1 bassilicam C || insectant O, *corr. O. Iahn* || a patre O, *corr. Burs.* || 3 nepotis T || 4 abdicatur nullus aū O, *corr. Burs.;* nepos i. pr. abdicatur; filius in mediis accusat *Gron.* || refert T || 5 quid equitandarum (—tantarum T) O || 6 controuersiā C || 7 non *add. Schult.* || 8 illum Tb || audientem CTa audiente et Tb || 9 macrippam C agrippā Ta agrippa Tb, *corr. Burs.* || 11 macrippa A agrippa T || in eos C || 12 factus C || dicere C || patrem Ta || 13 nam AT || isti O, *corr. Madvig* || 14 ex imperia (imperio T) O, ex imo per *Madvig* || adoptione Tb || fer' C fecerunt Ta fuerunt Tb, inseritur *Madvig* || et *addidi* || 15 in hanc alia in hunc (hanc Ab) C in hec alia in hanc T || summa C || patro C patri T, *corr. O. Iahn* || 16 fascinare cusarem O, *corr. Madvig* || finire T || 17 malignam rem O, *corr. Madvig* || 18 nibilum C nobilem T, illum *Madvig* nutu illum *Burs.; an* sibilum? || non ut T || 19 acesare T || aū marcus sub O || 20 marcus (marco T) agrippe O || 21 exprobarent C || 22 fuerant C || at *add. Burs.*

et M. Agrippa dicebatur. cum defenderet reum, fuit accusator qui diceret: 'Agrippa, M. et quod in medio est' — uolebat Vipsanium intellegi — [Fuit qui diceret] 'concurrite: Agrippa, malum habebis; responde ⟨si⟩ dis ⟨placet⟩, Marce'. Vtique mihi uidetur admiratione dignus diuus Augustus sub quo tantum licuit, sed horum non possum misereri qui tanti putant caput potius quam dictum perdere. Latro dignus fuit miseratione qui ne excusare quidem errorem suum potuit. nihil est autem crudelius quam sic offendere, ut magis sis offensurus si satisfeceris. ‖

## ⟨CONTROVERSIA XIII.⟩

Torta a tyranno uxor, numquid de tyrannicidio sciret, perseuerauit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. illam sterilitatis nomine dimisit intra quinquennium non parientem. ingrati actio est.

1 Porci Latronis. Si cum liberis torta esset, indicasset. 'Escende', inquit, 'occide tyrannum; nisi occideris, indicabo'. Subito iniecta manu satelles, quid moraris? inquit; iam exposita tormenta sunt. Bene est, inquit mulier, ad stuprum ⟨non⟩ uocor.

1 M. *om.* **A** ‖ eum **Ta** ‖ 2 agrippam et quod in medium **O**, *corr. I. Lipsius* ‖ *uerba* fuit qui diceret *deleui. cf. u.* 2 ‖ 4 habetis **Ta** ‖ 5 respondis (responde **Tb**) diis ea marce **Ta** respondiđ eam arce **B** diis eam arce **A**; *corr. O. Ribbeck* | uterq; **AT** ut'qį **B** ‖ 8 digitum **O**, *corr. I. Lipsius* ‖ 9 indignus **Ba** ‖ quin **Ta** ‖ 10 sum **C** ‖ 11 quam si **C** ‖ si *om.* **C** ‖ 14 tyrannu **C** ‖ 16 demisit **C** ‖ 17 quinenium **C** ‖ 17. 18 parient est ingratia .;. actio est **C** pariens est ingrã·actio est **Ta** parientem · agit illa ingrati · actio est **Tb** ‖ 18 est et incasset **C** esset et in $\overset{a}{\text{case}}$ **T**, *corr. Burs.* ‖ 20 descendiquit **Ta** escende inquidẽ **A** ‖ 21 occideres **C** ‖ subo **C** sub **T**, *corr. Burs.* ‖ 22 moriaris **C** ‖ 23 non *om.* **CTa**

Instabat cottidie uiro uxor, exigebat tyrannicidium: 'tempus est; escende; si nihil aliud, ut liberos habeas: nisi tyrannicidae paritura non sum. miraris si eo tempore ⟨parere non potui, quo tyrannus torquere⟩ matronam potuit? escende, occide tyrannum; comes sequerer, nisi me inutilem dimisisset tyrannus. escende: ego iam feci tyrannicidium meum'. Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. CESTI PII. Subito infelicis 2
nuptias tyrannus oppressit. Trahebantur matronae, rapiebantur uirgines; nihil tutum erat; nulli feliciores tunc uidebantur quam qui liberos non habebant. quaedam itaque elisere conceptos, quaedam fecunditatem suam moratae sunt. Quod ad hanc pertinet, agisne Fortunae gratias, quod illo tempore nihil peperit? Tyrannus suspicatus est nescio quid istum de tyrannicidio cogitare, siue isti aliquid excidit, siue magna consilia non bene uoltus texit. utique de uxoris garrulitate queri non potes, cum scias quemadmodum taceat. Misit satellites: 'attrahite', inquit, 'uxorem et', adiecit, 'si quos filios habet'. Veniunt in domum crudelissimi carnifices 3
in quorum uultibus tormenta erant: iactatur misera inter satellitum manus et toto itinere non ducitur, sed trahitur. Hanc aliquis ⟨etiam⟩si torta non sit

1 stabat C ‖ exiebat B ‖ 2 et C ‖ descende T ‖ ut *om.* C ‖ 3 in tyrannicide (tyrannicida T) O, *corr. Heruag.* ‖ mirari C ‖ 4. 5 *uerba* parere . . . torquere *add. Burs.* ‖ 5 atrona C matrona potuit dicere T ‖ ascende T tescende C ‖ tyran$^{u}$nium C ‖ 6 dimississe C ‖ 8 nn̄ A ‖ ea C ‖ dixit C Ta ‖ 10 trebantur C terrebantur Ta ‖ matrona C ‖ 11 et p̄bantur C et p̄mebantur Ta ‖ nullae E Tb ‖ 12 quae E Tb ‖ liberet Ta ‖ 14 facunditatem A ‖ 15 ac sine O, *corr. H. Müller* agit sane *Schult.* ‖ temporē B ‖ 16 suspiratus C ‖ nescit C ‖ 17 qui *Burs.* ‖ 18 siue non magna Tb ‖ beni uolis O, *corr.* E ‖ * exigunt C exhibuit T tegit E ‖ 19 carrulitatem C ‖ 20 misit itaque s. T ‖ 20. 21 attracte quid C ad tractate inquid T, *corr. Burs.* ‖ 21 uxorem a et C ‖ 22 Vinient B uenient A ‖ 23 lactatur B ‖ 25 hant A ‖ aliquis si O, *corr. Schult.* ‖ tota A

mirabitur non peperisse, cum cogitauerit iste de tyrannicidio? audacter iam consilium indicamus; iam enim, puto, licet. Nupsit isti propter liberos, sed infelices nuptias cito tyrannus oppressit; hoc publicum diuortium fuit. Rapitur in arcem mulier, inter satellitum manus uexatur atque distrahitur. hanc aliquis, etiamsi non torqueatur, non parere miretur? Exposita in eculeum saepius ad absentem uirum respexit quam ad praesentem tyrannum. Quam multas matres audiui illo tempore: quidnam uolui
4 quae peperi? Arelli Fvsci. Explicantur crudelitatis aduersus infelicem feminam adparatus et illa instrumenta uirorum quoque ⟨animos⟩ ipso uisu frangentia ad excutiendam muliebris pectoris conscientiam proponuntur; instat ante denuntiationibus quam tormentis tyrannus et minando torquet: tacet. uidet intentum tyranni uultum, uidet oculos minaces: [et] tacet. plus tibi praestare non potuit si de te liberos sustulisset. flagellis caeduntur artus, uerberibus corpus abrumpitur exprimunturque ipsis uitalibus ⟨cruo⟩res: tacet. an sit tibi ista datura liberos nescio; tyrannicidium dedit. Ita tu, mulier, non uis parere? delicata es, cruciatus puerperi times. Fremebat indignatione captae ciuitatis maritus et consilio suo et uxoris adiutorio || fortior: quomodo

1 cum dicitur **T** || cogitur isti **O**, *corr. Schult*; *nomen rhetoris alicuius intercidisse susp. Burs.* || 5 diuortiuum **C** || rapit' martem **C** || 6 sateillitum **B** || 7 etiam aliquis si **O** || perere **A** || 8 expositam in **CTa** inpositam **E** || ad *om.* **T** || 9 respexit quam ad praesentem uirum respexit. quam ad praesentem tyrannum **C** || ad *om.* **T** || 10 quidam **CTa** || 11 explicatur **E** || 12 et alia **T** || 13 uiros **T** || animos *add.* **E** || ipsosuisus **C**, *corr.* **TE** || 14 fragentia **C** || multiebris **C** || 15 instante **C** instat tam **T**, *corr. Burs.* || 16 tyrannum **A** || mirando **O** || 17 uultum *bis* **A** || 18 et *deleui* || sibi **CTa** || fide te **A** || 19 aptus **C** || 20 * exp̄miturque **O** || 20. 21 * uitalibus et restat an **C** uitalibus . licet res t an **T** Nescio, resp·an **E**; tacet *Schult.* || 22 tyrannicidam **E** || ita sit **B** ita fit **AT**, *corr. Haase* || 23 puerpere **T** || 25 tuo **C**

occidam tyrannum? quae pars accedenti maxime uacat? ubi custodiae cessant? ubi natura loci minore munimento uirtutem non summouet? Sic uir et uxor noctes exercebant: miraris si transiit quinquennium inter uxorem tortam, occupatum uirum? Saeuiebat etiamnunc tyrannus; torquebantur in conspectu maritorum uxores; paenitebat matres fecunditatis suae. HISPONIS ROMANI. In quid desiderabas 5
liberos? ut sint quibus relinquas patrimonium? ingrate, ita tu hac salua heredem non habes? Nullum tormenti genus omisit; omnia membra laniata, ⟨in⟩ omnes partes conuolsa sunt, scissum corpus flagellis, ⟨igne⟩ exustum, conuulsum tormentis. ignoscetis puto mulierculae si dixero: fessa est. HISPANI CORNELI. Cunctabatur ille nec ullis adhortationibus in tyrannicidium poterat inpelli. prorsus cum uxorem uidisses, posses timenti ignoscere. Adsidue tormenta uariantur; accenduntur extincti ignes; tortor uocatur, sub quo mariti uxores prodiderant. pacisci me tecum puta: ut taceam, donas quinquennium? Quid gloriaris, tamquam non facilius sit occidere tyrannum quam sustinere? Duplici beneficio uxoris suae obligatus ⟨est⟩: et quod non est occisus et quod occidit. Fastidit sterilem qui fecit. IVNI GAL- 6
LIONIS. Instabat tyrannus: torque: illa pars etiam potest; subice ignes: in illa parte iam exaruit cruor;

1 accidenti **T** ‖ 4 ñte **C** mentem **T**, noctes *Burs.* ‖ 5 tortam et **T** ‖ 6 etiamnon **A** ‖ torquebatur **C** ‖ 7 uxoresm **B** ‖ 10 hanc **CTa** ‖ herem **C** ‖ hab̄ **B** ‖ 11 omni sit **C** ‖ membra *om.* **B** ‖ in *add. O. Ribbeck* ‖ imnes **B** uimnes **A** ‖ 12 conuolsae **C** uulsae **Ta**, *corr. O. Ribbeck* ‖ scessum **A** ‖ 13 igne *add.* **E** ‖ non uulsum **C** ‖ 14 fassa **CTa** ‖ Hisponis **O** ‖ 15 concita batur **T** ‖ illnec nullis **B** illi nec nullis **A** ‖ adorationibus **A** ‖ 16 in *om.* **A** ‖ pelli **Ta** ‖ prosus **Ba** ‖ 17 posse **C** ‖ 18 nariuntur . acceduntur **C** ‖ et extincti **Ta** extincto **A** ‖ 19 meriti **A** ‖ uxorem **CTa** ‖ 20 putauit (a above) **C** putabit **T**, *corr. Schult.* ‖ 21 sit ostendere **Ta** ‖ 22 duiplici **B** ‖ 23 et obligatur et cur non **T** obligatus et cur non **C**, *corr. Schult.* ‖ 25 illa pars illā **Ba** ‖ 26 subici in ignes **T**

seca, uerbera, oculos lancina, fac iam ne uiro placeat matrix. Papiri Fabiani. Describam nunc ego cruciatus et miseram corporis patientiam inter tyrannica tormenta saeuientia: extincti sanguine refouebantur ignes; ⟨in⟩ hoc desinebatur torqueri aliquando, ut saepius posset. Exquisita uerbera, lamnae, eculeus, quidquid antiqua saeuitia inuenerat, quidquid et noua adiecerat — ‖ quid amplius dicam? ⟨et⟩ tyrannus torquebat et cum de tyrannicidio quaereret. O nos felices! quod nullis hausta puerperiis fuit, tacuit. tunc silentio tyrannicidium fecit, certe tyrannicidam. Conuolsis laceratisque membris nec adhuc sufficientibus non dimissa est ex arce,
7 sed proiecta. Quid est quare uxorem dimiseris? numquid premit censum onerosa sumptibus et ut seculi mos est, in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo usque in publica damna priuatis insanit? numquid gemmas et ex alieno littore petitos lapillos et aurum uestemque nihil in matrona tecturam concupiuit? si talis esset, facile illam corrupisset tyrannus. Expecta, potest parere; non respondet ad propositum nec ad certam diem fecunditas; sui iuris rerum natura est nec ad leges humanas componitur: modo properat et uota praecurrit, modo lenta est et demoratur. expecta; pariet. Quid dicis: 'non potest fieri'? quare? quod

1 sicca uerbera ? ‖ lancina faciem **T** ‖ 2 meretrix **Ta** ‖ Pabiani **C** ‖ 3. 4 tyrannicorum tormentorum saeuitiam *Schult.* ‖ 5 in *add.* **Tmg** *Schult.* ‖ definibatur **C** ‖ 6 posse **Ta** ‖ exposita ? ‖ 6. 7 iam nec uleum **C** iam eculeū **T**, *corr.* **E** ‖ 9 et *add.* **E** ‖ 10 austa **C** acta **Ta** aucta **Tb** ‖ puerperis **C** puerperii **Ta** ‖ 11 acuit hanc **O**, *corr. N. Faber* ‖ tyrannicidium silentio **T** ‖ 12 tyrannidam **C** ‖ 14 quidem **A** ‖ 15 premit cens **C** p̄mittet **T** ‖ onerosam **T** ‖ 16 in **ETb** et **CTa**, ad *Burs.* ‖ fluentem **CTa** ‖ 17 ambiete **CTa** ‖ inque **CTa** usque in **ETb** ‖ 18 priuatus **T** ‖ 20 matronā **B** matrone **T** ‖ tectura **T** ‖ non concupiuit **Ta** concupit **B** ‖ 22 respondes **C** ‖ certum **O**, *corr.* **E** ‖ 24 ꝓpt̃ad **A** ꝓt̃ad **B** ‖ modo **O**, et *Vahlen*

torta est. Imputat tibi quod publica est; imputat tibi quod torta est; imputat tibi quod sterilis est. IVLII BASSI. Aiebat tyrannus: ure, caede uentrem. ARGENTARI. Caede uentrem ne tyrannicidas pariat. TRIARI. Non ex formula natura respondet nec ad 8 praescriptum casus obsequitur; semper expectari fortuna mauult quam regi. aliubi offenditur inprouisa segetum maturitas, aliubi seram magno fenore moram redemit. licet lex dies finiat, natura non recipit. [Quid faciam? non agam gratias quod ⟨non⟩ indicauit uxor? timeo ne uobis ingrati iam ⟨teneri uidear⟩ . . . . .]. Aiebat tyrannus: indica; nulla tua culpa est: ⟨tacet⟩. caeditur: tacet; uritur: tacet. utrum putas mirandum esse, tuum tyrannicidium an huius silentium? Expectasse aliqua per longum tempus maritum dicitur: quanta laus est seruasse, cum expectasse tanta sit? alia desiderio uiri attonita || in ardentem rogum se misisse: haec non cum uiro arsisset, quae pro uiro arsit? alia pro incolumitate mariti uicaria morte occidit: creditisne hanc in tormentis oppressam? mortem amplius pro uiro praestitisset, si quid amplius exegisset tyrannus. MAR- 9 CELLI. Si tamen quid peccasset in partu, ignosci

1 publicata **T** || 2 *prius* tibi *om.* **C** || imputa **C** || sterelis **B** || 4 tyrannicidasi (—diasi **A** *m. pr.*) paria **C** || 7 et aliubi **T** || ostenditur ... maturitate *Schult.* || 8 abaliube **C** || fonere **C** || 9 non recepit **A** n̄c recipiat **B** || 10 non *om.* **O** || 11 indicauerit **T** || uxori meo **C** uxori mee **T**, *corr. Vahlen, qui haec post p.* 208, 15 *collocanda esse uidit.* || ne uotis in gratiam **O**, *corr. Vahlen, qui suppleuit:* agam gratias? liberorum expers manebo. || 12 indicat **C** || 13 tacet *add. O. Ribbeck* || tacet' it' (tacet̄ itur **A**) taceturū **C** tacetur igitur utrum **T**, *corr. Schult.* || 14 mirantur **CTa** || 16 expectasset **O** || 17 desiderium **O**, *corr.* **Tmg** || niria **C** uiriū **Ta**, *corr.* **Tmg** || attonitam **O** || 18 arsisse **C** || 19 quae *om.* **T** || 20 mcaria **C** || decidit **O**, *corr. W. Müller* || crediditne **C** credo **T**, creditisne *Burs. Madvig* || 21 *distinxit N. Madvig* || morte *uolgo* || praestitisse **T** || 22 anplius **C** || elegisset **O**, *corr. Burs. Madvig* || malcelli **C** || 23 Si tamen **T** Qui tamen qui **C**, *corr. Burs.* || petasset **A**

ei posset; nupserat enim isti occupato. Crudelior es etiam illo quem occidisti tyranno: ille torsit, set dimisit ad uirum. ALBVCI SILI. Vicerat saeuitiam patientia; deerat iam sanguis, supererat fides. aliquando proiecta est; deserebatur distortis manibus, emotis articulis; nondum in sua membra artus redierant. talem uxorem tortor dimisit ad partum. Ingratus uocabatur quod in praemio nullam uxoris fecerat mentionem. 'Res tuas tibi habe'. inicere debuit manum et ipsum inter res suas trahere; nihil amplius patri debes quam uxori. Mihi crede, maius fuit tyrannicidium pati quam facere.

10 Pars altera. ARGENTARI. 'Ego tamen torta sum'. merito obiceres nisi uindicassem. FVLVI SPARSI. Vobiscum, iudices, loquor . . . . .

⟨DIVISIO . . quaestionem in hac⟩controuersia hanc reum facere primam, si materia patitur: 'Non accepi . . . . quidem set reddidi'; aut 'accepi quidem, sed non potui reddere', aut isto nouissime confugere: 'non quisquis non reddidit beneficium ingrati tenetur. animus aestimandus est non reddentis'. POLLIO ASINIVS aiebat numquam temptandas ⟨has⟩ esse quaestiones ⟨nisi⟩ prima manifesto obtineri posset qua negamus nos beneficium accepisse; perit tota causa, nisi in hoc uicit. apparet enim ingratum esse qui ne fa-

2 torsisset **C** torsit et **T**, *corr. Burs.* ‖ 3 uiceras euicia **C** ‖ 4 superat **C** superabat **T**, *corr. cod. Augustodunensis* ‖ 5 deferebatur **T** ‖ 7 redieritis erant **C** ‖ 9 abe **C** habe et **T** ‖ 10 et ipsum et **C** ‖ ras suas **A** ‖ 14 nisi te **TbE** ‖ uendicassem **C** ‖ 16 haec **O** ‖ 17 eum **A** *m. pr.* ‖ primum **O**, *corr. Schult.* ‖ accipi **CTa** ‖ *lacunam significaui in qua interciderunt:* ⟨beneficium'. Noui declamatores subtiliore uti solent diuisione, aut 'Accepi⟩. ‖ 18 et reddidi **O**, *corr. Haase, Burs.* ‖ aut *om.* **T** ‖ 19 ista **T** ‖ non fugere **C** non $\overset{\text{cere}}{\text{fagere}}$ **T**, *corr. Burs. an* istam n. facere ? ‖ 19. 20 nā quisquis **T** ‖ 20 benefici **Ta** ‖ ingratus **T** ‖ 22 has *add. Schult.* ‖ temptandam esse quaestionem primam, nisi *N. Madvig* ‖ 23 nisi *add.* **Tb** ‖ primam **O**, *corr. Burs.* ‖ optinere **O**, *corr. Schult.* ‖ 24 periit ? ‖ inse in **C** ‖ 25 ingratum sequi (se cui **T**) **O**

tetur quidem se accepisse beneficium. GALLIO noster 11 putat, quotiens possit, hoc auferendum aduersario; quotiens non possit, concutiendum; quotiens ne hoc quidem possit, ita transeundum quasi donemus et possimus quidem facere controuersiam, sed nolimus. Idem ATTICO VIPSANIO Apollodori discipulo placuit. Hoc ille amplius: quotiens non poterimus, aiebat, an beneficium acceperimus controuersiam facere, de modo faciamus: non esse tam magnum quam ille dicat, sicut in criminibus facimus, quotiens negare non possumus: esse quidem crimen illud fatemur, sed leuiore poena dignum quam accusator arguat. LATRO in hac controuersia non 12 dubitabat facere primam quaestionem, an beneficium dederit. Hoc in haec diuisit: etiamsi scisti [de tyrannicidio uiri] nec indicasti, non est beneficium scelus non facere; deinde ne scisti quidem; non enim tibi indicaui nec tam magnum consilium, uirilibus quoque animis graue, commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere quod nescit. Etiamsi dedit beneficium, an receperit. Occidi tyrannum, libertatem tibi reddidi, ultionem plenissimam persecutus sum, nefarium hostem illic occidi ubi torserat. Dices me reipublicae causa fecisse: et tu reipublicae causa tacuisti. . . . . Tutus sit quod lege fecerit. Deinde ultima aequitatis tracta-

2 offerendum **A** ufferendum **Ba** ‖ 3 * concupiendum **C** concupiscendum **T**, *corr. ego, W. Müller, N. Madvig* ‖ 4 posita transeundum **C** ‖ 6 Attiqoo **B** ‖ Vipsania pollodori **O** ‖ 7 non] ne **A** ‖ * potuerimus **O** ‖ 9 di modo **C** hoc modo **T**, *corr. W. Müller* id m. *Burs.* ‖ 10 dicat *om.* **B** ‖ facinus *Burs.* ‖ 11 ne agere **CTa** ‖ possimus **O** ‖ 12 illū **CTa** ‖ leuire **A** ‖ qui accusatur **C** ‖ 13 latroni hac **A** ‖ 14 dubitat **A** ‖ 15 etiam sciti **C** ‖ de beneficio **CTa** de tyrannicidio **ETb**, *del. Madvig* ‖ 17 scitis **B** scistis **A** ‖ 18 indicam **C** ‖ nec cum **C** nec meum **T** ‖ uitilibus **Ta** uiribus **C** ‖ 19 cartulitati qui **C** ‖ 21 ⟨alteram:⟩ etiamsi *W. Müller* ‖ etiam **T** ‖ an acceperit **T** ‖ occidit **O** ‖ tyranni **Ta** ‖ 22 ibi **C** ‖ reddit **O**, *corr. Burs.* ‖ 23 fenfarium **A** fensarium **B** ‖ illi **C** ‖ 24 fecisset et **A** ‖ 25 iure (in **A**) reip. **C** ‖ ⟨Alteram quaestionem fecit: an ob id⟩ tutus sit *Burs.* ‖ 26 quod longe **CTa**

13 tio: an quod fecit facere debuerit. Hoc diuisit in
duo: an iam certam sterilitatem uxoris tam bonae
ferre debuerit; an ne sterilis quidem pro certo sit.
Noui declamatores post Moschum Apollodoreum, qui
reus ueneficii fuit et a Pollione Asinio defensus,
damnatus Massiliae docuit, et hanc quaestionem in
hac controuersia fecerunt: an inter uiros et uxores
data beneficia ingrati lege teneantur. Non est bene-
ficium sed officium, || facere quod debeas: sic filius
patri se dicat beneficium dare. Hanc quaestionem
⟨fecit⟩ et GALLIO noster. BLANDVS in ultima parte
controuersiae, qua de republica disputatur, quaestio-
nem fecit, an quinquennium numerari debeat ex-
cepta tyrannide. Illud tempus non debet inputari
quasi sterili, quo matres etiam editos partus abo-
minatae sunt: illud tempus imputetur feminis quo
reipublicae pariunt, non tempus quo tyranno. Huic
subiecit, an etiamsi aliis imputari tempus tyranni-
14 dis solet, huic non debeat. LATRO ex suo more
has non quaestiones putabat, sed membra illius ul-
timae partis ex aequitatis quaestione pendentis. An
⟨ne⟩ sterilis quidem, altius repetiit: non quaecunque
quinquennio non peperit, sterilis est. quid enim? si
uir alicuius afuerit toto paene quinquennio, pere-
grinationi uiri imputabitur. quid si uir aegrota-

1 diuis in **C** || 2 an etiam **Tb** || sterelitatem **A** || bene **C** || 3 steriles **C** || certas sit **C** || 4 declamatoris **A** || pos mos·cum **BTV** post nos cum **A**, *corr. Teuffel ap. Pauly. Encycl. I* 2 *p.* 1862, *Haase*, *Bücheler* || apollodorum **C** appollodoro **TV** || 5 beneficii **O** || defessus **C** || 7 hanc controuersiam **O**, *corr. Schult.* || it̃ **BVa** || 9 si **O**, sic *Burs.* || 11 fecit *om.* **O** || 13 expecta **C** expectata **T** || 14 deberi **C** debere **T**, *corr. Burs.* || 15 quasi stes **B** (*fuit* ster), *om.* **A** || 16 imputatur **O**, *corr. Schult.* || feminis in republica **O**, *corr. Burs* || 17 parcunt **C** quam parcunt **Ta** quando pariunt **Tb** || * non plus **O**, non amplius *Schult.* non illud *Burs.* || quo *om.* **T** || 18 alis **C** || 19. 20 moreas **C** || 21 partes **C** || 22 ne *add. Schult.*, *Madvig* || repetit a n̄ **C** repetit an non **T**, *corr. Burs.* || 24 peregrinatio peregrinatione **C** peregrinatione **T**, *corr. Burs.* || 25 uirum putabitur **C** uerum putabitur **Ta** uiro imputabitur **Tb**, *corr. Burs.* || quid si **Tmg**

uerit? si hic maritus a tyranno tortus inutilis in concubitu suae uxoris iacuisset, imputaret illi quinquennium? Quaeris quare non peperit? tyrannis erat; nemo non cum parentibus suis querebatur quod natus esset. hic quod torta est, hic quod maritus occupatus tyrannicidio non uacauit in uxoris uoluptatis. BVTEO, aridus quidem declamator, sed 15
prudens diuisor controuersiarum, contra Latronem sentiebat, Blando accedebat. aliud enim esse aiebat: 'quae intra quinquennium non peperit, non utique sterilis est'; aliud: 'quae intra quinquennium non peperit, non statim dimitti potest sterilitatis nomine'. hic quaeri de condicione iuris, illic de spe fecunditatis. Sed Blandum quoque arguebat; aiebat non sic fuisse quaerendum: an tyrannidis tempus excipi deberet? deinde, [an] etiamsi non ‖ in aliis, an in hac .... † gradus esset? ipse sic in hac parte quaestionem diuidebat: an quaecumque quinquennio non peperit, tamquam sterilis dimitti possit. ⟨Possit⟩ accidere quod Atheniensibus bello accidit, ut liberi 16
et coniuges in aliquo tutiore loco deponantur: imputabitur hoc tempus feminis, quo uiros non destituunt sed non habent? ⟨quid⟩ si tyrannus [non] uetuisset istam parere intra quinquennium? Et cum hoc uehementer impleuisset et probasset non omnes posse dimitti, si quinquennio non peperissent, tunc illo

1 ⟨quid⟩si **Tb** ‖ a uiro tortus **O**, *corr. Burs.*; a uiro mortuus et *Schult.* ‖ 2 imputarit fuit **C** imputaturus fuit **T**, *corr. Burs.* imputari potuit *Haase* ‖ * quinquennio **O** ‖ 3 tyrannus **O**, *corr. W. Müller* ‖ 5 manritus **B** ‖ 6 uocabit **C** ‖ uoluptates **T** ‖ butio **O** ‖ 8 pdens **C** ‖ diuinior **C** diuisior **Ta** ‖ 9 esse *om.* **T** ‖ iubeat **A** ‖ 10 qui **O** ‖ potuit **O**, peperit *Burs.* ‖ 11 alius **B** ‖ quae *om.* **C** ‖ 13 Hinc **O** ‖ querit **BT** ‖ 14 enim **O**, non *Gron.* ‖ 15 tuisse **C** ‖ tyrannicidis **O** ‖ 16 debes **CTa** debet **Tb** ‖ in alis **B** malis **A** ‖ 16. 17 in (int̃ **T**) has gradus est sed **O**, *an* hac ⟨quinquennium excepta tyrannide nume⟩randum esset ‖ 17 in *om.* **C** ‖ hanc partem **O**, *corr. Schult.* ‖ 19 possit *om.* **C** ‖ 20 ut] et **C** ‖ 21 tutiores **Ba** ‖ 22 quod **O** ‖ destitunt **C** ‖ 23 quid *addidi* ‖ sic **T** ‖ non *del. O. Ribbeck* ‖ 24 quin inter **O**, quin interemisset **Tb** intra quinquennium *O. Ribbeck* ‖ 26 reperisset **C** ‖ illos **C**

transiit: an haec posset; et hic etiamnunc non hoc quaerebat, an deberet dimitti, sed an posset. et hoc contra Latronem dicebat: quomodo istam quaestionem putas in aequitatis tractationem cadere, cum quid liceat quaeratur, non quid oporteat? hoc enim, an haec possit, per illa impleo: non potest, quia ⟨in⟩ tyrannide non ⟨con⟩ceperat. aliquod tempus immune a legibus miseriae faciunt. Non dico quia torta est, hoc adhuc praetereo et aequitatis tractationi reseruo. set ⟨non pe⟩perit, quia tu maximae rei cogitatione occupatus nihil de liberis cogitasti.

17 Passienvs, uir eloquentissimus et temporis sui primus orator, hanc subtilitatem actionis non probabat: Latroni se adsentiri dicebat ideo, quia ista omnia semper tractanda per se essent, si haec mulier iniusti repudi ageret; nunc ingrati agit: ita non quaeritur an legitime, sed an ingrate dimissa sit; itaque in aequitatis tractationem cadunt etiam quae iuris sunt. Nam cum quaeratur, an non oportuerit hanc dimitti etiamsi licuit, ‖ apparet, quam utique non oportuerit, si ne licuit quidem. Albvcivs itaque decentissime fecit — solebat enim fere in aliquas figuras declamationem describere — et prius egit iniusti repudii, deinde ingrati: † inquit putat emet an ullum bene-

1 at haec **O** ‖ 2 querebant **AaB** ‖ possit **O** ‖ 3 Latronem aiebat **T** ‖ 4 tum **CTa** ‖ 5 nū quid **Ta** ‖ hic **O**, hoc *Burs.* ‖ 6 illā **T** ‖ 6. 7 posset qui tyrannide (—dē **T**) non ceperat **O**, *corr. Burs.* ‖ 7 aliquid **C** ‖ 9 est et huc (etuc **A**) adhuc propter hoc et equitatis tractatione **C** est et hoc adhuc propter aequitatis tractationem **T**, *corr. Haase*, *N. Madvig* ‖ 10 reseruos **C** ‖ Set perit quia torta est quia **O**, *corr. Schult.* ‖ tuo iaxima **B** tu maxima **AT** ‖ 11 occupas **C** ‖ 12 pascienus **O** ‖ 13 actionis] Buteonis *W. Müller* ‖ 14 in latrone sed **O**, *corr. Burs.*, *W. Müller* ‖ * ideo questiones pertractande per se **O** ‖ 15 iusti **CTa** ‖ 16 ageretur **Ta** ‖ non **T** ‖ ingracia **AaB** ‖ ita *fort. del.*, at hic *Schult.* ‖ 17 dimisa **B** ‖ 18 tractatione **O** ‖ tandunt **B** condunt **A** ‖ 19 q;ratura non **C** q̄ratur an **T** ‖ potuerant hanc **C** potuerat hacͤ **T**, *corr. Schult.* ‖ 21 fitaq; **V** fitac **Ta** figuras **Tb** ‖ 23 repudit **C** ‖ 24 in quibus putat esse an **TV**

ficium a quo tamquam inique dimissa. Hinc omnes quaestiones ad sterilitatem et aestimationem quinquenni pertinentis libere tractauit, deinde transiit in ingrati accusationem.

Cestivs ⟨simplicem⟩ pro uiro introduxit colorem: 18
quo tempore uxor torta est nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam; postea cogitaui et haec ipsa ⟨mihi⟩ causa cogitandi fuit uxoris ultio. Vtrumque secutus est, ut illa marito silentium imputare non posset, ⟨et⟩ ut maritus imputare illi tyrannicidium posset. Latro dixit se iam tunc de tyrannicidio cogitasse, sed uxori non indicasse. Fabianvs philosophus colorem magis bono uiro conuenientem introduxit, ⟨quam⟩ oratori callido. Dixit enim et cogitasse ⟨se⟩ tyrannicidium et uxori indicasse et illam tum quidem fecisse quod probam feminam facere oportuit, nunc peccare quod putet beneficium esse recte facere. Hic color illi et in illa parte profuit: si beneficium putas te dedisse quod tyrannicidium non prodidisti, ego prior dedi qui tibi tyrannicidium credidi. Repudium † ex tuo quoius liberorum cupiditate, quo semper uti tamquam maritus debuisset, postea magis tamquam tyrannicida. L. Vinicivs, Vinici frater, 19
Fabiani colorem ualde probabat et aiebat onerari

1 hic *uolgo* ‖ 2 questiones transi ad duodecimum quaternionem **T**, *in quo u.* 2 ad . . . 16 fecisse *om.* **Ta** *add.* **Tb** ‖ sterelitatem **A** ‖ 3 continentes **Tb V** ‖ 4 in *om.* **C** ‖ actionem **Tb** ‖ 5 simplicem *addidi* ‖ pro iure **Tb** ‖ 6 co tempore **C** ‖ torta *om.* **B** ‖ 8 cogitante (tē **Tb**) et haec ipsam causam (ipā cā **Tb**) **O**, *corr.* **E** ‖ uitio **C** ‖ exsecutus? ‖ 9 illam **C** ‖ insolentiam **O**, *corr. Gron.* ‖ imputaret **C** ‖ et *addidi* ‖ 10 ita maritus **Tb** ‖ imputaret **C** ‖ 11 si iam **C** ita **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 12 ut uxori **Tb** ‖ indicassem **O**, *corr. Burs.* ‖ 13 quam *om.* **O** ‖ 14 oratorē (re **Tb**) **O**, moratori *Schult.* ‖ et *om.* **Tb** ‖ se *add. Burs.* ‖ 15 uxor **C** ‖ tunc **Tb** ‖ 18 profuisse si **O**, *corr. Burs.* ‖ 19 putate **Ta** ‖ dedisse et **O** ‖ prodisti **B** ‖ 20. 21 repudium excusauit *Gron.* r. esse tamquam ius *Haase* ‖ 21 cupiditatem **O** ‖ quos **C** ‖ 22 cupere *Burs.* ‖ tamquam eius **O**, *corr. O. Iahn; an* t. ciuis? ‖ 23 tyrannicidia **C** ‖ Vinci fater **A** Vinici ficem **B**

uxorem uno modo posse, si nihil umquam secretum ab illa maritus habuisset. Si dixerit, inquit, post tormenta se de ‖ tyrannicidio cogitasse, tum tyrannicidium uxori debemus. melius de uiro meruit si torta tyrannicidam fecit, quam si tacuit; set apparet ei aliquid de tyrannicidio cogitatum, de quo tyrannus usque eo suspicatus est ut torqueret. ⟨Si⟩ dixerit cogitasse quidem se de tyrannicidio ante tormenta, sed uxori non indicasse, augebit uxoris beneficium. liberius enim potuit tyrannicidium indicare quod illi commissum non erat; potuit enim uxor etiam non indicante marito tam magni consili molitionem deprehendere. At si hunc colorem Fabiani sequor, multa efficiam. si olim de tyrannicidio cogitaui, honestior sum uetus tyrannicida et non priuatis, sed ⟨publicis⟩ malis ad ultionem inpulsus. si cum cogitarem non celaui uxorem, facilius persuadebo malum me hodie maritum non esse cui semper tam deditus fui. ad ultimum hoc consequar quod, si quod audierat tacuit, non bene-
20 ficium est sed fides. Hic est L. Vinicius, quo nemo ciuis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium: ⟨quid⟩quid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi dabat; ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus: L. Vinicius inge-

1 posset **C Ta** ‖ nihil uacū (uacuū **T**) decretum **O** ‖ 3 sed et **A** se **Ta** sed **Tb** ‖ 4 debebimus *W. Müller* ‖ debemus melius deberi meruit **C** melius deberi meruit **T**, *corr. Burs.* ‖ 5 tacuisset **O**, *corr. Haase* ‖ 6 et **O**, ei *O. Iahn* ‖ tirannicidi **C** ‖ 7 Si *add. Schult.* ‖ 9 uxori **C** ‖ 10 potuitit **A** potuit in **B**, potuit ita *Schult.* ‖ 12 indicantē **C** ‖ 14 multa officiae olim **C** ‖ 15 cogitauit **C** ‖ 16 publicis *om.* **C** ‖ 18 cū **O** ‖ debitus **C Ta** ‖ fuit **C** ‖ hoc] huius **A** ‖ 20 non de **C** ‖ 21 q; nemo **C** ‖ 22 causas **C** ‖ 23 quid **C** quo **Ta** quod **Tb**, *corr.* **E** ‖ praestatur erat **C** prestiterat **T**, *corr.* **E** ‖ 27 .l. **A Tb** .i. **B Ta**

nium in numerato habet. HISPO ROMANIVS maligne et accusatorie, 'nihil', inquit, 'ego isti narraueram; ista, ut erat necesse, aliquid ex uultu, aliquid ex nocturnis uigiliis suspicata est: unde emanauerit sermo, scietis. uidetis quo ueniat tyrannus: non ⟨ad⟩ amicum meum, non ⟨ad⟩ seruum, sed ad istam, quae nihil negoti habuisset, si tacuisset. Tua etiam causa tacuisti: sciebas te perituram, si confessa esses ‖ tyrannicidium'. HYBREAS dixit: ἀνάξαις οὖν ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπιὼν καὶ εἰ ἐπιθυμεῖς νῦν λαβὲ τὸ ξίφος.

## ⟨CONTROVERSIA XIIII.⟩

Quidam luxuriante filio luxuriari coepit. filius accusat patrem dementiae.

PORCI LATRONIS. Vtriusque tamen conparetur 1
luxuria. tu consumis patrimonium patris tui, ego accusatoris mei. Nauiga, milita, peregrinare, quaere adulescens, senex utere. Accusator meus diuersos et inter se contrarios adfectus habet: cupit reum damnari, crimen absolui. CESTI PII. Potest nobis conuenire; similes sumus. Puta te patrem: dic quid me uelis facere: si tum bona fide frugi es, et hoc imitor. Te ego imitor, an tu me? rogo uos, uter prior coepit? 'Luxuriaris', inquit. Patrimonium con-

1 romanus **T** ‖ 2 accusatore **C** ‖ 3 ex sumta **Ba** ex sumptu **ABbT**; *an* ex suspiritu ? ‖ 4 emdauerit **CTa** ‖ 5 scientis **O**, sentietis *O. Ribbeck* ‖ uenia **C** ‖ 6 ad *bis om.* **C** ‖ addistam **A** ‖ 7 Tu **C** ‖ enim **O**, etiam *Schult.* ‖ 8 habuisti **Ta** ‖ cibas **C** ‖ 9 essem **C** ‖ *Graeca emendare conatus est Burs.* ‖ ΑΝΑΤΤΑΙC **ATV** ΑΝΑΤΑΙC (T *sup.*) **B** ‖ ΟΥΝ **C** ‖ 10 ΕΠΠΗΝ ΑΚΡΑΜΕΤΝΩΝ **O** ‖ ΕΥΤΟΥΜΕΙC **C** ΕΥΜΤΟΥΜΕΙC **TV** ‖ ΑΑΒΕ **O** ‖ 11 ΖΚΦΟC **O** ‖ 13 luxuria **C** luxuriare **T** ‖ 15 iam ? ‖ conpararetur **O** ‖ 17 quare **CTa** ‖ 18 utere senex **T** ‖ 19 adfectur **A** ‖ 21 patre **A** ‖ 22 me *om.* **A** ‖ tam **O**, *corr. Haase*, iam *Schult.* ‖ fruges et **C** ‖ 23 nos sup (sup **B**) prios coepit **C** uos uos · ego prior cepi tu posterior **T**, *corr. Burs.*

putemus. 'Sed tu senex es', inquit. hoc dicis: luxuria
2 tua serius coepit, citius desinet. Arelli Fvsci patris. 'Sed tu', inquit, 'senex es'. Vnde scis te non futurum luxuriosum senem? Omnia a te uitia: quod unguento coma madet, tuum est; quod laxior usque in pedes demittitur toga, tuum est. Quid est quod aliud a te senes discant? Quid porro? domus nostra luxuriosos duos non capit? indulgentius te abdicare non potui. Ecquid mihi licet seniles annos meliore uita reficere? hoc nouissimum meum meritum est et quod tibi maxime imputo: pro te etiam luxuriosus factus sum. Fabiani. Noli pecuniam concupiscere. quid tibi dicam? haec est quae auget discordiam, urbes et terrarum orbem ⟨in⟩ bellum agitat, humanum ‖ genus cognatum natura in fraudes et scelera et mutuum odium instigat, haec est quae senes corrumpit. Quidam summum bonum dixerunt uoluptatem et omnia ad corpus retulerunt. nihil est mihi opus praecipientibus: habeo exemplum, proposui quidquid tu feceris facere; nauigabo ⟨si⟩ nauigaris, militabo si militaris: dic hodie quid putes melius. sed illud excipio: non obicies quod elegeris. Blandi. Obicit luxuriam; poteram ei hoc dicere: adulescens, frugaliter uixi quamdiu patrem

1 dixit O, *corr.* E ‖ 2 cuius B ‖ 3 scit C ‖ 4 a *om.* B ‖ 5 cūam B ‖ madet *om.* T, *in quo* et *post* coma *erasum est* ‖ 6 pede C ‖ dimittitur O ‖ tota C tunica T, *corr. Burs.* ‖ 7 dicunt C discunt T, senex discam *W. Müller* ‖ 8 luxuriosus B ‖ abdicari A ‖ 9 potuit . hec (haec B) quid O ‖ 11 sed quod O, *corr. Schult.* ‖ * proximo C proxime T, pro maximo i. propter te *W. Müller* ‖ 13 quid sit tibi *Schult.* ‖ est atq; C ‖ 14 urbis *Haase* ‖ orbis C orbes T ‖ in *om.* C ‖ 15 nature O ‖ fraudis ē et C ‖ 16 sceleremutumediū C scelera mutua T, *corr. Burs.* ‖ 18 uoluptatū A ‖ retulerunt uoluptatē et om̄a nihil· B ‖ 19 ago C *om.* T, habeo E ‖ 20 me facere T ‖ 21 si *om.* C ‖ nauigares BT nauigabis A ‖ militares AbBT ‖ 22 scipio O, *corr. N. Faber* ‖ quid O, *corr. Haase* si quid *W. Müller* ‖ 23 poperam et ATa ꝑperā et B propriam et Tb, *corr. W. Müller* ‖ 24 dicit T ‖ fragaliter C ‖ dixi A ‖ frugi patrem T

habui. Ante me desisti, ante me coeperas. Blandi. 3
'Senex luxuriaris'. respondeo tibi: adulescens enim nauigaui. 'Ego', inquit, 'iam desii, tu nondum'. non miror si prior desisti; prior coeperas. Mentonis. Quod gaudium accepisti † uere luxurior. Pompei Silonis. Si modo emendatus est filius meus — solet enim etiam luxuria dissimulari — suo quisque ordine reus sit. Vis me ducere uxorem? si nouercam haberes, iam abdicatus esses. Vibi Galli. Conuiuae certe tui dicunt: bibamus, moriendum est. si intellego, hoc nulli magis in domo dicitur quam mihi. Ostendi tibi tua uitia quae in te non uidebas. Adliga me, dum te custodias. P. Asprenatis. Quia nihil proficiebam obiurgando, uolui illi uitam suam ostendere. Ivni Othonis. Malam causam haberem, si alium accusatorem haberem; malam causam haberem, si te filium non haberem.

Pars altera. Ivni Gallionis. A laudibus patris 4
incipiam. Fuit adulescens temperatissimus et lubricum tempus sine infamia transiit; duxit uxorem, filium sustulit, ad aetatem perduxit. iam senex factus est, nisi quod sibi nondum uidetur; luxuria usque eo profecit, ut accusem. Senex || amans, senex ebrius, circumdatus sertis et delibutus unguentis et in praeteritos annos se retro agens et ualidius in

1 desiste **O**, *corr. W. Müller* || 2 luxuriareis **C** || 3 desi **A** || 4 minor **C** || 5 Quid **C** || uere luxurior *om.* **T** || 7 simulari **AT** simularis **B**, *corr. Schult.* || 8 docere **C** || noueram **A** || 10 conuiriae **C** | cere tui **A** || uiuamus *I. Lipsius* || 11 hec nullo **O** || 12 * lumina q; in **O** luxuriam quam in **E**, plurima *Schult.* luxuriae damna *Haase* || 13 dum tu **C** || 14 oiurgando **C** || 15 Iun **A** | octonis **T** || mala **C** || 16 aliam causam **CTa** || 17 habere **C** | 18 Gallionis · Aliter a **O**, G. non aliter quam a *Schult.* || 19 huhic **B** huic **A** hic **T**, fuit *Burs.* || temperātissimus **T** || 20 infamiam **C** || 21 senes **C** || 22 sibi bonum uidet **O**, *corr. I. Lipsius* | luxuriam **O** || 23 p̃iecit **C** se proiecit **T**, *corr. Burs.* | amas **CTa** || 24 circumdatur **Ta** || delubutus **T** dilubutus **C** | 25 inter **A** || ualidus **O**, *corr. I. Lipsius*

uoluptatibus quam iuuenis exultans, nonne portentum est? Luxuriosus adulescens peccat; at senex luxuriosus insanit; aetas exhaurit, uitia lasciuiunt. Papiri Fabiani. Nauem in portu mergis. Alter solito tempore labitur, alter insolito; alter alieno, alter suo; alter annos sequitur, alter senectuti repugnat. Non est luxuria tua qualem uideri uelis: non simulas enim ista, sed facis, nec amantem agis, sed amas, nec potantem adumbras, sed bibis, nec dedoces bona dissipare, sed dissipas. Nemo, puto, uitia quae odit imitatur. quis imperator ob hoc ipse de proelio fugit, ut bene pugnaret exercitus? quis ut ambitum comprimeret, ipse honores mercatus est? quis ut seditionem leniret, turbauit rem⟨publicam?⟩ Non coercet uitia qui prouocat.

5 Latro sic diuisit: an ob hoc accusari pater possit. Hic illam uolgarem quaestionem posuit, quam solebat fastidire: scilicet minime hoc patri obici solere; luxuriam non magis quam auaritiam, quam iracundiam. non uitia patris accusari solere, sed morbum. ⟨An⟩ ut possit aliquid praeter dementiam obici patri, luxuria non possit. 'Alioqui filiis', inquit, 'abdicare permittitis'. Hic de suo consumit. Etiamsi ob hoc accusari pater ⟨potest, an a tali⟩

1 quasi **T** ‖ inuenis **C** ‖ exultas **CTa** ‖ 2 senex at (ad **C**) **O**, at senex *Burs.* ‖ 3 et hauriet **T** ‖ uitia lasciuae iuuentutis? uitia lasciuiae *Schott* ‖ 4 naue **C** ‖ ergis **C** ‖ 5 laebitur aliter **C** ‖ 6 ad nos **C** ‖ senectutis **C** ‖ 7 tua matrem uiderem (uidere **A**) uelim non simulassem ista **C** tua patrem uidere uelimus non simulas ista **T**, *corr. Burs.* ‖ 8 magis **C** imaginaris **T**, agis *Burs.* ‖ 9 potandem **C** ‖ adimbras **A** ‖ 10 te dicet **C** te decet **T**, *corr. N. Faber* ‖ putet **O**, *corr. Grut.* ‖ 11 qui **O** quia **E**, *corr. Grut.* ‖ imittatur **AT** ‖ imperatur **C** ‖ 13 quis aut **C** quid ut **Ta** ‖ 15 publicam *om.* **O** ‖ non *om.* **C** ‖ 16 dimisit **C** ‖ 17 uocarē **C** uocalem **T**, *corr. Schult.* ‖ 18 * se leuit̃ **CTa** seleutius **Tb**, sed leuiter *Madvig* ‖ hoc *om.* **T** ‖ obicis **C** ‖ 20 patri **C** ‖ accusare **Ta** ‖ solebat **A** ‖ sed ad morbum **CTa** ‖ 21 an *add. Burs.* ‖ ut] et si **T** ‖ 23 * permittis **O** ‖ hic de iure communi *Gron.* ‖ 24 an si **O**, etiamsi *Schult.* ‖ * pater a silio (filio **T**) potest **BT** pater a filio possit **A**

filio possit? Hic uitiorum exprobratio. Sic ebrietatem patri obicis ebrius, sic petulantiam iniuriae damnatus. Etiamsi ob hoc accusari potest, etiamsi a tali filio, an si ad castigandum filium hoc consilio usus est, damnandus sit. Ait enim adulescens: quolibet alio genere debuisti me obiurgare. Quid || si adulterium uelles uindicare committendo? turpe est sic castigare uitia, ut imiteris. Deinde an consilio luxurietur. non enim concedit hoc filius: 'alioqui', inquit, 'quare, si coepisti sic emendare filium, cum emendaueras, non desinis'?

CESTIVS ⟨a⟩ parte patris aiebat simulationem 6
luxuriae significandam magis quam profitendam. Ita, inquit, apparebit illum simulasse, si etiamnunc simulat; si desinit simulare, ostendit, iam sibi nihil opus esse eo consilio, quasi filius emendatus sit; emendatum autem esse non concessit et adsidue dixit nihil magis se quam interuallum hoc luxuriae timere; intermissa uitia uehementius surgere. LATRO aperte putabat simulationem confitendam. Incipio, inquit, non tantum honestum senem sed prudentem defendere, si quod uitium uideri poterat efficio consilium. Quare potius significet quam dicat frugi

1 ultiorum **C** ultionum **T** || si **O**, sic *Schult.* || 2 patri obicis ob ebrius **C** patri obicere solet ebiius **T** || si **O**, *corr. Schult.* || iniuriã **C** iniuria **Ta**, iniuriarum ? || || 4 si a **C** || 5 damnandas **C** || 7 uellet **O**, *corr. Burs.* || ommittendo **A** commitendo **B** || turpem est si **C** || 8 uitia mitteris **A** || an] a **B** || 9 luxuriatur **T** || * aliquit **C** aut **T**, alioqui *ego, W. Müller* || 10 q;re **BTa** || si **C** || emendauerat **C** || 11 non *om.* **Ta** || 12 Cestius pater **BT** Cestius pater pater **A**, *corr. Burs.* || 13 significande **O** || profitendum **C** profitende **T** || 14 simulas **C** || 15. 16 nihil posse (prodesse **Tb**) ex (ea **T1**) consilio **O**, *corr. Burs.* || 16 *uerba* posse ... nihil l. 18 *bis scr.* **O** || 17 esse autem **T1** || 18 sequi interuallum hoc luxuriaetiam ere (—uere **T** —erei **B**) **O**, *corr. N. Madvig* || 19 uita **C** || suggere **C**, resurgere *W. Müller* || 20 perte **C** || 22 scilicet quod *Burs.* || uidere **AaB**

⟨se⟩ esse? Blandvs hac figura declamauit filium et pro abdicato respondit. Cestivs aiebat, adulescentis partem diligentius colorandam: facere illum rem non inprobam; nam ita patri non remittere quod a patre ipsi remissum sit. Itaque sic narrauit, ut suam quoque luxuriam imputaret patri. non seueram fuisse disciplinam, ⟨non⟩ bene institutae domus legem, quae posset adulescentis mores formare et a uitiis aetatis abducere. 'Quodammodo', inquit, 'ad luxuriam a patre ⟨praemissus sum . . .⟩ unguento canis madentis et commissatorem senem; itaque nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus uidebatur. Merito in adulescentibus ⟨non⟩ omnem luxuriam uindicant: cito desinunt. Desii, cum haberem ‖ luxuriae istius exemplum. Quaeritis, quae res mihi remedio fuerit? aetas: illa quae faciebam ⟨iam⟩ putabam me non decere'. Hunc sensum ipse Cestivs sano genere dixit; Flauum Alfium auditorem suum, qui eandem rem lasciuius dixerat, obiurgauit. Flavvs hoc modo dixit: cum desidiae se eripuisset, paulatim se ad frugalitatem redisse et odio sibi uitium suum factum. 'Hoc fuit', inquit, 'quare desinerem: sentiebam, inquit, me senem fieri'. Cestivs hoc aiebat dulcius quidem ⟨esse⟩, sed

1 se *add. Schult.* ‖ Blandius **O** ‖ hanc **C**; Blandus hic f. d. in filium et ut pro abdicante respondit *Schult.* ‖ 2 agebat **B** ‖ 4 rem *om.* **Ta** regem **C** ‖ non ita **O**, *corr. Schult.* ‖ 5 si **C** ‖ 6 ut suam *bis scr.* **B** ‖ 7 seuerum **C** ‖ non *om.* **C** ‖ instituta **C** ‖ 8 moram formaret **C** ‖ 9 uitis **C** ‖ abduceret **C** ‖ 10 a patre praemissus sum **E** patris **O** ‖ Ecce *add. Vahlen* ‖ 11 canos *Vahlen* ‖ commessatorem **T** ‖ madent unguento cani et commessator senex nulli **E** ‖ saene mitte quae **B** ‖ 12 minus luxuriosos **O**, *corr.* **E** ‖ 13 non *om.* **O** ‖ 14 desi **C** *om.* **T**, *corr. Burs.* ‖ 15 luxuriā **Ab** ‖ 16 ille **B**, olim *W. Müller* ‖ 17 imputabam **C** imputabat **T**, *corr. W. Müller* ‖ dicere **C** discere **T**, *corr. Vahlen* ‖ 19 sum **C** ‖ eadem **C** ‖ lasciuilis **C** ‖ 20 flauius **BT** ‖ * desiderio scripsisse (—et **T**) **O**, desidiam descripsisset *Gron.* ‖ 22 uitiosum f. **O**, *corr. Haase an* odium sibi uitiorum f. ? ‖ inquit *om.* **Aa** ‖ 23 mo sene **C** ‖ fieri *om.* **T** ‖ 24 esse *add. W. Müller, Madvig.*

corripuit extremam sententiam. 'Incredibile est', inquit, 'cum iuuenis sit, sensisse illum se senem fieri, et nolim uideri tam diu luxuriatum donec sentiret
sensum defieri'. FVSCVS ARELLIVS dixit: non ac- 9
cusaturus patrem, set me defensurus <sum>, ne aliena luxuria male audiam. consilium luxuriante filio conceptum emendato <est> superuacuum. In narratione hunc colorem habuit: subito furore conlapsam patri mentem. Meretricem <uidi> pendentem collo senis et parasitorum circumfusum patri gregem, turpes cum riualibus rixas et ebrietati nocturnae additum diem. Putaui initio et ego consilium esse, non morbum: desii luxuriari; desinet, inquam, si propter me coepit. permanet <in> iuuenalibus
uitiis et turpius luxuriosus et diutius. Quid faciam? 10
si suo more emendare patrem uolo, luxuriandum est. SILO POMPEIVS patronum adulescenti dedit; quod non putabat in accusatoris persona LATRO faciendum, ut aliquis per patronum accusaret patrem. RVFVS VIBIVS <a parte> adulescentis: festiuum senem! in honorem filii sui ebrius fit. In narratione hoc usus est colore: solutum patrem; iam mentem eius labentem laudare coepisse luxuriam;

1 corrupit **O**, *corr. W. Müller* ‖ * et unam **O**, ultimam *W. Müller; corrumpi tamen Madvig;* sed corruptum ex sua sententia *Burs.* ‖ in credibilē **C** ‖ 2 sensissem illum se **C** sensisse se **T** ‖ 3 nolui **C** noluisse **T**, *corr. Burs.* ‖ 4 * sensum fieri **O** senem se f. *uolgo* ‖ accusaturos **A** acusatoros **B** ‖ 5 set *om.* **C** ‖ sum *om.* **C** ‖ 6 malaudiano **C** mea laudatio **T**, *corr. Burs.* ‖ luxuriantem **T** ‖ 7 luxurianti filio utile *W. Müller* ‖ * filium ñaestum **C** filiam estū **T**; *an* necessarium? nunc est in *Burs.* ‖ est *addidi* ‖ 8 conlapsum **C** ‖ 9 defendentem **CTa** dependentem **Tb**, uidi pendentem *W. Müller* ‖ 10 colo **T** ‖ circumfuscum (—am **Ta**) patris regem **CTa**, *corr.* **Tmg** ‖ 11 turpe sit cum **O**, t. item cum *Burs.* ‖ 12 addi item **B** addute **A** addi istam **Ta** addictā **Tb** ‖ consiliom **C** ‖ 13 desi **C** desinet **T**, *corr. Burs.* ‖ 14 in *om.* **O** ‖ 15 dutius **B** ‖ qui **C** ‖ 16 et suo **CTa**, ex suo *W. Müller* ‖ uelo **B** ‖ 17 patronus adulescentis **C** ‖ 19 ut aliter quam per *Schult.* ‖ 20 Rofus **A** Rufos **Ba** ‖ a parte *addidi* ‖ fustiuum **C** ‖ 21 sit **AT** ‖ narrationem **O** ‖ 22 senio solutum *Burs.* ‖ 23 labantem **Tb**

dicere eos felicius ⟨agere, qui⟩ ‖ usque sibi amare
permitterent; necessarium tantum habere, quantum
acceperant; obiurgare interim, quasi non † commo-
rarent. 'Rusticum', inquit, 'iuuenem! praematura',
inquit, 'seueritas non est frugalitas set tristitia:
quid tu senex facies'? Non creditis haec illum
dixisse, qui uitia etiam ⟨cum⟩ obiurgare uult, luxuria-
11 tur? Argentarivs hoc colore declamauit: duo
luxuriantur ⟨una⟩ in domo: alter iuuenis, alter se-
nex; alter filius, alter pater; uterque aeque licenti
cultu per publicum incedit. alter uobis hoc ait:
concessis aetati uoluptatibus utor et iuuenali lege
defungor; bona ego aetate coepi; simul primum
hoc tirocinium adulescentiae quasi debitum ac so-
lemne persoluero, reuertar ad bonos mores. id facio
quod pater meus fecit, cum iuuenis esset. negabit?
qui qualem causam habeat uideritis; faciat etiamsi
non quod oportet fieri, at quod solet. Alter ait:
scio me nouum ciuitatis miraculum incedere, luxu-
riosum senem, sed hoc castigandi genus commo-
uentius uisum; ut emendarem filium, ipse peccare
coepi. Ita si auos uiueret, ut nemo in domo luxu-
riosus esset, tres luxuriosi fuissetis.

1 dicerent eo se felici usus quis (felitius si is qui **T**) sibi **O**, *quae corrigere conatus sum; possis et:* esse felicius iis qui sibi ‖ 2 et necessariis t. haberent *Schult.* ‖ 3 obiurgarent **O**, *corr. Burs. qui* o. se interim quia se non conformaret *coniecit* ‖ commemorarent **T** ‖ 4 ruticum **B** ‖ 5 inquis **O**, *corr. Burs.* ‖ et tristitia **CTa** ‖ 6 senes **Ta** ‖ 7 uiait etiam **C** uitato etiam **T**, cum *add. Schult.* ‖ 9 una *om.* **O** ‖ alteri iuuenis **C** ‖ 10 uterque etque licenter **C** uterque lucenti **T**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 11 incidit **C** ‖ 12 concessū **T** ‖ aetate opus utor **O**, *corr. Burs.* ‖ et] ex **C** ‖ iuuenili **Ta** ‖ 13 fungor **T** ‖ ergo **O**, *corr. O. Ribbeck* ‖ * coepit **O**, *corr. ego, W. Müller, Haase, Madvig* ‖ 15 * persoluere **O**, *corr. ego, W. Müller, Haase, Madvig* ‖ *uerba* id facio . . . fecit (facit **C**) . . . negabit (negabat **O**) *quae in libris post* defungor *u.* 13 *leguntur huc transposuit W. Müller* ‖ 17 atqui qualem ? ‖ 18 oporteat **O** ‖ atq; solet **T** ‖ 19 sicio **B** ‖ inciderit **ATa** incedent **B** ‖ 20 commouent (—uet **T**) usum **O**, *corr. Burs.* ‖ 22 coepit a (ac **T**) si **O**, *corr. Schult.* ‖ et nemo **O**, *corr. Burs.* ‖ 23 non esset **Tb** ‖ fuistis **O**

A parte patris GLYCON SPYRIDION dixit: ἐγὼ μὲν ἄκων δαπανῶ, σὺ δ' οὐ παύῃ. AGROITAS MASSILIENSIS longe uiuidiorem sententiam dixit quam ceteri Graeci declamatores, qui in hac controuersia tamquam riuales iocati sunt. Dicebat autem Agroitas inculta, ut scires illum inter Graecos non fuisse, sententiis fortibus, ut scires illum inter Romanos fuisse. Sententia quae laudabatur haec fuit: ἐπὶ τῆς ἀσωτίας τοῦτο διαπεφωνήκαμεν· σὺ μὲν δαπανᾷς ἡδόμενος, ἐγὼ δὲ ‖ ἀνιώμενος. DAMAS SCOMBRVS: CTHTH MENNN ἀσωτίαν ἀσωτεύῃ. DIOCLES CARYSTIVS: εἰ δὲ χαρίεσσαι σάρκες ⟨ἐκ⟩ τῆς ἀσωτίας μεταβάλλονται. HERMAGORAS raras sententias dicebat sed argutas, et quae auditorem diligentem penitus adficerent, securum et neglegentem transcurrerent. In hac controuersia dixit: ὦ τύχης δεινῆς! ταῦτα ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐποιοῦμεν. BARBARVS dixit uulgarem sensum satis uulgariter: γνώσῃ, τέκνον, ὅτι νοῦς ἀκμὴν ὑπανθεῖ. Elegan-

12 (right margin, line 1); 13 (right margin, line 11)

1 sy(si BV)ricon O, *corr. N. Faber* ‖ ЄПΠ MNAPAIN (—APXIN TV) O, *corr. Burs.* ‖ 2 ∂ΑΑΠΑΡΝΟΜ TV ΔΑΠΑΝΟΜ C | CYAOYACIAVH B CYTIACIΛYH A CYAOYCYACIAVH TV *corr. Burs.* | agnotas O ‖ masilienses B malienses A ‖ 3 liuidiorem O, *corr. Gron.* ‖ 4 controuersiam C ‖ 5 *rogati CTb regati TaV ‖ docebat BTV | agrita B agrita pars ATV, *A. parce et i. Schult.* ‖ 6 et scirem CVa et scire TVb ‖ 7 sententos Ba ‖ 8 sententiā debet sententiam qua C ‖ * labatur BTV labautur A ‖ 9 THCOCωTIΛC BTV TNCOωTIΛC A ‖ *TOITO ΑΙΑΦΦωMHNAMEN CI MEN [CIMEN *om.* A] O, *διαφέρομεν ἀλλήλοιν H. Müller* ‖ ΛΙΒΑΝ∂C B ΑΤΒΑΝ∂C ATV ‖ 10 NAOMENOC ЄTω ΑЄ O ‖ ΑωΝ [ΛωΗ TV] OYMENOC O, *corr. Haase* ‖ damos O ‖ 11 cumbrus BVa combrus ATVb ‖ CTHZH B ‖ MЄΗΝΝ TV ‖ ΑЄωTIAN ACHOTЄYH [N B —TYN A] O, *corr. Burs.* ‖ 12 ЄT ΛЄ ZAPIЄ [O TV] CAΘ [Є A] O *corr. Burs.* ‖ ἐκ *add. Burs.* ‖ TIC C IIC T ‖ 13 Μ∂ЄωTIACЄ METAΒΑΜΟΝΑΙ [—ΝΑ A] O, *corr. Burs.* ‖ Hermacotas O ‖ rara sententia O, aridas *Schult.* ‖ 14 arguta O ‖ auditorum CVa | 15 adficeret O ‖ 16 transcurreret TV ‖ OTY[I AV]XH[N A]C ΑЄΙΝΝC O ‖ 17 ЄΠΙΤΑΤCONIЄC ΑΜΗΑ [—ΝΑ A] OIC ЄΠΙΟΟΜЄΝ CV | 19 TNωCN CV ‖ MOYC ΑΝΝΑ [ΑΗΗΑ BV] CYΠΑΝΦЄΙ; *ἀκμὴν ὑπανθεῖ uel ἀκμάζει κἀνθεῖ Burs. ἀνοίᾳ συνανθεῖ Haase*

tius hoc conposuit Hispo Romanivs: placet uobis frugalitas mea, quod patrimonium seruaui, quod acquisiui, quod uxorem mature duxi, semper dilexi, quod ab omni me tutum fabula praestiti. Illud adfirmo, nihil tota uita frugalius feci. Rem ab omnibus dictam celerrime Syriacvs Vallivs dixit: fili, quando uis desinamus.

## ⟨CONTROVERSIA XV.⟩

Quidam cum haberet formosam uxorem, peregre profectus est. in uiciniam mulieris peregrinus mercator commigrauit; ⟨ter⟩ illam appellauit de stupro adiectis pretiis; negauit illa. decessit mercator, testamento heredem omnibus bonis reliquit formosam et adiecit elogium: 'pudicam repperi'. adiit hereditatem. redit maritus, accusat adulteri ex suspicione.

1 Porci Latronis. Quamquam eo prolapsi iam mores ciuitatis sunt, ut nemo ad suspicanda adulteria nimium cre|dulus possit uideri, tamen ego adeo longe ab eo uitio ⟨afui⟩, ut magis timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam aut nimium stuporem arguat, quod tam seram querellam detuli. non accuso adulteram nisi diuitem factam; ex ea domo ream protraho, in qua iam nihil meum est. Cum ego tamdiu peregrinatus sim, nullum pericu-

1 conposit **C** ‖ Romanio **C** ‖ 2 fragalitas **C** ‖ seruas **C** seruos **Va** seruo **TVb**, *corr. Burs.* ‖ 3 quod *om.* **TV** ‖ dixit **CTaV** ‖ dilexit **Ta** ‖ 4 ad omnē **TV** ad omni **C**, *corr. Burs.* ‖ fabulā **TV** ‖ praestitit **C** ‖ 5 ad **C** ‖ 6 Siriacon suallius **O** ‖ 9 quidem **C** ‖ formonsam *passim* **C** ‖ 10 est *om.* **B** ‖ uitinia **C** ‖ 11 ter *add.* **E** ‖ 12 adieciti p̄ris **C** adiecit preces **T**, *corr.* **E** ‖ illac **B** illā **Ta** ‖ 14 eloigā **C** eligiam **Ta** ‖ 15 repperit **CTa** ‖ 18 moris **C** ‖ suscipienda **C** suspicienda **Ta** ‖ adulteri animum **A** ‖ 19 ego adego **C** ‖ 20 * uitio iam pacientiam aut miū agisti [patientiam agisti **T**] meam **O** ‖ 22 seueram **CTa** ‖ querela **A** ‖ 23 accusos; **Ta** ‖ 25 sum **O**

lum terra marique fugerim, plus intra unam uiciniam quam ego toto mari quaesiuit. post tantos inpudicitiae quaestus si tacere possum, confitendum habeo [in] hac me causa afuisse, ut in accessionem patrimoni peregrinando cum uxore certarem. Illud, iudices, mihi tormentum est, quod notata iudicio uestro ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quaestu habitura est quam quantum damnatae perdendum est; tantum in istam diues amator effudit, ⟨ut⟩ post poenam quoque expediat fuisse adulteram. Quae praeceperim uxori proficiscens, scio; 2
cetera quemadmodum adulescens formosus, diues, ignotus, in uiciniam formosae et in absentia uiri nimium liberae mulieris commigrauerit, quemadmodum adsidua satietate cottidianae per diem noctemque libidinis exhaustis uiribus perierit, interrogate rumorem. Vos interrogo, iudices, quid offici mei fuerit: poteram ego saluo pudore meo nihil de hereditate suspicari, in quam etiam nomine auctoris ab uxore dictus sum? Veni nihil aliud quam ut fortunam meam querar; nam causam melius uos nostis. Tempus est, iudices, de uxore marito credi, 3
mulierem tam formosam amari potuisse: pudica forte sic amari, ne sollicitaretur, potuit; neque ⟨est⟩ quod dicat: non in meo istud arbitrio positum ⟨erat⟩. Erratis uos, iudices, si non maius ad sollicitandam matronam putatis inritamentum spem corrumpendi,

1 terrā **C** ‖ unum **C** ‖ 2 quaesi **C Ta** ‖ 3 taceat **C Ta** ‖ 4 in *del.* **Ab E**, iam *uolgo* ‖ fuisse **O**, *corr.* **E** ‖ 5 uxoris **C** ‖ 6 est *om.* **B** ‖ nofata **C** ‖ inditio **C Ta** ‖ 8 * habet habit' [habitura **Ta**] est **C Ta** est habitura **Tb**, habet et hab. est *Burs.* ‖ 9 debes **C** ‖ 10 ut *om.* **C Ta** ‖ 12 q;admodum **C Ta** ‖ 13 uicinia **O** ‖ 15 cottidiena **B** ‖ 17 rumore uos intelligo indices **O**, intelligitis *Schult.* ‖ 19 nũ **B Ta** nõ **A Tb** ‖ 20 ductus **A**; in qua e. nomen a. ab u. edoctus sum *Schult.* ‖ 21 que parnam **C Ta** ‖ 22 et uxorem **O**, *corr.* **E** ‖ 23 si pudica foret *W. Müller* pudica et fortis *Schult.* ‖ mulier tam formosa non amari non potuisse *Madvig; an* amari oportuit, sed p. ? ‖ 24 est *om.* **C Ta** ‖ 25 erat *addidi* ‖ 26 eratis **B Ta** ‖ ımarius **A** marius **B** maritus **Ta** magnum **Tb**, *corr.* *Burs.* ‖ ab **C**

quam faciem quamuis amabilem ⟨et⟩ uenustam. Si tantum in formosa sperari posset quantum placere potest, omnes formosae in se uniuersos oculos conuerterent. Matrona quae ⟨tuta⟩ esse aduersus sollicitatoris lasciuiam uolet, prodeat in tantum ornata quantum ne inmunda sit; habeat comites eius aetatis qui inpudica, si nihil aliud, uerecundia annorum remouere possint; ferat iacentis in terram oculos; aduersus officiosum salutatorem inhumana potius quam inuerecunda sit; etiam in necessaria resalutandi uice multo rubore confusa ⟨sit⟩. sic se in uerecundiam pignoret; longe ante inpudicitiam ⟨neget⟩ suam ore quam uerbo. in has seruandae inte-
4 gritatis custodias nulla libido inrumpet. Prodite tenui fronte in omne lenocinium conposita, paulo obscurius quam posita ueste nudae, exquisito in omnes facetias sermone, tantum non ultro blandientes, ut quisquis uiderit non metuat accedere: deinde miramini si, cum tot argumentis inpudicitiam praescripseritis, cultu, incessu, sermone, facie, aliquis repertus est qui incurrenti adulterae se non subduceret? Internuntium, puto, illum sollicitatoris

1

1 quāuis fatie **Ta** q. facilem **Tb** ‖ et *add. Burs.* ‖ * sensum **O**; censum *Burs.* ‖ 2 formosā **A** ‖ 3 omnis **C** ‖ populos **O**, oculos *Gron.* ‖ 4 matronam (—ne **T**) quam **O** ‖ tuta *add. Burs.* ‖ sollicitatos **BTa** sollicitos **A** sollicitantes **Tb** ‖ 5 lasciuam (lasciuia **T**) **O**, *corr. Burs.* ‖ solet **O** ‖ 6 quanta **CTa** quanto *Burs.* ‖ aetates **C** ‖ 7 quae *Schult.* cui ... remouendi sint *Haase* ‖ in uerecundiam **O** ‖ amorum **A** ‖ 8 remouendi sit **O**, *corr. Burs.* ‖ ferā **C** fera in **T**, *corr.* **E** ‖ iaciendis **T**, tacentis *O. Iahn* ‖ in uerecundia **AaB** ‖ 10 necessariam r. uicem **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 11 robore **C** ‖ sit *addidi* ‖ 12 pignori **O**, *corr. Burs.* ‖ alte **O** ‖ ē amore **O** suam ore **E**, *corr. H. Müller* ‖ 13 neruo **C** uero **T**, uerbo neget **E** ‖ hac **O**, *corr. Burs.* ‖ seruando **A** ‖ 14 custodia **T** ‖ * prodite $\overset{i}{\text{m}}$ **O** ‖ 15 frontem **T** ‖ omnem **CTa** ‖ conpositam **T** ‖ 16 unde **A** ‖ exquisita **O** ‖ 17 facientias **Ta** ‖ tandum **CTa** ‖ 18 quisq; **O** ‖ uideret **A** ‖ motuat **C** ‖ 20 prae (pro **T**) scripserit **O**, *corr. Schult.* ‖ 21 incurretia **C** incurreret retia **T**, *corr. Burs.* ‖ 22 puta **B** ‖ illud **O**, *corr. O. Iahn* ‖ sollicitaris **CTa** sollicitantis **Tb**, *corr. W. Müller*

arripi et denudari iussit, flagella et uerbera et omne genus cruciatus poposcit, in plagas deterrimi mancipi uix inbecillitatem muliebris manus continuit. Quotiens [quod non una peregrinaretur] absentis 5
uiri nomen inplorauit? quotiens quod non una peregrinaretur questa est? nemo sic negantem iterum rogat. Cum quo questa ‖ es? apud quem indignata es? abunde te in argumentum pudicitiae profecturam putas, si stuprum tantum negaueris, quod plerumque etiam inpudicissima, spe uberioris praemi, de industria simulat? quando de iniuria tua uiro scripsisti et, ne in occasionem similis iniuriae solitudo tua pateret, maturiorem reditum rogasti? et quanto decentius contumeliam penetralium meorum uxoris epistula quam testamento sollicitatoris cognoscerem! Miserrimus omnis saeculi maritus sic contempta absentia mea etiamnunc iniuriam meam nescirem, si qui fecerat tacere uoluisset. Totiens sollicitata non istam faciem qua placere 6
poteras conuestisti? non omne ornamentum ueluti causam talis iniuriae exsecrata es? quod proximum est a promittente, rogata stuprum tacet. Inspicite adulteri censum; ex eo inpune sit quod adultero se dedit, si est aliquid quod non dederit. Quid singillatim omnia percenseo? quid[quid] ego non e mundo tibi miseram maritus? ⟨nunc⟩ cum omni censu meo

1 accipiet **Ta** ‖ 4 unare **O** ‖ *uerba* quod n. u. p. *del. Vahlen* | 5 n enim plorauit **A** ‖ 6 quaesita **O**, *corr. Schult.* ‖ si **B** ‖ rogantem **T** ‖ 7 est apud **O** ‖ 8 est habunde **T** ‖ 9 profuturam **T** ‖ 10 inpudicissimas **C** ‖ spem uberiorem **CTa** ‖ 11 promi **A** primi **Ta** ‖ 12 iniuria **CTa** ‖ 13 sollicitudo **O** ‖ pateret et **Ta** ‖ pditum **CTa** ‖ 15 quem **C** ‖ testamentū **CTa** ‖ 16 cognoscorem **B** ‖ oculi **CTa** ‖ 17 me **C** ‖ 18 nescire **CTa** ‖ si quit **CTa** si quod **Tb** ‖ noluisse et totiens **CTa** ‖ 19 sollicitatam (—tem **T**) in istam **O**, *corr. Burs.* ‖ placeret **C** ‖ 20 * conuertisti **O** ‖ omnem **C** ‖ 21 iniuriam **C** ‖ exsecratur **C** ‖ 23 si quod adulteris edidit **O**, *corr. Burs.* adulterae dedit *N. Madvig* ‖ 24 non̄ erit **O**, *corr. Haase N. Madvig* ‖ 25 quidquid **O**, *corr. Gron.* ‖ ego noui emundo *O. Iahn* ‖ 26 * miserum **O** miser nunc *O. Iahn* ‖ nunc *om.* **O**

inter munera adulteri lateo! 'Sola heres esto'. Quid ita? habes, inquit; scripsit causas: 'quia cum semel appellassem, ⟨cum iterum appellassem⟩, cum
7 tertio appellassem, non corrupi'. O nos nimium felici et aureo, quod aiunt, saeculo natos! sic etiam qui inpudicas quaerunt, pudicas honorant? 'Omnium bonorum meorum, omnis pecuniae meae sola heres esto, quia corrumpi non potuit, quia tot sollicitationibus expugnari non potuit, quia tam fideliter pudicitiam custodiuit'. Tace paulisper nomen auctoris: numquid non testamentum uiri creditis? Ecce nullam ‖ in uxore suspicatus infamiam inter mutuum eius amorem aut certe ita creditum, iam moriturus tabellas occupans si uolo ei cum muneribus meis inponere elogium, ex testamento adulteri petendum est. 'Sola heres esto, quamuis aliena, quamuis ignota; tantum quia pudica, quia incorrupta
8 est'. Quid? isti tam censorio adultero non mater est? non soror? non propinqua? an nulla earum pudica est? idcirco scilicet cum tantis diuitiis peregrinas urbes in honorem pudicitiae incognitae perambulat. Illic ubi natus est nulla pudica erat; atque illic ubi negotiatus, quia nulla non prostituta erat, uacuo testamento pudica heres per errorem quaesita est. Ego adulteram arguo, qui in matrimonium recepi, qui communis ex ista liberos precatus sum, qui pudicam libentissime crederem.

1 munere **C** ‖ adultero **C** adulterium **Ta** ‖ Soleres **CTa** ‖ 2 habeo, i., et scripsit *Schult.* ‖ scripsi **T** ‖ qua **C** quam **T**, quoniam *Schult.* ‖ 3 cum iterum appellassem *om.* **O** ‖ 4 corruptio nos **C** ‖ 5 feli **A** ‖ notos **A** ‖ 7 soleres **CTa** ‖ 9 non possit **C** ‖ tam so fideri fideliter **C** ‖ 10 tange **A** ‖ 11 testamento **T** ‖ oreditis **C** ‖ Et$^{ce}$ **T** ‖ 12 propter mutuum *O. Iahn* ‖ 14 * occupare si uoleti (uoletis **T**) cum **O** ‖ 16 soleres **CTa** ‖ patendum **C** ‖ quamuisa **C** ‖ 18 censurio **C** ‖ adulterio **CTa** ‖ 19 ad **C** atq; **T**, an *Haase* ‖ 20 idcircū **C** ‖ 21 cognotae **C** ‖ 22 erat illic **C** ‖ 23 atqui *Burs.*, *del. Madvig* ‖ illic *bis scr.* **C** ‖ qui illa **C** quĩ (q̃m **Tb**) illa **T**, nulla *Madvig* ‖ 24 pudicares **O** ‖ 25 quem **C** quein **T**, *corr. Burs.* ‖ 26 recipi **O**, *corr. Burs.* ‖ exsistas **CTa** ‖ percassum **A** ‖ 27 pudicami **ABb** pudicam mi **T** ‖ libentissimi cederem **CTa**

Adeone iam ad omnem patientiam saeculum nos dabit, ut aduersus querimoniam uiri uxor alieno teste defendatur? at hercules aduersus externorum quidem opiniones speciosissimum patrocinium erat: ego uiro placeo. at ego, si hunc iam morem scri- 9
bendi recipitis, in conspectu uestro ita scribam: 'uxor mea heres esto quod peregrinante me adamata est, quod heres ab adulescente alieno ac libidinoso relicta est, quod tam infamem hereditatem adiit'. a duobus uos testamentis in consilium mitto: utrum secuturi estis? quo ab adultero absoluitur, an quo damnatur a uiro? Vnus pudicitiae fructus est pudicam credi, et aduersus omnes inlecebras atque omnia delenimenta muliebribus ingeniis est ueluti solum firmamentum in nullam incidisse fabulam. || nouum fortasse non in omnium existimationem occurrere et horrendum † multa deinde ab uariae daturis experimenta. femina quidam unum pudicita equus est atqui curandus est, esse ad uideri pudicam.

1 saeculi nos (mos **Tb**) habet **O** seculi nostri habiit **E**, *corr. Schult.* || 2 quaerimonia **C** || 3 defendetur **O** || at *om.* **Ta** || 4 qđ **CTa** || 5 uiri **BTa** || si hoc amorem **CTa**, iam *add. Schult.* || 6 uita **C** || scibam **Ta** || 7 ne esto *Schult.* || peregrinantem eo damnata **C** || 8 ab *om.* **C** || ad **C** || 9 quo **C** || tam̆ famam **C** tam infamam **Ta** || adit a **C** ad ita **Ta** || 10 testamentū **AbBTa** testamento **A** *m. pr.* || consilio **O** || uerum **CTa** || 11 secutori **B** secutoris **A** || qđ **O**, *corr. N. Faber* || an quiddam [quidam **Ta**] naturā **CTa** || 12 munus **Ta** || 14 muliebris **B** || et ueluti **CTa** || 15 solunt **C**, solum ac *Schult.* solidum *Haase* || in nuptam **CTa** || accidisse **O** || 16 nouos **O**, *corr. Schulting* || ocure **C** || 17 acuarie **T** || 19 atque **T** || *de his frustis emendandis omnino desperandum; plura praebent excerpta. Ultima scribenda esse:* aeque curandum est esse ac uideri pudicam *uidit Schulting. In fine:* ANNEI SENECAE ORATOR ET RETOR SENTENTIAE DIUISIONES COLORES CONVERSIARV LIBER TERTIVS EXPLICIT FELICITER • INCP̃T LIBER IIII **A** ANei Senicę [Senece **V**] ORATor et rethor Sententiae Diuisiones colores controuersiarum lib̄ III explicit feliciter INCIPIT LIB ıIIı **BV**

# ⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM⟩ LIBER SECVNDVS.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### ADOPTANDVS POST TRES ABDICATOS.

Diues tres filios abdicauit; petit a paupere unicum in adoptionem. pauper dare uult; nolentem ire abdicat. contradicit.

Numquam futurum putaui ut aut pater meus liberos odisset aut diues concupisceret. Diu dubitaui, ille amicum tentaret an hic filium. Ita nos pauperes sumus, qui habemus quod diuites rogent? Si inmerito abdicauit, odi patrem tot eicientem innocentes; si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo aeque paupertatem ac patrem; utroque adsueui. Non tibi per multos fulta liberos domus est, quan||quam ne sic quidem debuisti dare; tutior enim aduersus fortunam est cui aliquid post damnum superest. Abdico, inquit. apparet unde

2 LIBER PRIMVS EXPLICIT . INCIPIT LIBER SECVNDVS **M** *sequitur praefatio libri II* [*p.* 150—152] || 7 contradicit; **M** || 9 dibitaui **M** || 16 nec **Mb** || 18 *uerba* unde uenias *om.* **M** (*in quo hic ras.*)

uenias. Vna inter nos disputatio est: iste me dignum putat beato patre, ego meo. Diuitem, inquit, esse te uolo. O me abdicandum, si talem patrem relinquo! Quid me uideri uelis nescio: innocentem? sed abdicor; nocentem? sed adoptor. Non ut in ceteris abdicationibus, in mea potestate est non abdicari: perditurus sum patrem si abdicor, perditurus si non abdicor. Quid interest utrum eiciar an transferar? Etsi parendum est in omnibus patri, in eo non est parendum, quo efficitur ne pater sit. Graue est carere unico, grauius eo quem alius concupiscit. Non delectant ignoti seruorum domino greges nec sonantia laxi ruris ergastula: patrem gratis amo. Necesse est timeam infelicem liberis domum. Non potest inueniri reconciliationis aptius tempus: diues filios quaerit.

Pars altera. Magnum et hoc inter cetera paupertatis incommoda, quod abdicationem filius non timet. Senatorium gradum census ascendit, census equitem Romanum a plebe discernit, census in castris ordinem promouet, censu iudex in foro legitur. Facilius est paupertatem laudare quam ferre. Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebo hunc cum illis, si perseuerauerint, habebo pro illis.

Extra. Aridi declamatores fidelius quos proposuerint colores tuentur; non enim alicuius sententiae dulcedo subrepit, nullum schema sollicitat. sic quae malam faciem habent saepe pudicae sunt: non animus illis deest, sed corruptor. GALLVS VIBIVS fuit tam magnae olim eloquentiae quam postea insaniae; cui hoc accidisse uni scio, ut ad insaniam non casu caderet sed iudicio perueniret; nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, || quod simulabat ad uerum redegit.

4 uelim **M** || 20 plebes cernit **M** || 27 subripit **M** || schemas oblicitat **Ma** || 34 redigit **Ma**

Otho Ivnivs pater edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros uocat: tantum in illis somniorum est. Syriacvs contra Maximum Stertinium a quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit: per annos quindecim in officio tuo fui, dic quid peccauerim? sed haec est consuetudo uestra, iniuriam uocatis finem seruitutis.

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### IVSIVRANDVM MARITI ET VXORIS.

Vir et uxor iurauerunt, ut si quid alteri accidisset, alter moreretur. Vir peregre profectus est; misit nuntium uxori, qui diceret se decessisse. uxor se praecipitauit. recreata iubetur a patre uirum relinquere; non uult. abdicatur. contradicit.

Dii immortales, qua debetis prudentia humanum genus regitis: effecistis ut illud non periculum amantis esset sed experimentum. Hos diuidere uult socer quos ne mors quidem diuidet? Moriar, inquit; habeo et causam et exemplum: quaedam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt, quaedam anima redemerunt maritorum salutem. sollicitudine breui inter has puella uiua numeratur. Assiduae contentiones erant: ‘sine te uiuere non possum’; ‘immo ego sine te’. qui certantium exitus esse solet, iurauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, ut uiui non diducerentur, cum illud quoque cauerint, ne morte diuiderentur.

Pars altera. Non possum, inquit, relinquere ui-

1 Otho ionius (v supra io) M ‖ 14 CD M ‖ 22 redimerunt Ma ‖ sic lutem Ma ‖ 23 Assidue M ‖ 26 *uerba* hic animus *om.* Ma ‖ 27 ducerentur Ma ‖ 28 deuiderentur M

rum. quicquam non potest quae mori potest? Paene dum falsae mortis nuntium misit, uerae recepit. Potes sine uiro pati; ‖ peregrinationem eius tulisti. iureiurando iam liberata es casu proximo.

Extra. Ovidivs Naso aput Arellium Fuscum magistrum suum hanc controuersiam declamauit; nam Latronis admirator erat. Latro in praefatione quadam dixit: non uides ut immota fax torpeat et ignes exagitata restituat? mollit uiros otium, ferrum situ rubiginem ducit. Naso dixit:

uidi ego iactatas mota face crescere flammas
et rursus nullo concutiente mori.

hic autem dixit: quicquid laboris est in hoc est, ut uxori uirum et uxorem uiro diligere concedas. necesse est deinde ut iurare permittas, si amare permiseris. Eiusdem: pauca nosti, pater, crimina: et litigauimus aliquando et cecidimus et, quod fortasse non putas, peierauimus. Rogatus aliquando ab amicis suis ut tolleret tres uersus, inuicem petiuit, ut tres exciperet, in quos nihil illis liceret. scripserant illi quos tolli uellent secreto, hic quos tutos esse uellet: in utrisque codicillis idem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinovanvs Pedo, qui inter arbitros fuerat:

semibouemque uirum semiuirumque bouem,

secundum:

et gelidum Borean egelidumque Notum.

ex quo apparet summi ingenii uiro non iudicium defuisse ad conpescendam licentiam carminum suo-

10 rubignem **M** ‖ 18 perieramus **M** ‖ 20 exciperent **M** ‖ 22 utriusque **Ma** ‖ codicellis **Ma** ‖ 23 poedo **M** ‖ 27 *uerba* et gelidum Borean, *om.* **Ma** gelidum boream **Mb** ‖ gelidum nomen **M**

rum, sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis naeuus esset. ||

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### RAPTOR PATREM NON EXORANS.

Raptor nisi et suum et raptae patrem intra tricesimum diem exorauerit, pereat. Raptor raptae patrem exorauit, suum non exorat. reum facit dementiae.

Quid contremescis, senectus? quid, lingua, trepidas? quid optorpuistis, oculi? nondum est tricesimus dies. Ne tristiore quidem uultu expugnatam filiae pudicitiam tulit. nimis cito exoratus est. Ne omnia uitia ab adulescentia repetam, uirginem rapuit, patrem accusat: haec intra triginta dies. Putas me accusatori promissurum quod filio negaui? Miraris dubitare patrem? lex ipsa inter mortem et nuptias dubia est. Semper sibi licere omnia credidit, nihil me umquam rogauit. Ignouit, inquit. ita aliquis ante me rogatus est? Demens sum, uides, nimirum turpiter uiuo, legem ignoro, dies tuos non numero. Demens, inquis, es. potest aliquis ignoscere sic roganti? Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis. me miserum, quam paene promisi! O me miserum, quod tantum triginta diebus irasci possum! Quid miraris si illum citius exorasti? facilius est iniuriam donare quam crimen. Procede in medium, senex, cuius misericordia crudelis sum. Iam, inquit, angustum tempus est: et tibi uacat

2 nouus **Ma**, neuus **Mb** || 6 Raptor *om.* **Ma** || 10 tricessimus **M** || 13 ad$^{v}$olescentia **M** || 14 Hoc **M** || 15–18 *uerba* Miraris .... rogauit *om.* **Ma**; *fortasse post* rogatus est *u.* 19 *transponenda* || 19 aut tam temere rogatus **Mb** || 25 mirum **Mb** || 27 crudelissimum **Ma**

accusare? Sic aliquis exorat? sic deprecatur? apparet nunc te primum rogare. Quid enim tamquam demens egi? non sum exoratus. nondum transiit tempus, etiamnunc exorari possum. Quam iniquum est nondum esse me nocentem et iam reum! ||

Pars altera. Me miserum, pater! irae tuae detractum est nihil, tempori multum. Infelicior sum quam si neutrum exorassem. Si seruaturus es filium, iam tempus fuit, si occisurus, iam tempus est. Prior rogatus est qui magis timebatur.

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### NEPOS EX MERETRICE SVSCEPTVS.

Abdicauit quidam filium; abdicatus se contulit ad meretricem et ex ea sustulit filium. aeger ad patrem misit: cum uenisset, commendauit ei filium et decessit. pater post mortem illius in adoptionem recepit nepotem. accusatur ab altero filio dementiae.

Dementia in me noui generis arguitur: sanus eram, si non agnoscerem meos. Exspectabam ut aliquis pro abdicato rogaret: nemo audebat propinquorum fratre cessante. Deficientis spiritus in aduentum meum sustinebatur. Intraui; iam cadentes oculos ad meum nomen erexit fugientemque animam retinuit. in sinu meo et filium et animam deposuit. Nuntiatum est mihi in ultimis esse filium, nec hoc a fratre.

Pars altera. Pater istius incertus est: bene cum isto ageretur, si et mater. Incidit in meretricem inter cetera mala et fecundam. Mulier nescio ⟨an⟩

7 Infelitior **M** || 8 *fuit* se *in* **M** *sed corr. m. pr.* || 9 ian **Ma** || 15 com (v *supra* o) **M** || 22 Dificientis **Ma** || 30 malam **M** || an *addidi ex p.* 197, 6

aduersus patrem iniuriosior quod abstulisti illi heredem an quod dedisti. Adoptauit eius filium propter quam eiecerat suum. ||

## <CONTROVERSIA V.>

### TORTA A TYRANNO PRO MARITO.

Torta a tyranno uxor, numquid de uiri tyrannicidio sciret, perseuerauit negare. postea maritus eius tyrannum occidit. intra quinquennium non parientem sterilitatis nomine dimisit. agit illa ingrati.

Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebantur matronae, rapiebantur uirgines, nullae tunc uidebantur feliciores quam quae liberos non habebant. Suspicatus est hunc tyrannus de tyrannicidio cogitare, siue isti aliquid excidit siue non bene tegit uultus magna consilia; tamen de uxoris garrulitate queri non potest, cum sciat quemadmodum taceat. Inposita in eculeum saepius ad absentem uirum respexit quam ad praesentem tyrannum. Explicatur totus aduersus infelicem feminam tyrannicae crudelitatis apparatus et illa instrumenta uirorum quoque animos ipso uisu frangentia ad excutiendam muliebris pectoris scientiam proponuntur, uerberibus corpus abrumpitur. Nescio, respublica, an tibi ista mulier datura sit liberos; tyrannicidam dedit. Miraris si transiit quinquennium inter uxorem tortam et occupatum uirum? Scissum corpus flagellis, igne adustum tormentisque conuulsum. ignoscetis puto mulieri si dixero: fessa est. Quid tyrannicidio gloriaris? facilius est tyrannum occidere quam sustinere. Verbera, laminae,

5 TIRANNO **M** || 16 texit ? || 18 aeculeum **M** || 21 tyrannide **M** || 26 transit **M**, *quod correxi* || 29 cumuulsum **M**

eculeus, quicquid antiqua saeuitia inuenerat, quicquid adiecerat noua — quid amplius dicam? et tyrannus torquebat et cum de tyrannicidio quaereret. Num premit censum onerosa sumtibus et ut seculi mos est in || deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo usque in publica damna priuatis insanit? numquid gemmas et ex alieno litore petitos lapillos? Expecta, potest parere; non respondet ad certam diem fecunditas. sui iuris rerum natura est. Vtrum putas tuum esse mirandum tyrannicidium an huius silentium?

Pars altera. 'Ego torta sum'; merito obiceres nisi te uindicassem. Etiamsi scisti de tyrannicidio uiri nec indicasti, non est beneficium scelus non facere. deinde nec scisti; non enim tibi indicaui nec tam magnum consilium, uirilibus quoque animis graue, commisi muliebri garrulitati, quae id solum potest tacere quod nescit. Quo tempore uxor torta est nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam; postea cogitaui et haec ipsa mihi cogitandi causa fuit uxoris ultio. Si quod audierat tacuit, non beneficium est sed fides.

Extra. L. VINICIVS, quo nemo ciuis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium. quicquid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi dabat; ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. de hoc eleganter dixit diuus Augustus: L. VINICIVS ingenium in numerato habet. ||

3 et *om.* **M** *(in quo rasura)* || 4 *uerba* Num . . . sumtibus *erasa in* **M** *ita ut nihil ex illis distingui possit* || 5 mōſ **M** || 16 niribus **Ma** || 28 eliganter **Ma** || 29 agustus **M** || L. unicius **M** || ingenuum **M**

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### PATER ET FILIVS LVXVRIOSI.

Quidam luxuriante filio luxuriari coepit. Accusatur a filio dementiae. Contradicit.

Accusator meus intra se contrarios adfectus habet: cupit reum damnari, crimen absolui. 'Sed tu senex ⟨es⟩', inquit; hoc dicis: luxuria tua serius coepit, citius desinet. Quidam summum bonum dixerunt uoluptatem. Nihil est mihi opus praecipientibus, habeo exemplum. Ostendi tibi luxuriam quam in te non uidebas. Ebrietatem patri obicis ebrius.

Pars altera. Adulescens luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit. Nemo uitia quia odit imitatur. quis imperator ob hoc ipse de proelio fugit, ut bene pugnaret exercitus? Non coercet uitia qui prouocat. Meam quoque luxuriam patri imputabo. non sub seuera fui disciplina, non sub bene institutae domus lege, quae posset adulescentis formare mores et a uitiis aetatis abducere. Quodammodo ad luxuriam a patre praemissus sum. Madent unguento cani et commessator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus uidetur. ||

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

### PEREGRINVS NEGOTIATOR.

Quidam cum haberet formosam uxorem, peregre profectus est. in uiciniam mulieris peregrinus mercator migrauit; ter illam appellauit de stu-

4 dimentiae **Ma** || 7 es *add. Bursian ex p.* 216, 1 || 13 adolescens **Ma** || 15 fuit **Ma** || 16 quiqui **M** || 19 adolescentis **Ma** || 20 abduce **Ma**

pro adiectis pretiis; negauit illa. decessit negotiator, testamento ⟨heredem⟩ omnibus bonis reliquid formosam et adiecit elogium: 'quia pudicam conperi'. adiit hereditatem. redit maritus, accusat adulterii ex suspicione.

Seram querelam detuli: non accuso adulteram nisi diuitem factam. Post tantos inpudicitiae quaestus si tacere possum, confitendum habeo hac me causa afuisse. Tempus est de uxore marito credi. Ferat matrona iacentes in terram oculos et aduersus officiosum salutatorem inhumana potius quam inuerecunda sit; longe ante inpudicitiam suam ore quam uerbo neget. nemo fortiter negantem iterum rogabit. 'Omnium bonorum sola heres esto, quia corrumpi non potuisti, quia tam fideliter pudicitiam custodisti'. Tace paulisper nomen auctoris: numquid non testamentum uiri creditur? Adeone iam omnis patientia seculi nostri abiit, ut aduersus querimoniam uiri alieno teste defendatur uxor? Mulierium uitiorum fundamentum auaritia est. Quae potest non timere opinionem adulterii, potest non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium contrahitur quo uestis ‖ cruentetur. Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui ueste perspicua sit et nihil in corpore uxoris suae plus maritus quam quilibet alienus peregrinusque cognouerit. Futuro uetus aestimabo iudicium; interim quod rogat conperit, inpudicam. Omnes te inpudicam locuntur,

b;

2 omni bonis **M** ‖ 5 *post* suspicione **M** *addit:* ·∂·C· ‖ 6 detulit **M** ‖ 9 acfuisse **Mb** ‖ *in* **M** *rasura ante* marito ‖ 11. 12 quam uerecunda **Mb** ‖ 12 pudicitiam **M** ‖ 13 negat **Ma** ‖ interroganit **M** ‖ 14 qui **M** *m. pr.* ‖ 16. 17 nunquam non [ne **Mb**] **M** *corr.* **S** [*u. p.* 228, 11] ‖ 18 habiit **M** ‖ quemoniam **Ma** ‖ 26. 27 Futura etus ęstimabo iuditia **M** Frustra aestimabo esse indicia si tantum qui rogat comperit pudicam **P**, *corr. Bursian; an* futuram eius aestimabo pudicitiam ?

pudicam tantum et unus et peregrinus, qui plus laudator quam accusator nocet. Vxorem meam nusquam pudicam audiui nisi in adulteri elogio. Deice in terram oculos et aures externorum uocibus claude: sibi quisque pro te neget. Pudicam ille dixit, ego inpudicam: puto, plus credetis ciui quam peregrino, marito quam adultero. Ipsum elogium scripsit corruptoris animo. Quia pudicam, inquit, conperi: quod nulli praeter me contigit.

Pars altera. Formosa est: hoc natura peccauit. sine uiro fuit: hoc maritus peccauit. appellata est: hoc alius peccauit. negauit: hoc pudice. heres relicta est: hoc feliciter. hereditatem adiit: hoc consulto fecit.

1 cui **M** ‖ 4 claudes ibi **Ma** ‖ 7 eloquium **Ma** ‖ 8 animus **MbP**

# LIBER TERTIVS.

Seneca Nouato, Senecae, Melae filiis salutem.

Quosdam disertissimos agnoui uiros non respon- 1
dentes famae suae cum declamarent, in foro maxima omnium admiratione dicentes, simul ad has domesticas exercitationes secesserant desertos ab ingenio suo. quod accidere plerisque aeque mihi mirum quam certum est. Memini itaque me a SEVERO CASSIO quaerere, quid esset cur in declamationibus eloquentia illi sua non responderet. In nullo enim 2
hoc fiebat notabilius. oratio eius erat ualens, culta, ingentibus plena sententiis; nemo minus passus est aliquid in actione sua otiosi esse; nulla pars erat quae non sua uirtute staret, nihil in quo auditor sine damno aliud ageret, omnia intenta, aliquo petentia; nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. Verum est quod de illo dicit GALLIO noster: 'cum diceret rerum potiebatur, adeo omnes imperata faciebant; cum ille uoluerat, irascebantur. nemo non illo dicente timebat ne desineret'. Non 3
est quod illum ex his quae edidit aestimetis; sunt quidem et haec quibus eloquentia eius ⟨agnoscatur;

1 EXPLICIT LIBER SECVNDVS. INCIPIT LIBER TERTIVS **M** (**Mb** *in margine ascr.*: hic insunt CII et contrarie CII). ‖ 2 malę **M** ‖ 3 agnoui *om.* **M**, *in quo hic rasura* ‖ 5 simin' **M** ‖ 8 namque *H. Müller* ‖ 11 cultu **M**, *corr. Gron.* ‖ 12 uigentibus ? ‖ 15 aliquid ? ‖ 17 dixit **Ma** ‖ 21 ex his que dedita aestimetis **M** ‖ 22 *suppleuit Bursian*

auditus tamen⟩ longe maior erat quam lectus. Non hoc ea portione illi accidit, qua omnibus fere quibus maiori commendationi est audiri quam legi, sed in illo longe maius ‖ discrimen est. Primum tantundem erat in homine quantum in ingenio: corporis magnitudo conspicua, suauitas ualentissimae uocis — quamuis haec inter se raro coeant, ut eadem uox et dulcis sit et solida — pronuntiatio quae histrionem posset producere, ⟨nec⟩ tamen quae
4 histrionis posset uideri. nec enim quicquam magis in illo mirareris quam quod grauitas quae deerat uitae, actioni supererat: quamdiu citra iocos se continebat, censoria oratio erat. Deinde ipsa quae dicebat meliora erant quam quae scribebat. Vir enim praesentis animi et maioris ingenii quam studii magis placebat in his quae inueniebat quam in his quae attulerat. Iam uero iratus commodius dicebat, et ideo diligentissime cauebant homines ne dicen-
5 tem interpellarent. uni illi proderat excuti; melius semper fortuna quam cura de illo merebat. Numquam tamen haec felicitas illi persuasit neglegentiam. Vno die priuatas plures agebat et ita ut alteram ante meridiem ageret, alteram post meridiem; publicam uero numquam amplius quam unam uno die. Nec tamen scio quem reum illi defendere nisi se contigerit: adeo nusquam rerum ullam ma-
6 teriam dicendi nisi in periculis suis habuit. Sine commentario numquam dixit nec hoc commentario contentus erat in quo nudae res ponuntur, set maxima parte perscribebatur actio; illa quoque quae

1 le$^{c}$tus **M** ‖ 2 quam **M** ‖ 3 audire **M** ‖ 5 in *om.* **Ma** ‖ ingenuo **M** ‖ 9 qua **M** ‖ nec *add. Burs.* ‖ 9. 10 quaestionis posset **M**, *corr. Pincianus* ‖ 12 locos **M** ‖ 14 sciebat **M**, *corr. Burs.* ‖ 20 *sq.* merebat. Id numquam **M**, numquam *an* ideo ‖ 21 persuassit **M** ‖ neclegentiae **M** ‖ 22 plures non agebat **M** ‖ 26 nūquam rerum nullam **M**, *corr. Burs.* ‖ 27 discendi **M** ‖ 29 et **M**, *corr. Burs.* ‖ 30 accio **M** ‖ quae *om.* **Ma**

salse dici poterant adnotabantur; sed cum procedere nollet nisi instructus, libenter ab instrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere infinito se antecedebat. Numquam non utilius erat illi deprehendi quam praeparari; sed magis illum suspiceres quod || diligentiam non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cederet. Omnia ergo habebat quae illum 7 ut bene declamaret, instruerent: phrasin non uulgarem nec sordidam sed lectam, genus dicendi non remissum aut languidum sed ardens et concitatum, non lentas nec uacuas explicationes sed plus sensuum quam uerborum habentes, diligentiam, maximum etiam mediocris ingenii subsidium. tamen non tantum infra se cum declamaret, sed infra multos erat: itaque raro declamabat et non nisi ab amicis coactus. Sed quaerenti mihi quare in declamatio- 8 nibus impar sibi esset, haec aiebat: quod in me miraris paene omnibus euenit. magna quoque ingenia — a quibus multum abesse me scio — quando plus quam in uno eminuerunt opere? Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit; Vergilium illa felicitas ingenii ⟨in⟩ oratione soluta reliquit; orationes Sallustii in honorem historiarum leguntur; eloquentissimi uiri Platonis oratio quae pro Socrate scripta ⟨est⟩ nec patrono nec reo digna est. Hoc 9 non ingeniis tantum, sed corporibus uideris accidere, quorum uires non ad omnia quae uiribus efficiuntur aptae sunt: illi nemo luctando par est; ille ad tollendam magni ponderis sarcinam praeualet; ille quicquid adprehendit, non remittit, sed in procliue nitentibus uehiculis moraturas manus inicit.

1 sulse **M** || adnotẹbantur (a supra ẹ) **M** || 3 dicerem **M** || 5 illud **Mb** || susciperes **MP** || 6 relinquebant **Ma** || 8 parasin **M** || 9 delectam **Ma** || 11 lecṭas **M** || 12 dilentiam **Ma** || 15 declamat **Ma** || 16 quaḍ re **M** || 22 in *om.* **M** || 24 quęque **M** quae **P** quoque *Burs.* || 25 est *add. H. Müller* || 28 * luctandi **M** || illi **Ma** || 29 tollendi **Ma**

Ad animalia ueni: alii ad aprum, alii ad ceruum canes faciunt; equorum non omnium, quamuis celerrimi sint, idonea curriculis uelocitas est; quidam
10 melius equitem patiuntur, quidam iugum. Vt ad meum te morbum uocem, Pylades in comoedia, Bathyllus in tragoedia multum a se aberant; cognomini meo cum uelocitas pedum non concedatur tantum, sed obiciatur, lentiores manus sunt; || quidam cum hoplomachis, quidam cum Threcibus optime pugnant et quidam sic cum scaeua conponi cupiunt quomodo † aliti est. In ipsa oratione quamuis una materia sit, tamen ille qui optime argumentatur, neglegentius narrat; ille non tam bene implet quam praeparat. Passienvs noster cum coepit dicere, secundum principium statim fuga fit, ad epilogum omnes reuertimur, media tantum quibus necesse est
11 audiunt. Miraris eundem non aeque bene declamare quam causas agere aut eundem non tam bene suasorias quam iudiciales controuersias dicere? Silo Pompeivs sedens et facundus et literatus est et haberetur disertus si a praelocutione dimitteret: declamat tam male ut uidear belle optasse cum dixi: numquam surgas. Magna et uaria res est eloquentia neque adhuc ulli sic indulsit ut tota contingeret; satis felix est qui in aliquam eius partem receptus
12 est. Ego tamen et propriam causam uideor posse reddere: adsueui non auditorem spectare sed iudicem; adsueui non mihi respondere sed aduersario; non minus deuito superuacua dicere quam contraria.

1 prum **Ma** || 5 pilades **M** || 6 batyllus **M** || aberrant **M** || 6. 7 * nomini meo **M** cognomini meo *dubitanter scripsi*, Numenio *ed. Heruagiana* || 8 quadam **Ma** || 9 contrecibus (v *supra* n) **M** || 10 in scena *Burs.*, cum schema *Turnebus* sicut in scaena *H. Müller* || 11 aliti sunt *cod. Sorbonnensis*, est aliti *Turnebus*; quomodo ⟨cinaedici . Non⟩ aliter est in *H. Müller* || 16 mediam **M** || 18 aịut **M** || 22 demamat **Ma** || uidear belli **M** || 24 contigeret **Ma** || 29 dẹbito (v *supra* e) **M**

In scolastica quid non superuacuum est, cum ipsa superuacua sit? Indicabo tibi affectum meum: cum in foro dico, aliquid ago; cum declamo, id quod bellissime CENSORINVS aiebat de his qui honores in municipiis ambitiose peterent: uideor mihi in somniis laborare. Deinde res ipsa diuersa est: to- 13 tum aliud est pugnare, aliud uentilare. Hoc ita semper arbitratum est, scolam quasi ludum esse, forum arenam; et ideo ille primum in foro uerba facturus tiro dictus est. Agedum istos declamatores produc in || senatum, in forum: cum loco mutabuntur; uelut adsueta clauso et delicatae umbrae corpora sub diuo stare non possunt, non imbrem ferre, non solem sciunt, uix se inuenient; adsuerunt enim suo arbitrio diserti esse. Non est quod oratorem in 14 hac puerili exercitatione spectes. quid si uelis gubernatorem in piscina aestimare? Diligentius me tibi excusarem tamquam huic rei non essem natus, nisi scirem et Pollionem Asinium et Messalam Coruinum et Passienum qui nunc primo loco stat minus bene audiri quam Cestium aut Latronem. Vtrum 15 ergo putas hoc dicentium uitium esse an audientium? Non illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant, ⟨qui⟩ pueri fere aut iuuenes scolas frequentant; hi non tantum disertissimis uiris quos paulo ante retuli Cestium suum praeferunt, ⟨sed etiam Ciceroni praeferrent⟩, nisi lapides timerent. quo tamen uno modo possunt praeferunt: huius enim

4 bellissimile **M** || habebat **M** || 6 somnis **M** || 8 arbitum **Ma** || 9 ille ideo **M** || 10 disotus est **Ma** || declamaturos **M** || 11 produt **M** || mutabunt **M** || 12 classe et dilectae **M**, *corr. Gron.* || 13 $di^{v}o$ **M** || 14 * inueniunt **M** || 17 piscinam **M** || * Diligentissime sibi **M** || 19 coruinium **M** *corr.* || 20 bassienum **M** || primum **M**, primo in loco *maluit Burs.* || 21 * uideri **M** || testium **M** || 22 ego **Ma** || 23 in **Ma** hii **Mb** || 24 qui *add. R. Wachsmuth* || 26 *uerba* sed .... praeferrent *om.* **M**

declamationes ediscunt, illius orationes non legunt

16 nisi eas quibus Cestius rescripsit. Memini me intrare scolam eius cum recitaturus esset in Milonem; Cestivs ex consuetudine sua miratus dicebat: si Threx essem, Fusius essem; si pantomimus essem, Bathyllus essem, si equus, Melissio. Non continui bilem et exclamaui: si cloaca esses, maxima esses. Risus omnium ingens; scolastici intueri me, quis essem qui tam crassas ceruices haberem. Cestius Ciceroni responsurus mihi quod responderet ‖ non inuenit, sed negauit se exsecuturum, nisi exissem de domo. ego negaui me de balneo publico exiturum,

17 nisi lotus essem. Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere. subinde nanctus eum in ius ad praetorem uoco et cum quantum uolebam iocorum conuitiorumque effudissem, postulaui ut praetor nomen eius reciperet lege inscripti maleficii. tanta illius perturbatio fuit, ut aduocationem peteret. Deinde ad alterum praetorem eduxi et ingrati postulaui. Iam aput praetorem urbanum curatorem ei petebam; interuenientibus amicis qui ad hoc spectaculum concurrerant et rogantibus dixi molestum me amplius non futurum, si iurasset disertiorem esse Ciceronem quam se. nec hoc ut faceret uel

18 ioco uel serio effici potuit. Hanc, inquit, tibi fabellam retuli, ut scires in declamationibus tantum non aliud genus hominum esse. Si comparari illis uolo, non ingenio mihi maiore opus est, sed sensu minore. itaque uix iam optineri solet ut declamem;

1 declamationem se discunt **Ma** ‖ 2 cestum **M** ‖ 3 scolam cum eius cum **M**, *corr. Burs.* ‖ 4 se si thra ex **M** ‖ 5 pantominus **M** ‖ 6 patyllus **M**, *corr. Lipsius ad Tac. ann.* I, 54 ‖ 7 scio acaese **Ma** ‖ 9 grassas **M** ‖ 11 exi$^{v}$turam **M** ‖ 15 locorum uitiorumque **M** ‖ 17 male ficut **M** ‖ 18 illis **M**, *corr. Burs.* ‖ 19 adulterum predixi et **M**, *corr. Schott*, ad alterum perduxi et *Burs.* ‖ 23 iurassem **Ma** ‖ 24 quam sene hoc **M** ‖ 26. 27 non tantum aliud **M**, *corr. Burs.* ‖ 29 uixi **M**

illud optineri non potest, ut uelim aliis quam familiarissimis audientibus. Et ita faciebat. declamationes eius inaequales erant, sed ea quae eminebant in quacumque declamatione posuisses, inaequalem eam fecissent. conpositio aspera et quae uitaret conpositionem, sententiae uiuae. Iniquom tamen erit ex his eum aestimari quae statim subtexam: non enim haec ille optime dixit, sed haec ego optime teneo.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### LVXVRIOSVS A SODALIBVS EXCAECATVS.

Caecus de publico mille denarios accipiat. Decem adulescentes cum bona comedissent, sortiti sunt, ut cuius nomen exisset ex pacto excaecaretur et ita acciperet mille denarios. exiit sors cuiusdam; excaecatus est. petit mille denarios. negantur.

Hi sunt oculi quos timuistis, mariti. O legem si excaecat homines abrogandam! Mille denarios nulli respublica dat nisi qui inuitus accipit. Dic nunc: miserere; hoc cum excaecareris non dixisti. Respublica debilitatem consolatur, non emit. Consumtis patrimoniis membra conferunt. Vtilius est reipublicae unum caecum repelli quam nouem fieri. Non solus a uobis petit alimenta, sed primus. Alam qui propter debilitatem alitur, non alam qui propter alimenta debilitatur. Sic fit, ubi homines maiorem partem uitae in tenebris agunt, ut nouissime solem quasi superuacuum fastidiant.

Pars altera. Illis nouem nihil daturus est: nulli

3 sed neque eminebant **M** ‖ 6 in··quo **M** ‖ 7 existimari **M** ‖ satis **M** ‖ 13 a^v^dolescentes **M** ‖ 15 et *om.* **M** ‖ 19 abrogandum **Ma** ‖ 24 resp̄. **M**

non fauorabilis erit, si eos a quibus excaecatus est decipit. Circumuentus adolescens ab illis nouem ueteranis consumtoribus, 'solus', inquit, 'nouem consentientibus non potui resistere'. omnia ex composito facta sunt: unus mentionem intulit, omnes adprobauerunt; electus est qui sortiretur; sors huius quae exiret prima subiecta est. cum repugnaret, ‖ excaecatus est. Si circumuentus, inquit, est, persequatur iniuriam, de ui agat, talionem petat. uidebimus; primum est ut habeat unde uiuat.

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### PARRICIDA AEQVIS SENTENTIIS ABSOLVTVS.

Quidam filium accusauit parricidii. Aequis sententiis absolutum abdicat.

Minus est iam quod rogo; non peto ut me a parricida uindicetis, sed ut separetis. parricidam non accuso, sed fugio. Quando iste accusatori parcet qui patri non pepercit? Ergo nihil medium est inter testamentum et culleum? Non absolutus parricida, sed dubius: ut absoluaris multis tibi sententiis opus est, ut damneris una. Non absoluerunt reum, sed saeculo pepercerunt. Miraris in hac ciuitate misericordiam in qua lex absolutionem et paribus tabulis dat? Quaeris quam multis non placeas? si unum adiecero, parricida es. Absolutionem legi, non innocentiae debes. Absolutus, inquit, sum. Non abdico te propter parricidium, sed propter alia uitia quae te fecerunt tam credibilem parricidam.

Pars altera. Manifestus adulescentis color est, ut se dicat patris auctoritate oppressum. ‖

1 faborabilis **M** ‖ 3 consentibus **Ma** consenti[e]bus **Mb** ‖ 4 potuit **M** ‖ 16 ut *om.* **Ma** ‖ 18 melius **M** ‖ 20 parricida es, sed *Burs.* ‖ 24 tabellis ? ‖ 29 ad[v]olescentis **M**

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### ABDICANDVS QVI ABDICATVM FRATREM ADOPTAVIT.

Cum tricenario filio pater patrimonium diuidat. Quidam habuit filios frugi et luxuriosum. abdicauit luxuriosum. frugi peregre profectus est; a piratis captus est; de redemtione scripsit patri. patre cessante luxuriosus praeuenit et redemit. rediit frugi; adoptauit fratrem suum. abdicatur.

Nec est quod quisquam me laudet: prior frater fecit inter nos pietatis exemplum; una nauigauit, una periclitatus est, una omnes emensus est terras, reliquit me tantum ad paternam domum. Non est quod excusatione aetatis utaris: potes nauigare. Vtrique gratias agere deberet: frater me isti reduxit, ego isti fratrem. Si tamquam inertem abdicasti, nauigauit: si tamquam impium, suos redemit. Non potest eripi filio quod accepit a lege. quomodo enim potest pater eripere quod non potest non dare?

Pars altera. Per alterum mihi necesse est abdicare quem nolo. Hoc uno alter alteri placet quod uterque patri displicet. Vtamur medicina qua cogimur, quod in uulneribus fieri periculosis solet, ut malum cum ipso corpore exsecetur. Adoptare permittitis adolescenti quem lex in patrimonio diuidendo experitur? Lex te ad ministerium patrimonii admisit, non in dominium. Est aliqua aetas a qua aliquis filius esse desinat? ne tricenario quidem adoptare filio licet; neque enim quisquam alium potest in manum suam recipere qui ipse in aliena

8 peruenit **M** ‖ re·dit **M** ‖ 9 adobtauit **M** ‖ 18 nauigat **M** ‖ 23 plecet **Ma** ‖ 25 periculosi **Ma** periculose **Mb**

manu est. Quomodo fieri potest ut tibi potestas uitae necisque aut in fratrem sit aut ‖ in filium non sit? Si bene de te meruerat, patrem pro filio rogasses. Nam quod ego non redemi, paupertatis fuit: nihil in medio comparebat; quicquid tricenarius reliquerat, abdicatus abstulerat. Quid facerem solus, senex, inops, cuius patrimonium alter diuiserat, alter absumpserat?

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### SERVATVS A FILIO.

Seruatus contra seruatorem ne quam habeat actionem. Seruatus a filio abdicat. ille praescribit.

Licuisset perire, si loqui non licet. Seruatum me putatis? captus sum. Redde me hosti; captiuis loqui licet. Quoniam tantopere beneficia uitae iactat, audite quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, seruatorem uocabo. An uos abdicationem actionem putatis? etiamsi actio est, lex quae de seruato loquitur ad personas tantum extraneas pertinet, ad filium et ad patrem non magis quam ad seruum et ad dominum, libertum et patronum. Vt a patris potestate discedas et ad aestimationem beneficii uenias, qui uitam dat, si prior accepit, non obligat, sed reddit. Processi in aciem exemplum filio meo, uicit me non hostis, sed aetas, seruauit quem saepe seruaueram. Rediuiuum me senem meretrix uocat, parasitorum iocantium materia sum; omnibus istis tamquam seruatoribus tacere iubeor. Fili, si uiuere mihi non licet, cur perire non licuit?

2 necisque in fratrem sit, mihi in f. *Gron.* ‖ 4 Num **M** ‖ 8 adsumpserat **M** ‖ 11 habebat **M** ‖ 15 Quo **M** ‖ 21 *prius* et *om.* **Ma** ‖ 23 accipit **M** ‖ 26 Redeuiuum **M** ‖ 28 is **Ma** ‖ seruatori *Gron.*

Ego te, inquid, protexi. Ita tu adolescens in acie non ante patrem stetisti? Audite filii mei gloriam: parricidium non fecit; cum posset seruare, seruauit. ‖

Pars altera. Hic me genuit; hic mihi spiritum, hic has manus quibus seruaretur dedit.

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### PATER RAPTAM CONTINENS.

Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. Raptor postulat, ut rapta educatur. pater non uult.

Iste raptor est, ego in ius educor. Non est tam facile homini probo occidere quam perdito mori. Communis, inquid, lex est. dii faciant ne me experiri cogas, an tota ista mea sit. Quando ergo, inquid, optabis? Hoc tempore non possum; curo uulnera, familiam reficio, expugnatam domum lugeo, ereptam uirginitatem consolor, minantem sibi ipsi custodio. Quando optabis? cum rapta uoluerit, non cum raptor. Quando optabis? cum tu noles. Quando, inquit, optabis? paro me optioni, confirmo animum; non est facile hominem occidere; premo interim gemitus meos et introrsus erumpentes lacrimas ago. Scis quid futurum sit: uultus te meus decepit. Stulte, quemquam putas morari filiae suae nuptias? In securem incurris et carnificem ultro uocas. cum rogare debeas, conuitium facis. Nemo uindicare se cogitur.

Pars altera. Nihil est miserius quam incertum inter uitam mortemque destitui. Iam beneficium

1 atiem M ‖ 14 nec M ‖ 15 cogat Ma ‖ 21 obtabis M ‖ animam Ma ‖ 24 scio M, *corr. Gron.* ‖ 25 filia Ma filie Mb ‖ urris Ma ‖ 27 cum uitium M

erit etiamsi mortem optauerit. In amorem filiae istius incidi. appellare debui de nuptiis patrem; feci; sed uidetis quam etiam in lege lentus sit. Raptor uitam alieni arbitrii habet, liberta||tem sui. Lex ista communis est. Habet hic raptor quod timeat, habet et quod sperare possit. In lege, inquid, non est scriptum quando. immo statim; quotiens tempus non adicitur, praesens intellegitur. Tam longum tibi ius in caput ciuis permittatur? Crudelius est quam mori, semper mortem timere.

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### DOMVS CVM TYRANNO INCENSA.

Damni inlati actio sit. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in priuatam domum compulit. incendit domum: tyrannus cum domo conflagrauit. praemium accepit. agit cum illo dominus damni.

Quem exclusisti et quem recepisti? quare nullam aliam domum tyrannus petiit? Nemo non uenienti domum clusit. Aditum in domum non habui qui in arcem habui. Non gaudes impendisse te aliquid publicae libertati? 'Hic est in cuius domu tyrannus occisus est'. tamquam tyrannicida monstraris. Redde, inquid, domum. Ita uiuo tyranno non perdideras? Tyranni amicus, tyranni satelles, certe, quod negare non potes, hospes. Diu exspectaui an eiceretur tyrannus. Facilius potes accusare aut te qui tam familiaris tyranno fuisti, ut illi maxime tua placeret domus, qui illum recepisti, aut tyrannum qui tibi damnum dedit, quod in domum

9 permitatur **M**, *corr. Burs.* || 16 praemia **M**, *corr. Burs.* || 18 *alterum* quem *om.* **M** || 20 domun clusit **M** || 22 domo **Mb** || 25 satellis **Ma**

tuam confugit, aut ut culpa te liberem, facilius potes accusare fortunam quae tyrannum potissimum ad te detulit. ‖

Pars altera. Eius debet esse damnum cuius praemium est. Non est iniquum eius rei tibi iniuriam inputari cuius fructum percepisti. Non elegit domum tyrannus — nec enim hoc illi uacabat — sed in eam quam potuit inrupit, cum ego in ea non essem. Nactus hic occasionem nocendi intrare noluit, sed tyrannicidium elegit dubium, lentum, periculosum urbi. accepit praemium maius sine dubio quasi damnum sarcire deberet.

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

### VENENVM FVRENTI FILIO DATVM.

Filio furenti et membra sua lanianti pater uenenum dedit. accusatur ab uxore malae tractationis.

Non mirum est quare uiuat quae filium perdidit: uiuit qui occidit.

Pars altera. Quem cotidie perdebam, aliquando extuli. Falleris, misera mulier, in orbitatis tuae tempore: non tunc perdidisti filium, sed tunc extulisti.

Extra. Alfivs Flavvs hanc sententiam dixit: ipse sui et alimentum erat et damnum. Hunc Cestivs quasi corrupte dixisset obiurgans: apparet, inquid, te poetas studiose legere: iste sensus eius est qui hoc saeculum amatoriis non artibus tantum sed sententiis impleuit. Ouidius enim in libris metamorfoseon dicit:

ipse suos artus lacero diuellere morsu [Ouid met. VIII,
coepit et infelix minuendo corpus alebat. ‖ 877 sq.]

1 aut culpa te liberěm M ‖ 10 lentěm M ‖ 20 horbitatis M ‖ 25 correpte Ma ‖ 28 in *om.* M

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

### OLYNTHIVS PATER REVS CONCVRSVS.

Qui coetum et concursum fecerit, capital sit. Victa Olyntho cum filio adulescente Olynthius senex Athenas uenit. Athenienses omnibus ciuitatem Olynthiis decreuerunt. inuitatus ad cenam ab adulescente luxurioso cum filio uenit. ibi cum de stupro filii mentio esset, pater profugit, adolescens retentus est. pater flere ante domum coepit; incensa est domus; decem adolescentes perierunt et filius Olynthii. accusatur pater quod coetum concursumque fecerit.

Misero si flere non licet magis flendum est. Imperari dolori silentium non potest. Fuerunt ex populo qui dicerent: 'hic meum filium, hic meam corrupit uxorem'; suum quisque illo et ignem adtulit et dolorem. Timeo, fili, ne dum te quaero in ossa raptoris alicuius incidam. Vbi Athenarum fides? ubi hospitales inuicem dexterae? Capti, inquam, fili, sumus; dum licet fugiamus, sed tamquam a Philippo. Pariter apud Philippum certe uiri fuimus. Lacrimae meae uocantur in crimen, quasi ex quo Olynthos capta est flere desierim. Tantus scilicet sum, ut in ea ciuitate populum concitare potuerim in qua filium seruare non potui. Non quotiens conuenerunt in aliquem locum plures coetus et concursus est, sed quotiens conuocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt; non si una uicinia coiit aut transeuntium paucorum numerus adfluxit, sed ubi totus aut ex magna parte populus, ubi diuisa est in partes ciuitas. || Coetus multitudinis

3 capitale **Mb** || 4 adolescente **M** || 7 adolescente **M** || 13 Impera **Ma** || 23 Olyntos **M** || 26 alium **M** || coetus **M** || 28 quia si **M** || 29 coit **M**, *corr. W. Müller* || 31 est *erasum in* **M**

magnae nomen est coeuntis ex consensu quodam: at illic initio pauci fuerunt, deinde reliqui non ad me conuenerunt, sed ad incendium, quod tamen populus spectare maluit quam extinguere. Lex non eum punit propter quem coetus factus est, sed eum a quo factus est. Non mihi tanti ultio fuit, ut amittere filium uellem; et temptaui populum rogare nec potui.

Pars altera. Quid coetu opus est? sunt scriptae ad uindictam iniuriarum omnium leges. Mota semel multitudo modum non seruat. Ardere illo incendio ciuitas potuit.

## <CONTROVERSIA VIIII.>

### CRVX SERVI VENENVM DOMINO NEGANTIS.

Aeger dominus petiit a seruo ut sibi uenenum daret. non dedit. cauit testamento ut ab heredibus crucifigeretur. appellat seruus tribunos.

Lex Cornelia, te appello; ecce erus iubet quod tu uetas. Ne quis illum displicuisse domino putet, tunc huic parari iussit crucem cum sibi uenenum. Plura serui crimina confitemur: intempestiuas potiones, inutiles cibos desideranti negauit. quid enim ille non uoluit qui uenenum petiuit? Maluit crucem pati quam mereri. Si uincitur, periturus est, si non uincitur, seruiturus ei a quo in crucem petitur. Ex altera parte lex est, ex altera testamentum, crux utrinque. Furiosus seruum sine causa uoluit occidere. quaeritis insaniae argumentum? et se uoluit occidere. Seruo, inquit, tribuni non possunt succurrere. Seruo natum regem habuimus; seruo

F

5 cetus M | 7 temtaui M ‖ 14 DOMINI M ‖ 15 petit M ‖ 18 apello M ‖ heres M, *corr. Freinshem. in Flor.* IV 2, 72; *Burs.* ‖ 23 Malui M ‖ 27 utrique Ma ‖ 30 serua ?

indice patefacta est Bruti liberorum cum Tarquiniis coniuratio. Ergo nihil interest uenenum domino || dederit aliquis an negauerit? Etiam ubi remedium est mori, scelus est occidere. Tam cito uos de uita domini seruum desperare uultis quam heredem? Mortem si supplicium putas, quid rogas, si beneficium, quid minaris? Venenum quisquam obicit nisi datum? Vllum tu finem facies tribuniciae potestati, quam populus Romanus ut ipse plurimum posset plus ualere quam se uoluit? Venenum habere scelus est tam magnum quam dominum occidere.

Pars altera. Mori uolens elegit huic ministerio nequissimum seruum, audacem, infestum sibi. Ille non saluti consuluit domini quem uidebat insanabili morbo tabescere, sed tormenta eius extendit. Seruus erilis imperii non censor est, sed minister. Agitur de iure testamentorum, quorum interiit omnis potestas, si ⟨serui⟩ uiuorum imperia neglexerint, mortuorum tribuni. Itane, furcifer, tu non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuo?

13 hunc **M** || 19 serui *add. W. Müller* || 20 furtifer **Ma**

# LIBER QVARTVS.

Seneca Nouato, Senecae, Melae filiis salutem.

Quod munerarii solent facere, qui ad exspectationem populi detinendam noua paria per omnes dies dispensant, ut sit quod populum et delectet et reuocet, hoc ego facio: non semel omnes produco; aliquid noui semper habeat libellus, ut non tantum sententiarum uos, sed etiam auctorum nouitate sollicitet. Acrior est cupiditas ignota cognoscendi quam nota repetendi. hoc in histrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus denique rebus uidemus accidere: ad noua homines concurrunt, ad nota non ueniunt.
Non tamen exspectationem uestram macerabo sin- 2
gulos producendo: liberaliter hodie et plena manu faciam. Pollio Asinivs numquam admissa multitudine declamauit; nec illi ambitio in studiis defuit: primus enim omnium Romanorum aduocatis hominibus scripta sua recitauit. et inde est quod Labienvs, homo mentis quam linguae amarioris, dicit: 'ille triumphalis senex *ἀκροάσεις* suas [id est declamationes] numquam populo commisit': siue quia

1 EXPLICIT LIBER TERTIVS . INCIPIT LIBER QVARTVS **M**; *manus alt. in margine ascr.:* hic insunt ⁋II et ĉtrarie ⁋II. ‖ 2 malae **Ma** ‖ 3 quia (*om.* ad) **Ma** ‖ 4 nota paria **M** ‖ 5 pensant **M** ‖ 8 scientiarum **M** ‖ 9 Ecrior **Ma** ‖ 11 promisisti **M** ‖ 13 * ad noua conueniunt **M** ‖ 15 plenā **M** ‖ manū **Mb** ‖ 19 abienus **M** ‖ 21 illas **M** ‖ ΛΚΡΟΛϹΕΙΕϹ tua. Id ē declamationes suas **M**

parum in illis habuit fiduciam, siue — quod magis
crediderim — tantus orator inferius id opus ingenio
suo duxit, et exerceri quidem illo uolebat, gloriari
3 fastidiebat. Audiui ‖ autem illum et uiridem et post-
ea iam senem cum Marcello Aesernino nepoti suo
quasi praeciperet. audiebat illum dicentem et pri-
mum disputabat de illa parte quam Marcellus di-
xerat: praetermissa ostendebat, leuiter tacta imple-
bat, uitiosa coarguebat. deinde dicebat partem con-
trariam. Floridior erat aliquanto in declamando
quam in agendo: illud strictum eius et asperum et
nimis iratum ingenio suo iudicium adeo cessabat,
ut in multis illi uenia opus esset quae ab ipso uix
4 inpetrabatur. Marcellus, quamuis puer, iam tantae
indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successio-
nem eloquentiae suae crederet, cum filium Asinium
Gallum relinqueret, magnum oratorem, nisi illum,
quod semper euenit, magnitudo patris non produ-
ceret sed obrueret. Memini intra quartum diem
quam Herium filium amiserat declamare eum nobis,
sed tanto uehementius quam umquam, ut appareret
hominem natura contumacem cum fortuna sua rixari;
5 nec quicquam ex ordine uitae solito remisit. itaque
cum mortuo in Syria Gaio Caesare per codicillos
questus esset diuus Augustus, ut erat mos illi cle-
mentissimo uiro, non ciuiliter tantum sed etiam
familiariter, quod in tam magno et recenti luctu
suo homo carissimus sibi pleno conuiuio cenasset,
rescripsit Pollio: 'eo die cenaui quo Herium filium
amisi'. Quis exigeret maiorem ab amico dolorem

ex
3 eterceri [ex **Mb**] **M** ‖ 4 fastidierat **M** ‖ 5 asernino **M** ‖ nepote **Mb** ‖ 6 aut docebat **M**, nepote suo. Quasi praeciperet alii docebat *coni. Bursian* ‖ 8 * tacita leuiter **M** ‖ 10 flodior **Ma** ‖ aliquando **O**, *corr. Schott*, *Teuffel Enc. I² p.* 1862 ‖ 11 agen **Ma** ‖ 12 * incendio **M** in censendo *O. Iahn* ‖ 18 quod saepe *Schott* ‖ 20 cum nobis **M** ‖ 22 hominum naturam **M**, *corr. Burs.* ‖ 28 coenassed **Ma** coenasset **Mb** ‖ 29 cen **Ma**

quam a patre? O magnos uiros qui fortunae suc- 6
cumbere nesciunt et aduersas res suas uirtutis ex-
perimenta faciunt! declamauit Pollio Asinius intra
quartum diem quam filium amiserat: praeconium
illud ingentis animi fuit malis suis insultantis. At
contra Q. Haterium scio tam inbecillo animo mor-
tem Sex. filii tulisse, ut non tantum recenti dolori ||
cederet, sed ueteris quoque et oblitterati memoriam
sustinere non posset. Memini cum diceret contro-
uersiam de illo qui a sepulchris trium filiorum abs-
tractus iniuriarum agit, mediam dictionem fletu
eius interrumpi; deinde tanto maiore impetu dixit,
tanto miserabilius, ut appareret quam magna in-
terim pars esset ingenii dolor. Declamabat autem 7
Haterius admisso populo ex tempore: solus omnium
Romanorum, quos modo ipse cognoui, in Latinam
linguam transtulit Graecam facultatem. Tanta erat
illi uelocitas orationis, ut uitium fieret. itaque diuus
Augustus optime dixit: 'Haterius noster sufflami-
nandus est'. adeo non currere sed decurrere ui-
debatur. nec uerborum illi tantum copia, sed etiam
rerum erat: quotiens uelles eandem rem et quamdiu
uelles diceret, aliis totiens figuris, aliis tractationi-
bus, ita ut regi posset nec consumi. Regi autem 8
ab ipso non poterat; alioquin libertum habebat cui
pareret; sic ibat quomodo ille aut concitauerat eum
aut refraenauerat. iubebat illum transire cum ali-
quamdiu locum dixerat: transibat; insistere iubebat
eidem loco: permanebat; iubebat epilogum dicere:
dicebat. in sua potestate habebat ingenium, in aliena
modum. Diuidere controuersiam putabat ad rem 9

1 o magnos — insultantis *u.* 5 *del. R. Wachsmuth* ‖ 6 que atherium **M** ‖ * mortis **Ma** mortes **Mb** ‖ * sex filiorum **M** ‖ 7 dolore **M** ‖ 14 genii do dolor **Ma** ‖ 15 marius **M** ‖ 19 atherius **M** ‖ 20 concurrere **MbP** ‖ decurre uideatur **M** ‖ 24 nec regi **Mb** ‖ 25 poterat eloquentia: libertum ? ‖ 26 paret **Ma** ‖ 27 iubebat ille eum ? ‖ aliquemdiu **M** ‖ 28 *post* locum **M** *addit* cum, *sed del. m. pr.* ‖ 31 modo **Ma**

pertinere si illum interrogares, non putabat si audires. is illi erat ordo quem impetus dederat; non dirigebat se ad declamatoriam legem. Nec uerba custodiebat. quaedam enim scolae iam quasi obscena refugiunt nec si qua sordidiora sunt aut ex cotidiano usu repetita possunt pati. Ille in hoc scolasticis morem gerebat, ne uerbis calcatis et obsoletis ‖ uteretur; sed quaedam antiqua et a Cicerone dicta, ⟨a⟩ ceteris deinde deserta dicebat, quae ne ille quidem orationis citatissimae cursus poterat abscondere. adeo quicquid insolitum est etiam in
10 turba notabile est. Hoc exempto nemo erat scolasticis nec aptior nec similior, sed dum nihil uult nisi culte, nisi splendide dicere, saepe incidebat in ea quae derisum effugere non possent. Memini illum cum libertinum reum defenderet, cui obiciebatur quod patroni concubinus fuisset, dixisse: inpudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Res in iocos abiit: 'non facis mihi officium' et 'multum ille huic in officiis uersatur'. ex eo inpudici et obsceni aliquamdiu offi-
11 ciosi uocitati sunt. Memini et illam contradictionem sic ab illo positam magnam materiam Pollionis Asinii et tunc Cassi Seueri iocis praebuisse: 'at, inquit, inter pueriles condiscipulorum sinus lasciuiam manu obscena iussisti'. et pleraque huius generis illi obiciebantur. Multa erant quae reprehenderes, multa quae suspiceres, cum torrentis modo magnus quidem sed turbidus flueret. redimebat tamen uitia uirtutibus et plus habebat quod laudares quam cui ignosceres, sicuti in ea in qua fleuit declamatione. ‖

4 sole **Ma** ‖ 5 refugium **Ma** ‖ sordiora **Ma** ‖ 6 cottidiano **M** ‖ 9 a *om.* **M** ‖ diserta **M** ‖ 11 insolicitum **Ma** ‖ 12 exemplo **M** ‖ memorat **M** ‖ 15 de rei sum̄a effugere **M** ‖ possunt **Ma** ‖ 19 locos hab[i]ut **M** ‖ 20 hoc **M** hic **P**, *corr. Burs.* ‖ 21 obceni **M** ‖ 24 locis **M** ‖ 25 lasciuia **M** lasciua **P**, *corr. Burs.* ‖ 26 lusisti *uolgo, W. Müller* ‖ 28 torrentes **Ma** ‖ 31 eam **M**

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### PATER A SEPVLCHRIS A LVXVRIOSO RAPTVS.

Amissis quidam tribus liberis cum adsideret sepulchro a luxurioso adolescente in uicinos hortos abductus est et detonsus coactus conuiuio ueste mutata interesse. dimissus iniuriarum agit.

Numquam lacrimae supprimuntur imperio, immo etiam inritantur. Nulla flendi maior est causa quam flere non posse. Rapuit me qualem in conuiuium puderet uenire, dimisit qualem redire ad sepulchrum puderet. Credo mirari aliquem quod in forum amissis modo liberis ueniam. at ego iam in conuiuio fui. Quousque, inquit, flebis? Est quaedam in ipsis malis miserorum uoluptas et omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum. Ibi me flere prohibes ubi crudeliter ipse non fleres. Cum miserrimum sit flere, quam infelix sum cui ne hoc quidem licet! Vidi ebriorum sitim et uomentium famem. Quis est iste qui supra flentem patrem censuram lugendi postulat? Proiectus in omnia gulae libidinisque flagitia, omnibus notandus censoribus, saeculo praecepta conponit; scit quantum super amissos tres liberos patri flendum sit, quem si uiueret pater fleret. Senex, orbus, infelix, hoc tantum inter miserias solatium capio quod miserior esse non possum. Cineres meorum in sepulchro uideo. Magnum solatium est saepius appellare liberorum non responsura nomina. Hic mihi uiuendum est ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram. ‖ Cogit flere qui non sinit. In illo conuiuio morari etiam felicis patris esset iniuria.

Pars altera. Questus prius sum de inhumani-

7 suprimnntur **M** ‖ 8 fle **Ma** ‖ 13 fleui **M** ‖ 20 gyle **Ma** ‖ 25 miseras **Ma** ‖ 26 morum **Ma** ‖ 29 onen·· (*ras.*) **Ma**

tate eorum qui illum propinquitate contingerent: nemo amicus, nemo, inquam, propinquus est? Sed melius illi eius rabiem, ut uideo, nouerant. Festo die sodales amicique mecum, quorum unus: 'quid hunc miserum perire patimur? nemo sibi ipse finem flendi facit; pudet illos desinere, cogi uolunt'. Consolarer te diutius nisi iam et accusare posses.

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### METELLVS CAECATVS.

Sacerdos integer sit. Metellus pontifex cum arderet Vestae templum, dum Palladium rapit, oculos perdidit. sacerdotium illi negatur.

Vesta mater, fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli: plus illorum interest ne Metellum sacerdotem, quam Metelli ne sacerdotium perdat. Non erat tantus Metellus cum illi sacerdotium dedimus. Ciuitas sollicita pendebat; duo periclitabantur quibus nihil habebat populus pretiosius, sacra et Metellus. O faciendum sacerdotem nisi esset! Lex integrum ad animum refert, non ad corpus. Lex hoc aestimari tunc uoluit, cum quis peteret, non cum haberet sacerdotium. Habes, Vesta, duplex pontificis tui meritum: seruauit sacra nec uidit.

Extra. Pollio: si caecus ante hoc factus esset, non sustulisset; si postea caecus factus est, uidit. ||

Pars altera. Sacerdos non integri corporis quasi mali ominis res uitanda est. hoc etiam in uictimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? post sacerdotium magis est obseruanda debilitas; non enim

17 illis **M** || 19 praeciosius **M** || 25 * Pollio ante hoc si caecus ante factus **M** Pollio si caecus ante factus **P**

sine ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitios deos sacerdoti quem ne seruati quidem seruant.

Extra. Hunc colorem Gallio non probauit, summo cum honore Metelli adserens contra Metellum agendum ita ut cogatur cum iudicibus officio pontificum et ipse consulere.

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### EXVL RAPTAE PATER.

Inprudentis caedis damnatus quinquennio exulet. Rapta raptoris mortem aut indotatas nuptias optet. Cum haberet filiam et filium inprudentis caedis damnatus in exilium abiit. filia eius rapta est; raptor ad patrem puellae se contulit; impetrauit ab illo ut iuberet filiam nuptias optare et epistolam daret ad filium. fratre auctore mortem optauit puella. pater rediit; abdicat filium.

Quomodo me excusabo reipublicae cui duos abstuli? neutrum mea culpa. in altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri paruit, filius nec patri. Per humanos, inquit, errores: agnoui preces meas. potes omnibus, inquid, ostendere, hominem quam non possis occidere. Scis me ciuem debere reipublicae: hoc intererit tamen, quod inprudentes occidimus, prudentes seruauimus. Aliquem in exsilio infra fortunam meam uidi. ‖

Pars altera. Inrupit contumeliose tamquam in exulis domum. Peruenit ad patrem, non pepercit eius pudori. At ego querebar quod absenti fecit iniuriam. Non possum ob hoc abdicari quod lege factum est. Non potuisti, pater, de iniuria iudicare

6 rogetur *Schott* ‖ 10 dampnatus **M** ‖ exulțet **M** ‖ 13 dampnatus **M** ‖ ḥabiit **M** ‖ fia **Ma** ‖ 24 posses **MbP** ‖ 27 intra **M**

quam non noueras. Multa nobis extorquentur quae nolumus scribere. et tu in ea fortuna eras in qua posses iniuriam accipere, et ille is erat qui etiam in patria facere iniuriam posset. Quia sciebat malam causam suam, egit aput eum qui illam non nouerat. Rediit superbus, iubebat nos optare nuptias, cogebat. uidebatur sic et illic coegisse. Aliquid tamen epistolis consecutus est: nemo umquam tardius periit. Collegit ingentem numerum perditorum, expugnauit domum, uexauit puellam. haec tibi raptor non narrauerat.

Extra. LATRO aiebat semper inuisum esse qui reum alium pro se subiceret. non oportere hic deriuari factum in sororis uoluntatem. Qui defendit, inquid, crimen, auditur tamquam reus, qui transfert, tamquam accusator. malo autem loco est qui habet rei fortunam, accusatoris inuidiam. ASINIVS POLLIO dicebat colorem in narratione ostendendum, in argumentis exsequendum. non prudenter facere eos qui in narratione omnia instrumenta coloris consumerent; nam et plus illos ponere quam narratio desiderasset et minus quam probatio. ||

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### ARMIS SEPVLCHRI VICTOR.

Sepulchri uiolati sit actio. Bellum cum esset in quadam ciuitate, uir fortis in acie armis amissis de sepulchro uiri fortis arma sustulit. fortiter pugnauit et reposuit. praemio accepto accusatur sepulchri uiolati.

1 a nobis **Mb** || 2 heres **Ma** || 4 patriam **M** || 6 Reddit **M** || 8 perit **Ma** || 13. diriuari **M** || 15 tranfert **Ma** || 19 non *om.* **Ma** || 24 SEPVLChRIS **Ma** || 25 Saepulchri **M** || accio **M** || 26 *uerba* armis amissis *om.* **Ma**

Arma uix contigeram; secuta sunt. Haec si sumo, arma sunt, si relinquo, spolia. Vidisses uere uiolari sepulchrum, si illo uenisset hostis. Vterque quod alteri deerat commodauimus: ille uiro arma, ego armis uirum. respublica multum consecuta est, uir fortis nihil perdidit. Necessitas est quae nauigia iactu exonerat, necessitas quae ruinis incendia opprimit: necessitas est lex temporis. Quicquam non fit legitime pro legibus? Melius cum ipso sepulchro actum est, in quo notiora sunt iterum arma uictricia. Pro republica plerumque templa nudantur et in usum stipendii dona conflamus.

Pars altera. Reum habemus in proelio inertem, in fuga audacem, turpem non minus patrocinio quam crimine. Arma sua perdidit. hoc excusare non poterat nisi aliena rapuisset. aliena rapuit. hoc excusare non poterat nisi sua perdidisset. Arma uictricia, arma consecrata diis Manibus, arma quae te quoque fecerunt uirum fortem. Reposui, inquid, arma. Gloriatur quod non et illa perdiderit. 'Non teneor lege, quia reposui'. Tam teneris hercule quam qui uulnerauit aliquem, licet uulnus sanauerit; quam qui subripuit aliquid, licet reddiderit deprehensus. Non est hoc illi crimen propter ‖ uirtutem donandum: iam gratiam uirtuti retulimus, praemium consecuta est. Aequos esse nos conuenit: unum uirum fortem honorauimus, alterum uindicemus.

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### PRIVIGNVS MEDICVS.

Abdicauit quidam filium. abdicatus medicinae studuit. cum pater aegrotaret et medici negarent posse sanari, sanauit. reductus est. postea aegro-

4 altari **Ma** ‖ 9 com **Ma** ‖ 27 alter$^{v}$am **M**

tare nouerca coepit; desperauerunt medici. rogat pater filium ut curet nouercam. nolentem abdicat. contradicit.

Quo pacto istud euenit ut abdicatione mea pater aegrotaret, reditu nouerca? Pietati cessere morbi. Medicinam relinquo, multum laboris, multum uigiliarum; adice huc et quod qui sanantur ingrati sunt. et medicus possum decipi et non possum priuignus excusari. Eundem, inquit, medici morbum esse dicunt. nempe illi qui negauerunt te posse sanari. Ego uero cedo domo, si fateris illam sic posse sanari. Timeo fortunam. imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me non posse non credis. Omnes medici negant et nunc diligentiores fuerunt, quia in te decepti sunt. Non sum tantae scientiae quantae uideor: magnis praeceptoribus opus est; ego abdicatus studui. Quaeris quomodo te sanauerim? non tibi medicus, sed filius profui; desiderio laborabas; gratum tibi erat quicquid meis manibus acceperas. ut primum intraui, recreatus es: quid in te curandum esset, || aduerti. Haec non eodem morbo laborat. multa sunt dissimilia: sexus, aetas, animus. Nihil magis aegris prodest quam ab eo curari a quo uolunt. Temerariis remediis graues morbi curantur, quibus uti non audeo in nouerca.

Extra. Non oportet adolescentem quicquam nouercae suscensere; alioqui odit et gaudet. Ferendus est adolescens, si se excusat; non est, si ulciscitur.

Pars altera. Lugendum est, flendum est; in hoc me seruasti? Hostis aliquando uulnus sanauit quod fecerat, ob hoc maxime quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit; nemo enim uult curationem filio praeripere.

3 Cծ **M** || 5 reddita (v) **M** || cessare **Ma** || 7 integrati **M** || 9 Eandem **Ma** || 11 caedo **M** || 19 meis *om.* **Ma** || 23 a *om.* **M** || 24 remidiis **M**

Extra. POLLIO dicebat: inter patres et filios id solum iudex putat licere quod oportet.

## <CONTROVERSIA VI.>

### INDISCRETI FILIVS ET PRIVIGNVS.

Quidam mortua uxore quae in partu perierat, alteram duxit; puerum rus misit. ex illa subinde filium sustulit. utrumque puerum ruri educauit; post longum tempus redierunt similes. quaerenti matri uter eius sit non indicat. accusatur ab ea malae tractationis.

Quid fletis, pueri? securi estote; non memini. iam lites sunt et nondum indicaui. Qualis eris nouerca quae sic fieri cupis? Alter tuus est, alter tui frater est et si per te licuerit, neuter priuignus est. Dum alterius uis esse mater, utriusque es nouerca. Si coegeris, mentiar: non mater, sed nouerca decipieris. Hos ipsa noluit natura distingui. Indicarem, nisi tam pertinaciter quaereres. Hic tuus est. quid || alterum nouercalibus oculis intueris? Ille tuus est. Vni tibi contigit ut habeas priuignum et non sis nouerca.

Pars altera. Malae tractationis agit; filius enim rus ablegatus a patre et educatus est sic ut ignotus esse posset et matri. Tibi rediit uterque filius, huic uterque priuignus; quae eo crudelius filio caret quo propius accessit. Times huius iniquitatem, cum iniquus ipse magis ames eum cui alterius donare uis matrem quam cui non uis suam reddere.

Extra. Quod ad colorem pertinet uiri, HISPO ROMANIVS et SILO POMPEIVS hoc usi sunt: nescio

1 pallio **Ma** || 7 ruri *om.* **Ma** || 17 Indicari **Ma** || 18 quaereris **M** || 22 Male **M** || 25 priuignus. quo crudelius **M**, *corr. Burs.* || 26 Timis **Ma** || 29 Lispomanios (*sed* L *in ras.*) **M**

et ideo non indico. Quidam miscuerunt et utroque usi dixerunt: nescio, sed etiamsi scirem non indicarem, quod Latro et Cestivs. Sed Asinivs Pollio neutrum colorem probabat. Si dicit, inquit, 'nescio', nulli fidem facit: uxor ipsa non quaereret ab illo, nisi ille scire posset. dici enim contra uirum potest: quaere a nutrice, a paedagogo. uerisimile non est neminem domi esse qui sciat. Ille autem mixtus color utrumque corrumpit, et ignorantis fidem et non indicantis fiduciam. nam cum dicit: 'etiamsi scirem, non indicarem', efficit ut illum scire iudex putet; cum dicit: 'nescio', efficit ut uideatur indicare debere, si scit. Ipse autem hoc colore usus est quem aiebat simplicissimum: scio, sed non indico, quia pueris hoc utile est; et tuo filio: magis amaturus sum eum qui matrem uidebitur non habere. ||

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

### TYRANNICIDA ADVLTER TYRANNI.

Tyrannicidae praemium. In adulterio deprehensus a tyranno gladium extorsit tyranno et occidit eum. petit praemium. contradicitur.

Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrannus armasset. Cuius adulter non fuit qui etiam tyranni fuit? Inputat nobis quod deprehensus in adulterio mori noluit. Tyrannicida uester iure occidi potuit a tyranno. Certamen in pari condicione contractum publica fortuna distraxit. non innocentior uicit, sed fortior. Tulit secum tyrannus gladium; sic enim occisuri ueniunt. Cur solus ad praemium uenis? tyrannum certe occidisti cum adultera. Non loricam clipeumue sumsit, sed tenuem ac perlucidam uestem;

3 et custus Ma || 10 fidutiam M || 14 agebat M || 22 C∂ M || 31 terte Ma

perfusus unguento intrauit cubiculum, in quo tyrannum non esse diligenter agnouerat. Tyrannicida noster ne tyrannum inueniret optauit. Ducat tyrannicidam in arcem tyrannus, non uxor, odium, non amor; ascensurus ferat animum, ferat ferrum; eat illo ubi inueniat tyrannum. Omnia honesta opera uoluntas inchoat, occasio perficit. Saepe honorata uirtus est et ubi eam fefellit exitus; scelera quoque quamuis citra exitum subsederint puniuntur; nec infelix uirtus amittit gloriae titulum, nec gloriam uirtutis intercipit fortuita felicitas. Numquam maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret, si illud etiam libido promitteret. Nouo inauditoque more pugnabant, tyrannicida pro adulterio, tyrannus pro pudicitia. Occidisti tu maritum, fortuna tyrannum. Tyrannum cadere reipublicae uolo; occidat illum ciuis iratus, misceat maledicta uulneribus qualia ‖ in adulterum maritus adtulerat. Ab adulterae osculis ad praemium curris. Nolo tyrannicida imitetur antequam occidat tyrannum. Populus Romanus ueneno uinci hostem noluit, proditione noluit. Honorabo subitum tyrannicidium, non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera. Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranno profuit quod habuit? In eo qui inermis ad tyrannum uenit non uirtus minor est, sed periculum maius. Non quaeras quid in arcem tulerim; tyrannicidium retuli. Non est gladius meus; sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyrannicidium meum est. Adulterium uocas quo effectum est ne quis timeat adulterium? Diligenter arce munita occasionem requirens temptaui seruos, temptaui amicos; per uxorem solam refulsit occasio. Non putaui adulterium

18. 19 adulterat **M** ‖ 21 populus resp̄ **M** ‖ nolut **M** ‖ 25 In quo qui **M** ‖ 27 non <est quod> quaeras *W. Müller* ‖ 28 detuli **M**, *corr. Schott* ‖ 31 adulterum **M**

uxorem tyranni polluere, sicut nec homicidium tyrannum occidere. Ferrum in arcem ferre periculosum erat, inuenire facile. Si tyrannum, inquam, inuenero, obuia quaelibet res telum erit. certe semper secum solet habere ferrum tyrannus. gladius inter duos fortioris est. Quam sollicitus adulter fui ne non deprehenderer! ‖

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

### PATRONVS OPERAS REMISSAS REPETENS.

Per uim metumque gesta irrita sint. Bello ciuili patronus uictus et proscriptus ad libertum confugit. receptus est ab eo et rogatus ut operas remitteret. remisit consignatione facta. restitutus indicit operas. contradicit.

Patronus a liberto restitutionem peto. Si pacisci tunc a me uoluisses operas, spopondissem. Bona bello perdidi, ad restitutionem nudus ueni; nunc libertorum operas desidero. Profer tabellas illa proscriptionis tabula crudeliores: persequebatur illa quos uicerat, hae persecutae sunt quos receperant; in illa ultio fuit, in his perfidia; denique illa iam desiit, hae perseuerant. Non mea, inquit, sed aliena uis fuit. Aeque dignus est poena qui ipse uim adhibet et qui ab alio admota ad lucrum suum utitur. In hunc primum incidi et dum timeo ne offenderem secutus sum hoc exigentem. Non recepit me, sed inclusit. Nihil est uenali misericordia turpius.

Pars altera. Nihil tibi opus est potestas: scis tibi illum parere etiam cum cogi non potest. Quaslibet indicas operas, numquam tamen indices tam

9 DIMISSAS **M** ‖ 14 C∂ **M** ‖ 19 credeliores **Ma** ‖ 20 reciperant **Ma** ‖ 23 Atque **M** ‖ que **Ma** ‖ 28. 29 scisti illum **M**, *corr. Burs.* ‖ 29 parare **Ma** ‖ com **Ma**

periculosas quam indixisti. Habeo iudicia tua: bene de seruo iudicasti: manumisisti; bene de liberto: proscriptus mihi potissimum te commisisti. Si noluissem patronum habere, potui. Vnus ex proscriptis fuisti qui tunc posses etiam rogari. Restitutio tibi proscriptionem remisit, non quicquid in proscriptione gessisti rescidit. ||

Extra. Omnes inuecti sunt in libertum. Varivs Geminvs et Otho Ivnivs egerunt lenius, ut patronus remissurus uideretur operas, si optinuisset. Nam Otho dixit: sine me iudicio meo uideri remisisse; faciam, remittam. quid me sic times tamquam inuitus promiserim? Contra Cestivs ait: tunc eiusmodi utendum coloribus, ubi uerendum est ne uideamur rem duram postulare, ubi contra honestam personam promissione iudex molliore fallendus est. Quid in hac persona ueremur et causa, nisi hoc unum quod ex hoc colore metuendum est, ne si uolumus hoc remittere et uoluisse uideamur?

3 commisti **Ma** || 9 othonius **M** || 16 promissio **Ma**

# LIBER QVINTVS.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### LAQVEVS INCISVS.

Inscripti maleficii sit actio. Quidam naufragio facto, amissis tribus liberis et uxore incendio domus, suspendit se. praecidit illi quidam ex praetereuntibus laqueum. a liberato reus fit maleficii.

Tres, inquit, liberos perdidi. Vtinam et illos seruare potuissem! Viue; mutantur uices felicitatis humanae: proscriptus aliquando proscripsit. Victi fugiunt, proscripti latent, naufragi natant. Amisi, inquit, uxorem, liberos, || patrimonium. Tu putabas te ea condicione accepisse ne perderes? Ludit de suis fortuna muneribus et quae dedit aufert, quae abstulit reddit nec umquam tutius est illam experiri quam cum locum iniuriae non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia uictus acie uixit. maius tu tuum putas esse naufragium? Crassus uixit; et non priuatas perdiderat, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquid. Tolle spem hominibus, nemo uictus retemptabit arma, nemo infeliciter experta negotiatione alios appetet quaestus, nemo naufragus uiuet. Spes est ultimum aduersarum rerum solatium. Vt uiueres, natasti. Miseritus sum

1 EXPLICIT LIBER IIII . INCIPIT LIBER V **M** *man. alt. ascr.*: hic insunt ꝗII et contrario ꝗII. ‖ 15 totius (v *supra* o) **M** ‖ 17 parsalia **Ma** farsalia **Mb** ‖ 18 grassus **M** ‖ 20 omnibus **M** ‖ 21 retemptauit **M**

nec in te amplius quam periculum cogitaui: non adtendi incendium, non orbitatem, aut si adtendi, memineram te post illa uixisse. Non uisus est mihi moriendi animum habere: elegerat locum in quo interpellari posset.

Pars altera. Tot ille fundorum dominus aliena arbore suspendo laqueum. De fortuna nihil queror: mori permittit. 'Nunc, inquid, morere'. iniuria est ut qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi uxorem, liberos, patrimonium; fortuna mihi nihil praeter laqueum reliquid, iste nec laqueum. Sumpsi instrumenta mortis solitudinem et laqueum, alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis interuenis, si amicus, defle, si inimicus es, specta. Cum a me iste accusetur, grauiorem de me quam de reo ferte sententiam: ego ut moriar, iste ne prohibeat. Ne haec narrarem, mori uolui. Praecidit remedium meum. Si qua est fides, non enataui, sed eiectus sum. Nihil iam timebam nisi uiuere. Domus meae fata claudo, nullo miserior quam quod ultimus morior. Cui me uitae reseruas? ut aedificem? aspice incendium. ut || nauigem? aspice naufragium. ut educem? aspice sepulchrum. In tam calamitosa domo feliciores fuistis, uxor et liberi: uobis mori contigit.

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### GENER INIMICI DIVITIS.

Pauper cum haberet filium et diuitem inimicum filiam habentem, peregre profectus est. rumor fuit de morte eius. filius cum diuite in gratiam rediit et eius filiam duxit. reuersus pater

1 in *om.* **Ma** || 4 haberet **M** || * legerat **M** || 6 fundarum **Ma** || 8 quid **Ma** || 9 Amisiọ **M** || 20 facta **M** || 21 uita **M**, *corr. Burs.* || 30 filius *om.* **Ma**

cogit illum uxorem repudiare; nolentem abdicat.

Nemo quicquam facile credit quo credito dolendum sit. ego diu non credidi de nuptiis tuis. Desertor patris, inimici cliens, uxoris mancipium, non fleuisti patrem, non quaesiuisti; sic inimico placuisti. Rumor, inquid, fuerat te decessisse. Mirabar si talem uxorem uiuo patre habere potuisses. Non quaeris ubi perierim? mors mea tibi debet esse suspecta: inimicum habeo. Quis alius hanc famam potuit inmittere nisi qui me uiuo filiam conlocare non poterat? Non times ne inter ipsas nuptias tuas patris ossa referantur? Tot serui secuntur, tot liberti, tot clientes, ut quicquit dixerit rumor sit. Fabricius aurum a Pyrrho accipere noluit; beatior fuit ille animo quam ille regno. Plures insidias in itinere fugi et factum diues quod faciendum mandauerat credidit.

Pars altera. Vanum gloriae genus odium diuitiarum. Mortales esse inimicitiae debent. Scipio Gracchi inimicus et || tamen postea socer. Cuius uitio inimicitiae contractae sint apparet: ille amat filium tuum, tu nec tuum.

Extra. SENIANVS rem stultissimam dixit: diues me semper contempsit, numquam nisi pro mortuo habuit. Vt aliquid et ipse simile Seniano dicam, post hanc sententiam semper Senianum pro mortuo habui.

5 uexoris *uel* uoxoris **M**, *sed* e (*uel* o) *erasum* || 8 $\overset{v}{\text{u}}$oxorem **M**, *sed* $\overset{v}{\text{o}}$ *erasum*. || num quaeris *Schott.* || 11 i$^{n}$mit$^{t}$ere **M** || 13 seruis referuntur **Ma** || liberi **M**, *corr. Burs.* || 15 py$^{r}$ro **M** || 21 Gracci **M** || 23 *prius* tuum *om.* **Ma** || 27 saenianum **M**

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### FRATRES PANCRATIASTAE.

Malae tractationis sit actio. Quidam duos filios pancratiastas instituit; eduxit ad Olympia. Cum conpositi essent ut simul pugnarent, accessit ad pugnantes pater et ait abdicaturum se, si quis perdiderit. commortui sunt iuuenes et decreti his diuini honores. reus fit pater malae tractationis ab uxore.

Tertius sine sorte pugnasti et utrumque uicisti. Stetit cruentus pater; iam perierant et adhuc minabatur. Moriuntur non alter ab altero, sed uterque a patre. Misera mater odisse non potest qui filium suum occidit. Iuuenes inuicti nisi habuissent patrem. Pii iuuenes nec parricidium patri negare potuistis. Vincere propter parricidium nolunt, uinci propter abdicationem. 'Abdico eum qui uictus erit'. demens, meliorem abdicaturus es. Inuoco Iouem cuius Olympia parricidiis absoluta sunt.

Pars altera. Non facturus dixi et si facturus, pro gloria dixi. Non debeo in inuidia solus esse, cum luctus communis sit. Omnes aiebant fratres conlusuros. Minatus sum non ut filiis metum inponerem, sed ut populo satisfacerem. ||

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### DAMNATVS PARRICIDII ALLIGANS FRATREM.

Qui falsum testimonium dixerit, uinciatur aput eum in quem dixerit. Ex duobus filiis profectus est cum uno pater; adolescens solus rediit. accu-

3 Quidam *om.* **Ma**, *quare hoc omisso* pancratiastes *cum cod. Berolin. coni. Burs.* || 6 et ut **M** || 13 non odisse non **P**, *quod prob. W. Müller* || 22 cummunis **M** || agebant **M** || 23 clusoros (v above) **M**

satus est a fratre parricidii et damnatus. diebus festis intercedentibus poena ex lege dilata est; rediit pater. accusauit damnatus fratrem falsi testimonii et optinuit et uinxit. cogit pater ut uinctum soluat; nolentem abdicat.

Falsum, inquit, in fratrem testimonium dixit. Si uis graue illius crimen facere, te exorabilem praesta. Crudelis in fratrem miraris, si in te parricidium creditum est? Ergo ego duos filios habere non possum? adolescens, iam potes et parricidium facere. Alligatus est alter filius quia non reuertebar, alter quia redii. Numquam solues fratrem? si talis es, nihil testis mentitus est: parricida es. Non impio in te, sed in patrem pio animo dixit: suspectum habuit quod reliqueras patrem. Inter catenas filii mei iaceo eodem clausus ergastulo. ingrate, testem tuum simul alligasti.

Pars altera. Meo periculo solutus, meo alligatus, uix solui poterat, si testimonium falsum pro fratre dixisset. Parricidium de patre finxit, de fratre commisit. Venisse patrem mihi carnifex nuntiauit. Parricida sum, sicut obicitur, ⟨si⟩ huic leuiter irascor. Miraris si eum fratrem alligare possum qui me potuit occidere? Ingrata erat ipsa poenae meae dilatio: exspectare grauius uidebatur quam pati; imaginabar mihi culleum, serpentis, profundum. ||

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### DOMVS CVM ARBORE EXVSTA.

Qui sciens damnum dederit, quadruplum soluat, qui inscius, simplum. Diues pauperem uicinum rogauit ut sibi arborem uenderet quam sibi dice-

12 soluas **M** || 13 mentita **M** || 15 reliqueres **Ma** || 22 si *add. Burs.* || hoc **M**, *corr. W. Müller* || 28 EXVTA **M**

bat obstare. pauper negauit; diues incendit platanum cum qua et domus arsit. pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo simplum.

Excitatus flammarum sono, uicinorum primo fidem exploraui. Arbor ramis excurrentibus totam domum texerat. 'Non potest exorari; incendatur'. Est hoc inpotentiae, sine fine concupiscere, sine modo irasci. 'Non potest expugnari precibus; expellatur ignibus'. Nihil inter te et pauperem interest, si iure agamus. Liceat et pauperem gaudere prospectu. Vos possidetis agros urbium fines urbesque domibus impletis; intra aedificia uestra undas ac nemora conprehenditis. Nihil lautius occurrit oculis tuis quam ruinae meae. Domum perdidi qui carere ne arbuscula quidem poteram. Deliciis tuis, diues, ardebimus? Oculis uoluptas in incendio quaeritur et prospectus ignibus relaxatur. 'Prospectui obstabat'. Quid? inambulantibus nobis non obstant seruorum cateruae? excitati in immensam altitudinem parietes lucem non impediunt? infinitis porrectae spatiis ambulationes et urbium solo aedificatae domus non nos prope a publico excludunt? Sub hac arbuscula imaginabar diuitum siluas. Quantum perdidi quem fatetur iratus inimicus plus perdidisse quam uoluit? Non iniquum postulo: eius damno desinat incendium cuius consilio coepit. Scilicet ut domus ‖ ad caelum omne conuersae brumales aestus habeant, aestiua frigora, et non suis uicibus intra istorum penates agatur annus, ⟨alunt⟩ in summis culminibus mentita nemora et nauigabilium piscinarum freta. Arata quondam populis rura singulorum nunc ergastulorum sunt latiusque uilici quam reges imperant. maria proiectis molibus submouentur. Ne-

8 expugna **Ma** ‖ expellantur **M**, *corr. Burs.* ‖ 9 inter me **M**, *corr. N. Faber, Burs.* ‖ 13 *post* nemora **Mb** *addit* prospectu ‖ 15 nec etiam **Mb** ‖ 27 coelum **M** ‖ 29 alunt *om.* **M** ‖ 32 uillici **Mb**

sciebas quanta sit potentia ignium, quam inreuocabilis, quemadmodum totas absumat urbes, quam leuibus initiis oriantur incendia? Etiamsi partem damni dare noluisti, si tamen uoluisti partem, in totum, quasi prudens dederis, tenendus es; ex toto enim noluisse debet qui inprudentia defenditur. Si fatereris te scientem ianuam incendisse, si unum tignum, puto tota domus intellegeretur ex parte; nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. atqui pars domus est arbor quae in domo est.

Pars altera. Pestilentem mihi faciebat domum arbor: caelum omne per quod salubris spiritus uenire posset obduxerat. rogaui pauperem et dixi: nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurimum non recisa. quid ad te illi rami pertinent qui extra domum sunt? Quasdam partes domus meae rami premebant; iam etiam quosdam parietes mouerant. scitis quanta uis sit arborum; muros discutiunt. ‖

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### RAPTVS IN VESTE MVLIEBRI.

Inpudicus contione prohibeatur. Adolescens speciosus sponsionem fecit, muliebri ueste se exiturum in publicum. processit; raptus est ab adolescentibus decem. accusauit illos de ui et damnauit. contione prohibitus a magistratu reum facit magistratum iniuriarum.

Muliebrem uestem sumpsit, capillos in feminae habitum composuit, oculos puellari lenocinio circumdedit, colorauit genas. Non creditis? et qui non

1 quem **Ma** ‖ 4 noluisti **M** ‖ 7. 8 *uerba* si unum tignum *om. h. l.* **M** *et ponit post* parte (*u.* 9) ‖ 9 unum **Mb** ‖ 14 possit **Ma** ‖ 17 p·ibebant **Ma** ‖ 23 ueste *om.* **Ma** ‖ 30 creditus **Ma**

crediderant uicti sunt sponsione et hoc de sponsíone forsitan uenerat ut auderet inpudicus contionari. Date illi uestem puellarem, date noctem: rapietur. Sic illum uestis sumpta decuit, ut uideretur non tunc primum sumpsisse. Facta totius adolescentiae remitto, una nocte contentus sum: sic imitatus est puellam, ut raptorem inueniret. Numquid cecidi? numquid carmen famosum composui, aut ut proprium genus iniuriae tuae dicam, numquid te rapui? Aput patres nostros qui forensia stipendia auspicabatur, nefas putabat brachium toga exserere. quam longe ab his moribus aberant qui tam uerecunde etiam uirtute utebantur? Constat hunc stupratum, cum damnati essent qui rapuerunt.

Pars altera. Constat semper grauem, semper serium fuisse; sed hoc iocis adolescentium factum est. Ceterum tam nota erat uerecundia eius, ut nemo iam sine sponsione crediderit. ||

## <CONTROVERSIA VII.>

### NON RECEPTI AB IMPERATORE.

Nocte in bello portas aperire ne liceat. Imperator in bello summam habeat potestatem. Trecenti ab hoste captiui ad portas nocte uenerunt, imperator non aperuit; ante portas occisi sunt. imperator post uictoriam reus est laesae reipublicae.

Non putaui meos. nouerant legem. Cur, inquid, trecenti perierunt? immo cur, ne perirent, capti sunt? Hos ego interdiu non recepissem nisi uicto-

2 forsitam **M** || ut audiret **M** || 8 numquit **Ma** || 11 putabatur **Mb** || 12 $\overset{it}{\text{quam}}$ **M** || 13 $\overset{\bar{v}}{\text{con}}$ **M** || 14 damnati ei sint *W. Muller*

res, noctu ne uictores quidem. Procedens postridie in proelium, pugnaturis ostendi trecentos in quibus nihil laudari potest praeter fugam, nihil desiderari praeter numerum. Fugiunt ut leges relinquant, reuertuntur ut tollant. Populus Romanus Cannensi proelio in summas redactus angustias, cum seruorum desideraret auxilia, captiuorum contempsit et credidit eos libertatem magis tueri posse qui numquam habuissent quam qui perdidissent. Nocte quomodo hostem, ciuemque distinguam? quam mihi das notam, ut arma cognoscam? Credo in insidiis hostes fuisse, ut exclusos occiderent, sequerentur admissos.

Pars altera. Infestus trecentis fuit; iniquo conlocauit loco; hoc ne argui posset, non recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Haec postrema rogantium uox erat: mitte arma; ⟨hoc⟩ certe lex non uetat. ‖

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

### TYRANNVS POST ABOLITIONEM CANDIDATVS.

Conpetitori liceat in conpetitorem dicere. Tyrannus dominationem sub abolitione deposuit, ut si quis obiecisset tyrannidem, capite puniretur. petit magistratum; conpetitor contradicit.

Candidatus anno meo spondeo, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. Cur honores tamdiu non gesserit, narret, per communem deprecor libertatem. Moriar; obicietur tibi quod occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui, homo magnae nobilitatis, ma-

v v
1 nec **Mb** ‖ 2 pugnatorıs **M** ‖ 15 agi possit **M** ‖ 17 hoc *add. Burs.* ‖ 22 sub ea conditione *ci. Iahn* ‖ 26 ḥoccidetur **M** ‖ 30 destingui **M**

gnae gratiae, ingentis pecuniae. Siciliae fuisse dicitur dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut mugitum ederent, uerba non possent. O hominem in sua crudelitate fastidiosum, qui cum uellet torquere, tamen nolebat audire!

Pars altera. Quicquid egi, quicquid gessi, reipublicae causa feci. Peto ne mihi lex pro me lata noceat, neu quid noceat quia non obicitur quod non noceret obiectum. ‖

2 hominis **Ma** ‖ 3 aederent **Ma** ‖ 4 possunt **M** ‖ in summa ? ‖ 5 co̅ (with v above) **M**

# LIBER SEXTVS.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### CHIROGRAFVM CVM ABDICATO.

Abdicato frater chirografum dedit dimidiam se partem daturum hereditatis, si non respondisset. ille tacuit. abdicatur alter a patre.

Tantum aeris alieni habet quantum uiuo patre non possit soluere. Vis scire cuius fidei sis? ne frater quidem tibi sine chirografo credidit. Alterius spem moror, alterius fidem. Viuo et iam patrimonium meum diuisum est. Nisi succurritis uincet me et ille qui tacuit. non dissimulo me hodie duos abdicare. Chirografum prode, parricidarum foedus et nefariae spei pactum, chirografum danti impium, accipienti turpe, patri periculosum.

Pars altera. In omnem me fortunam, frater, comitem tibi iungam: si militandum, una militabimus, si peregrinandum, una urbes peragrabimus, si cotidianam rogauero stipem, et illam tecum diuidam. Nolui recentem iram exagitari patris; malui ut tacendo patrem uinceret. Meae partis heres ero, tuae custos. Et quia de re maxima melius sibi quisque credit, do chirografum; tu da operam, ut istud magis

1 EXPLICIT LIBER V INCIPIT LIBER VI **M**: **Mb** *add.*: epistola deest *et* hic insunt qI et contrario UI . ‖ 4 fratri **M** *corr. Burs.* ‖ 6 abdicatus **Ma** ‖ 8 nec **Mb** ‖ 10 spe morior **Mb** ‖ fide **M** ‖ 18 cottidianam **M** ‖ 23 de **Ma** ‖ tạdam (v *superscr.*) **M**

a patre accipere quam a fratre uidearis. Hoc quod honeste, quod pie gerebamus, tam palam egimus, ut pater || sciret. Quid enim timebam? ne si rescisset pater moleste ferret filium suum hominem auarum non esse, fratrem pium esse? Ita mihi contingat patrem utrique nostrum placari.

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### EXVL PATER FVNDO PROHIBITVS.

Exulem tecto et cibo iuuare non liceat. Inprudentis caedis damnatus quinquennium exulet. Quidam cum filium et filiam haberet, inprudentis caedis damnatus in exsilium profectus solebat uenire in possessionem uicinam finibus. resciit hoc filius, cecidit uilicum; uilicus exclusit patrem. coepit ire ad filiam. accusata illa, quod exsulem recepisset, aduocato fratre absoluta est. post quinquennium pater abdicat filium.

Accusator ciuium me fecit exulem, filius etiam meorum. Filiam honestiorem inueni, quod accusata est, seruum frugaliorem, quod caesus est. Male meruisti de patre quem exclusisti, de sorore cui praeiudicio nocuisti, de iudicibus quos in tam bona timuisti causa. Aut tu peccasti aut soror. Filius me meus docuit, quod illum non recipio. Absoluta est, inquid, me aduocato soror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses? Cum absoluta est quae receperat, damnatus est qui expulerat. Filia me patrem iudicauit, serui dominum; uni filio exul fui. Ignosce, fidelissime seruulorum, et tibi inprudens nocui. Quam bonam eius causam putas fuisse quae ne te quidem aduo-

3 nisi **M** || 6 placere **M**, placare *Gruter* || 24 me *om.* **M** || 31 nec **Mb**

cato damnata est? Si te herede possum mori, dignus sum qui tibi etiam hunc seruum relinquam. Alii exsul est, tibi pater || est. Nulla lex scelus imperat. Certe quae fecit, absoluta est. Lex eum tenet qui iuuit exsulem, non qui patitur iuuari. Ignora, dissimula: lex te innocentem esse, non curiosum iubet. Si mea causa faciebas, me admonuisses, seruum prohibuisses, non cecidisses.

Pars altera. Facere lege prohibente non potui. Accusata et absoluta est, quia muliercula uidebatur non nosse leges. Non pro me timui, sed pro te: res in notitiam hominum peruenerat; captabaris; timui ne occidereris. Vis scire notum fuisse? soror est accusata. Malui seruum frugalissimum caedere quam patrem optimum amittere.

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### MATER NOTHI LECTA PRO PARTE.

Maior frater diuidat patrimonium, minor eligat. Liceat filium ex ancilla tollere. Quidam cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit et decessit. maior frater sic diuisit, ut patrimonium totum ex una parte poneret, ex altera matrem nothi. minor elegit matrem et accusat fratrem circumscriptionis.

Vnus omnium exheredatus sum diuidendo. Legisset, inquid, alteram partem. tu solus talis potuisti esse filius qualis frater es. Lex te diuidere, me eligere iussit: aperte ne minor circumscribatur timet. Sic diuisit, ut si uellem non esse mendicus, relinquerem fratrem in egestate, matrem in serui-

3 Alie **Mb** || 4 *uerba* Certe . . est *Burs. post* iuuari *u.* 5 *transponere mauult* || 5 iuuet **M**, *corr. W. Müller* || 12 notiam **M** || 14 Malui đe **M** || 28 a parte **M** || 30 ingestate **Ma**

tute. Non est diuidere ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi coheredem pater ex ancilla tolleret. Elige, ut aut patrimonio careas aut scelere. Circumscriptores dici solent qui aliquid abstu lerunt: iste nihil reliquid. Tu, inquid, uoluisti pauper esse. Cur ergo queror, si egestate delector? Obici, inquid, non potest quod lege factum est. immo nihil nisi quod lege factum est; nam si quid aliter gestum est, per se inritum est. circumscriptio semper crimen sub specie legis inuoluit: quod apparet in illa legitimum est, quod latet insidiosum. semper circumscriptio per ius ad iniuriam peruenit. Lex iubet maiorem diuidere, minorem eligere: nec tu diuisisti nec hic elegit; sic a te alligatus est, ut necesse haberet quod non expediebat malle. Nota fuit in matrem mea pietas; non timuit ne eligere possem alteram partem.

Pars altera. Ego nihil aliud quam diuisi. Circumscriptio non in diuisione est, sed in electione. Habes matrem quam totis quidam bonis redemerunt; habes gloriam quam per ignes quidam, per arma quaesierunt. Multa de patrimonio rapuit cum haberet ius dominae ancillae inpudentia. Timebas ne in illam saeuirem? non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. Nunc tantundem habes; habes enim partem quam uoluisti. ut tantundem haberes, nec pater uoluerat; ideo matrem tuam ancillam reliquid.

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### POTIO EX PARTE MORTIFERA.

Veneficii sit actio. Proscriptum uxor secuta est. quodam tempore secreto poculum tenentem in-

2 cohedem **Ma** ‖ 16 meam **M**, *corr. Burs.* ‖ 20 bonis *om.* **Ma** ‖ redimerunt **M** ‖ 23 inpudentiam ?

terrogauit, quid esset; ille dixit uenenum et mori se uelle. rogauit illa ut partem sibi daret et dixit se nolle sine illo uiuere. partem bibit ipse, partem uxori dedit. periit illa sola. testamento inuentus est maritus heres. restitutus arguitur ueneficii.

Sic egit ut deprehenderetur, sic deprehensus est ut exoraretur, sic bibit ut uiueret. Quod est istud uenenum quod tantum heredi non nocet? Nemo umquam tam palam uxori uenenum dedit. Fugit ne occideretur qui dicit se mori cupere. Vnus proscriptione locupletior factus est. Vt uiuere uellet, uxor illi persuadere non potuit; persuasit res blandior, uxoris hereditas. Sciit quam partem potionis hauriret. Contrarias partes gladio persecutus est, suas ueneno. Occidendi finem prius uictores fecere quam uicti. Quid iam putabatis futurum, cum in exsilium uxor testamentum tulisset, maritus uenenum? Vbi est uxor? Ecquid te pudet? iam etiam proscripti redeunt. Statim sumta potione conlapsa est. nolite mirari, si tam efficax uenenum est: heres est qui dedit. Summis fere partibus leuis et innoxius umor suspenditur, grauis illa et pestifera pars pondere suo subsidit. Apparet te diu praeparatum uenenum habuisse: scisti diuidere. Etiamsi potest defendi qui uolenti dedit, tu potes qui fecisti ut uellet? Id genus ueneni fuit quod pondere subsideret in imam potionem. bibit iste usque ad uenenum, uxor uenenum. ‖

Pars altera. Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in ultimo consilio non reliquid. O dignam quam innocens sequar! Bellum ciuile egi, proscriptus sum, exulaui; quid his malis adici potest nisi ut uenenum bibam et uiuam? Venenum, inquam, est.

4 uxore **Ma** ‖ perit **M** ‖ 11 prostscriptionem **Ma** ‖ 15 auriret **Ma** ‖ 19 Et quid **M** ‖ 31 reliquit **Mb** ‖ 32 ciuile lege **M**, *corr. Burs.*

Hoc qui daturi sunt, dissimulant. Venenum Cato uendidit. Quaerite an proscripto licuerit emere quod licuit Catoni uendere.

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### IPHICRATES REVS.

Qui uim in iudicio fecerit, capite puniatur. Missus Iphicrates aduersus Thracum regem, bis acie uictus foedus cum eo percussit et filiam eius uxorem duxit. cum Athenas redisset et causam diceret, uisi sunt circa iudicium quidam Thracum cultu armati et ipse reus gladium strinxit. cum iudices citarentur ad iudicandum, palam absolutorias tulerunt sententias. accusatur quod uim in iudicio fecerit.

Nemo iudicum tuorum non sic timuit tamquam tu de illis iudicaturus esses. Cum toto tibi regno suo uenit aduocatus; non maioribus copiis bellum instruxit quam iudicium. Iphicrate, conde gladium; iudicium est. Quid tibi cum gladio? certe bis uictis arma ponenda sunt. Quae est ista contra rerum naturam permutatio, in bello nuptiae, in iudicio bellum?

Pars altera. Ego uim non feci; omnia enim legitima peracta sunt: accusator suo loco dixit, reus suo respondit; perfectum per omnes numeros suos iudicium est. Cum iu|dices sententias ferrent, strinxi gladium, ut occiderem me, si dampnatus essem. Iudices tulerunt palam absolutorias, ut gratiam duci suo referrent. Nuptiarum causa utilitas reipublicae fuit. Miles pulsus saepius erat infelici proelio. Bar-

2 et mere **Ma** ‖ 5 EPIGRATES **M** ‖ 7 epigrates **M** ‖ Tracum **M** ‖ 10 uisa **M** ‖ 11 cultris ? ‖ rus **Ma** ‖ 14 in *om.* **Ma** ‖ 16 toto ibi **M** ‖ 17 uent **Ma** ‖ 18 Epigrate **M** ‖ 26 ferent **Ma**

baros circa iudicium fuisse non propter officium armatos, sed propter morem suum. Quid potestis, inquid, queri? quod uobis obsidem adduxi?

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### ADVLTERA VENEFICA.

Veneficii sit actio. Quidam cum haberet uxorem et ex ea filiam nubilem, indicauit uxori, cui eam conlocaturus esset. illa dixit: celerius morietur quam illi nubat. decessit puella ante diem nuptiarum, dubiis signis cruditatis et ueneni. torsit ancillam pater; dixit illa nihil se scire de ueneno, sed de adulterio dominae et eius cui conlocaturus filiam erat. accusat uxorem ueneficii et adulterii.

'Morietur': teneo ueneficam; 'celerius quam nubat': teneo adulteram. 'Morietur': factum est; 'celerius quam nubat': factum est. Adulterium deprehendi serius quam factum est, ueneficium antequam fieret. Duo crimina ad uos detuli et duos indices: altera dicit quod factum est, altera etiam quod futurum sit. Generi adultera, filiae pelex. Quam infelix domus est in qua adulterium argumentum est! Dixi: honestus est; dixi: pulcher est; dum laudo generum, commendaui adulterum. O me tardissimum in malis meis! ueneficium ne denuntiatum quidem credidi, adulterium in ‖ ueneficio demum deprehendi. Versae sunt in exsequias nuptiae mutatusque genialis lectus in funebrem, subiectae rogo felices faces. Profertur putre corpus et uenenis tumens. quid ultra quaeritis? uerbis signa, signis tormenta conueniunt. Ad uocem tuam facta conueniunt.

7 filium **Ma** ‖ 8 collocaturus **Mb** ‖ 10 crudelitatis **M** ‖ 18 ueneficum **Ma** ‖ 19 induces **M** ‖ 22 adulterium ⟨ueneficii⟩ arg. ?, adulterii ⟨ueneficium⟩ arg. *Gron.* ‖ 25 nec **Mb** ‖ 31 facta **M**

'Morietur antequam nubat': factum est. Vidimus fluens corpus et in cadauere illius materna uerba credidimus. Generum adulterio perdidi, uxorem parricidio, filiam ueneficio.

Pars altera. Duo grauissima crimina obiecit, adulterium et ueneficium: adulterium ancilla teste, ueneficium ne ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogatam, exciderunt illi uerba quae non minus quam ⟨ille⟩ filiam luget. At quare dixisti: 'celerius morietur quam illi nubat'? Verba dolori parum considerata exciderunt. et est saepissime fortuita diuinatio.

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

### DEMENS QVI FILIO CESSIT VXOREM.

Dementiae sit actio. Qui habebat duos filios duxit uxorem. alter ex adolescentibus cum aegrotaret et in ultimis esset, medici dixerunt animi uitium esse. intrauit ad filium stricto gladio pater, rogauit ut indicaret sibi causam. ait amari a se nouercam. cessit illi uxore sua pater. ab altero accusatur dementiae.

Audite rem nouam: fratrem crudelem, nouercam misericordem. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est. Tradidi illi uxorem; sed eripueram. 'Testor, inquid, praesides pietatis deos, amare antequam duceres coepi'. Ita tu iniuriam uocas quod fratrem habes, non habes nouercam? Transii praeter istius oculos cum ferro; gladium mihi nemo nisi aeger extorsit. Patri qui periculum filii morientis sustinere non potuit, ignoscendum in qualicumque facto est.

Pars altera. Alter lenocinio curauit, alter par-

7 nec Mb ‖ 8 rogatum Ma ‖ 9 ille *addidi* ‖ 32 *bis* Aliter M

ricidio conualuit. Quid? hoc adulterium non putas quod marito conciliante committitur? Nescio furiosius uxorem duxerit, an habuerit, an dimiserit, an conlocarit. Quam demens est cui adulterium pro beneficio imputatum est! Strinxit gladium maritus, non ut uindicaret adulterium, sed ut faceret. Mori potius debuit frater quam sanari turpiter. quid enim si matrem, si sororem concupisset? Quaedam remedia grauiora ipsis periculis sunt. Omnia inter priuignum et nouercam conposita; simulatum morbum et derisum mimo turpissimo patrem.

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

### VERSVS VIRGINIS VESTALIS.

Virgo Vestalis scripsit hunc uersum:

Felices nuptae! moriar nisi nubere dulce est.

rea est incesti.

'Felices nuptae' cupientis est; 'peream nisi' adfirmantis est; 'nubere dulce est': aut experta iuras aut inexperta peieras; neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces submittunt, tibi consules praetoresque uia cedunt; numquid exigua mercede uirgo es? Sacerdos raro iuret nec umquam nisi per suam Vestam. 'Moriar': numquid perpetuus ignis extinctus est? 'Moriar': numquid de nuptiis appellata es? ⟨Te⟩ ad ultimum, Vesta, inuoco, ut tam infesta sis || sacerdoti quam inuisa es. Recita carmen, dum quaero quale sit. Tu carmen scribas, tu uerba pedibus tuis emollias et seueritatem templo debitam modulatione frangas? Quodsi utique laudare uis nuptias, narra Lucretiam, de illius morte

2 furiosus **M** || 4 collocarit **Mb** || 11 derisum animo **M**, *corr. Gron.* || 13 VERVS **M** || 15 nuptiae **M** || 17 nuptiae **M** || 25 est? ad **M**, *corr. Burs.* || Vestam **M**

scribe antequam iurabis de tua. O te omni subplicio dignam cui quicquam sacerdotio felicius est! 'Dulce est': quam expressa uox, quam ex imis uisceribus emissa non expertae tantum sed delectatae. Incesta est etiam sine stupro quae cupit stuprum.

Pars altera. Vnus illi uersus obicitur, ne hic quidem totus. Non oportet, inquit, scribere carmen. Multum interest obiurges an punias. Incesti damnari nulla potest nisi cuius uiolatum corpus est. Quid, tu putas poetas quae sentiunt scribere? Vixit modeste, castigate; non cultus in illa luxuriosior, non conuersatio cum uiris licentiosior; unum crimen eius uobis confiteor: ingenium habet. Quidni inuideat Corneliae, quidni illi quae Catonem peperit, quidni sacerdotes parientibus?

Extra. Varivs Geminvs aput Caesarem dixit: Caesar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem.

1 omniṣ **M** || 5. 6 cupit stupra **M** || 7 nec **M**b || 16 quid nisi **M**

# ⟨M. ANNAEI SENECAE ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE DIVISIONES COLORES CONTROVERSIARVM. LIBER VII.⟩

SENECA NOVATO SENECAE MELAE⟨FILIIS⟩SALVTEM.

1 Instatis mihi cotidie de Albucio: non ultra uos differam, quamuis non audierim frequenter, cum per totum annum quinquies sexiensue populo diceret, ⟨et⟩ ad secretas exercitationes non multi inrumperent quos tamen gratiae suae paenitebat. Alius erat cum turbae se committebat, alius cum paucitate contentus erat. incipiebat enim sedens et si quando illum produxerat calor, exsurgere audebat. illa intempestiua in declamationibus eius philosophia sine modo tunc et sine fine euagabatur; raro totam controuersiam implebat: non posses dicere diuisionem esse, non posses declamationem; tamquam declamationi multum deerat, tamquam diuisioni multum supererat. Cum populo diceret omnes uires suas aduocabat et ideo non desinebat. ‖ Saepe declamante

*codd.* **ABMT** ‖ 4 Senecae *om.* T ‖ MEIAE **B** malae **Ma** ‖ filiis *om.* **CT** ‖ 5 cottidie **A** ‖ 6 quauis **B** ‖ audieram **CT** ‖ 7 exiensue **C** exiensut **T** sexiesue **M** ‖ 8 et *addidi* ‖ interrumperent **M** ‖ 9 ques **A** quaes **B** ‖ 10 paucitatem **CT** ‖ 11 contempserat **ABTMa** contemptus erat **Mb** ‖ 12 audiebat **A** ‖ illu **A** ‖ 13 philosophias in ea **C** ‖ 15 posse **C** ‖ 18 dicerat **A** (?), dicebat *Konitzer*

illo ter bucinauit, dum cupit in omni controuersia dicere non quidquid debet dici, sed quidquid potest. Argumentabatur moleste magis quam subtiliter: argumenta enim argumentis colligabat et quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes probationibus aliis confirmabat. 2 erat et illud in argumentatione uitium quod quaestionem non tamquam partem controuersiae, sed tamquam controuersiam implebat. <Omnis quaestio suam propositionem habebat>, suam exsecutionem, <suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. Ita unam controuersiam exponebat, plures dicebat. Quid ergo? non omnis quaestio> per numeros suos inplenda est? Quidni? sed tamquam accessio, non tamquam summa. nullum habile membrum est si corpori par est. Splendor orationis quantus nescio an in nullo alio fuerit. Non hexis magna, sed phrasis. dicebat enim citato et effuso cursu, sed praeparatus. Extemporalis illi facultas, ut adfirmabant qui propius norant, non deerat, sed putabat ipse sibi deesse. Sententiae quas optime Pollio Asinius albas uocabat, simplices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum adferentes, sed uocales et splendidae. 3 Adfectus efficaciter mouit, figurabat egregie, praeparabat suspiciose. nihil est autem tam inicum quam manifesta

1 bucinabit **C** ‖ controuersa **C** ‖ 2 dicit **C** ‖ 3 subtuliter **B** ‖ 4 colligeba **C** colligebat **MT**, *corr. Is. Pontanus* ‖ et *om.* **M** ‖ 6 aliis *om.* **Ma** ‖ 7 quod *om.* **Ma** ‖ 9 *uerba* implebat .. controuersiam (*l.* 11) *om.* **M**: *addidit manus paullo recentior in margine* ‖ *uerba* omnis .. habebat *om.* **CTa** ‖ 10 excusationem **M** ‖ *uerba* suos .. quaestio (*l.* 13) *om.* **CTa** ‖ 12 dicebat suam excusationem **M** ‖ 15 corpore **C** ‖ 16 quantos **C** ‖ ullo **T** ‖ 17 ex his **CTa** texis **Ma**, tesis **MbTb**, *corr. Burs.* lexis *ed. Rom.* ‖ pharasis **CT** frasis **M** ‖ 18 et *om.* **CTa** ‖ citato cursu et effuso **M** ‖ praeparatis **C** praeparato **M**, *corr.* **T** *Schult.* ‖ Temporalis **M** Et temporalis **Ta** ‖ 19 ilti **C** ‖ 20 derat **C** ‖ putabatur **M** ‖ 21 polio asinio **M** *m. pr.* ‖ uiolabat **CT**, albas uiolas uocabat *coniecit Schott, Burs.* ‖ 22 ocultum **C** ‖ inseparatum adferent eē duo tales **CTa** ‖ 23 affectius efficacite **CTa** ‖ 25 inimicum **M**

praeparatio: apparet enim subesse nescio quid mali. itaque moderatio est adhibenda, ut sit illa praeparatio, non con|fessio. Locum beate implebat. non posses de inopia sermonis Latini queri, cum illum audires: tantum orationis cultae fluebat; numquam se torsit quomodo diceret, ⟨sed quid diceret.⟩ sufficiebat illi in quantum uoluerat explicandi uis; itaque ipse dicere solebat, cum uellet ostendere non haesitare se in electione uerborum: cum rem animus occupauit, uerba ambiunt. Inde aequalitatem in illo mirari non licebat. splendidissimus erat: idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum et puleium et lanternas et psilothrum et spongias; nihil putabat esse quod dici in declamatione non
4 posset. erat autem illa causa: timebat ne scolasticus uideretur. dum alterum uitium deuitat, incidebat in alterum ⟨nec uidebat nimium illum orationis suae splendorem⟩ his admixtis sordibus non defendi, sed inquinari: set hoc aequale omnium est, ut uitia sua excusare malint quam effugere. Albucius enim non ⟨quomodo non esset scolasticus quaerebat, sed⟩ quomodo non uideretur. nihil detrahebat ex superuacuo strepitu; haec sordida uerba ad patrocinium aliorum adferebat. Huc illi accedebat inconstantia

2 adhibenda est moderatio **M** ‖ 3 non fessio **C** ‖ 4 de impia **C** de uitio **T** ‖ quari **A** quaeri **B** ‖ 6 *uerba* sed quid diceret *om.* **CTa** ‖ 8 ipsi **B** ‖ 9 felectione **A** flectione **B** ‖ anibus **CTa** ‖ 10 Inaequalitatem **MTb** ....nde qualitatem **A** Indequalitatem **BT**; *in* **C** *post spatium uacuum* 18 *fere literarum in fine uersus: correxit H. Müller* ‖ 11 non *om.* **M** ‖ libebat **O**, *corr. Schult.* ‖ ırat **B** ierat **M** ‖ 12 acetum epuleium **Ta** ‖ 13 et filorotem spogias (sphogias **A** spongias **T**) **CT**, *corr. Burs., qui et* et phileroton spongias *proposuit;* et puleium et dāmam et philerotem, lanternas et sphogias **M** ‖ 14 quid **A** ‖ dici indici in **C** ‖ 16 aliud **M** ‖ deuitabat **T** ‖ incidat **Ma** incidit **Mb** ‖ 17 aliud **M** ‖ *uerba* nec . . splendorem *om.* **CTa** ‖ admixtum **M** ‖ sortibus **A** ‖ defendis **C** ‖ 19 * et hoc **O** ‖ 20 excusare malin quam **A** excusarem aliquā **B** ‖ 21 *uerba* quomodo . . sed *om.* **CTa** ‖ 21 non comodo **Ma** ‖ 24 * Hoc illi accidebat **O**

iudicii: quem proxime dicentem commode audierat, imitari uolebat. Memini omnibus illum omissis rebus apud Fabianum philosophum tanto iuueniorem quam ipse erat, cum codicibus sedere; memini ad- 5
miratione Hermagorae stupentem ad imitationem eius arescere. nulla erat fiducia ingenii sui et ideo adsidua mutatio; itaque dum genera dicendi transfert et modo exilis esse uolt ‖ nudisque rebus haerere, modo horridus et ualens potius quam cultus, modo breuis et concinnus, ⟨modo nimis se attollit,⟩ modo nimis se dęprimit, ingenio suo inlusit et longe deterius senex dixit ⟨quam iuuenis dixerat; nihil enim ad profectum⟩ aetas ei proderat, cum semper studium eius esset nouum. Idiotismos est inter oratorias uirtutes res quae raro procedit: magno enim temperamento opus est et occasione quadam. hac uirtute uarie usus est: saepe illi bene cessit, saepe decidit. nec tamen mirum est si difficulter adprehenditur uitio tam uicina uirtus. Hoc nemo praestitit umquam Gallione nostro decentius.
Iam adulescentulus cum declamaret, apte et con- 6
uenienter [et decenter] hoc genere utebatur; ⟨quod eo magis mirabar, quia tenera aetas refugit omne non tantum quod sordidum, sed quod sordido simile est.⟩ Raro Albucio respondebat fortuna, semper opi-

1 commod& uiderat **A** ‖ 2 Nemini **Ta** ‖ illum omnibus **M** ‖ 4 com **M** ‖ condicibus **C** cūdiscipulis **T** ‖ ad mitatione **Ta** adminitione **Ma** ‖ 5 Hermacotae **CTa** Hermagota **M** ‖ imitatione **A** imitationes **M** ‖ 6 ardescere **M** ‖ erat *om.* **C** ‖ mutatio ingenii sui **T** ‖ 7 transferet **Ma** transferret **Mb** ‖ 8 ei ex illis **C** et exillis **Ta** modo exilis **M** ‖ uult **MT** ‖ 10 concintnus **M** ‖ *uerba* modo nimis se attollit *om.* **CT** ‖ 11 se *om.* **M** ‖ 12 lon **C** ‖ 12. 13 *uerba* quam . . profectum *om.* **CT** ‖ 13 perfectum **M** ‖ aestas **C** etas ei non p. **T** ‖ 14 esse **C** ‖ Ideotismos **C** Idiotissimus **M** ‖ 15 res ponere q. r. procedunt **Tb** ‖ 17 ac uirtute **M** ‖ uarie *om.* **CT** ‖ 18 est *om.* **T** ‖ 20 Gallionem **C** ‖ 21 adolescens **M** ‖ 22 et decenter *om.* **M** ‖ utabatur **T** ‖ *uerba* quod . . est (*l.* 25) *om.* **CT** ‖ 25 *sq.* *uerba* fortuna . .

nio: quamuis paenituisset audisse, libebat audire. tristis, sollicitus declamator et qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset: usque eo nullum tempus securum erat. Haec illum sollicitudo fugauit a foro et tantum unius figurae crudelis euentus. nam in quodam iudicio centumuirali, cum diceretur iurisiurandi condicio aliquando facta ab aduersario, induxit eiusmodi figuram qua illi omnia crimina re-
7 gereret. Placet, inquit, tibi rem iureiurando transigi? iura, set ego iusiurandum dabo: iura per patris cineres qui inconditi sunt, iura per patris || memoriam; et executus est locum. quo perfecto surrexit L. Arruntius ex diuerso et ait: accipimus condicionem; iurabit. Clamabat Albucius: non detuli condicionem; schema dixi. Arruntius instabat. centumuiri rebus iam ultimis ⟨properabant. Albucius clamabat: ista ratio⟩ne schemata de rerum natura tolluntur. Arruntius aiebat: tollantur; poterimus sine illis uiuere. Summa rei haec fuit: centumuiri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium Albucii, si iuraret; ille iurauit. Albucius non tulit hanc contumeliam, sed iuratus calumniam sibi inposuit numquam amplius in foro dicere. Erat enim homo summae probitatis qui nec facere ⟨iniuriam⟩ nec

libebat (*l.* 1.) *bis scr. in* **C**: *iterum* audisset **B** || 1 audisse *om.* **M** || audiret **CT** || 2 *uerba* tristis sollicitus declamator *om.* **M** || 4 securi illi **M** || solicitudo **M** || 5 et tam̃ **CT** etam **Ma** et tamen **Mb** || nam id **C** nam illi **T** || 6 iudicio crudelis euentus **T** || 7 aliqua **Tb** || iacta **C**, lata *Gron.* || 8 figura **A** || quia **CTa** || regere et **C**, regeret **Ma** irogaret et **T** || 9 trasigi **C** || 10 iurea **A** || sed **M** || dabo] dictabo *Gron.* praeibo *Usener* || 12 executus sum **C** || p̄fecto **CTa** || 13 Aruntius **M** || accepimus **M** || 14 iurauit **O** || 15. 16 centumuiribus iam **M** || 16 *sq.* ultimis ne schemata (*omissis mediis*) **CT** || ultimis properabat **M** || 18 agebat **M** *m. pr.* || poterib; **C** || 19 illis iure **M** *m. pr.* || haec summa. centumuiri **CTa** || 21 iurasset **T** || iuraret **C**, *om.* **T** || 22 iratus **O**, *corr. Haase* || siui **C** || intulit **T** || 23 dixerat enim **CTa** dixit. erat enim **MTb**, *corr. Haase* || 24 *sq.* facere nec pati sciret (patesceret **A** patisceret **T**). ⸗ habeo

pati sciret. ⟨et solebat dicere: quid⟩ habeo quare 8 in ⟨foro dicam, cum plu⟩res me domi audiant, ⟨quam quemquam⟩ in foro? cum uolo dico, quamdiu uolo; ⟨assum utri uolo⟩. et quamuis non fateretur, delectabat illum in declamationibus quod schemata sine periculo dicebantur. Nec in scholas⟨ticis tamen effugere contumelias poterat⟩ Cestii, mordacissimi hominis. cum in quadam controuersia dixisset Albucius: quare calix si cecidit frangitur, spongia si cecidit, non frangitur? aiebat Cestius: ite ad illum cras; declamabit uobis quare turdi uolent, cucurbitae non uolent. Cum dixisset Albucius 9 in illa ⟨de⟩ fratre qui fratrem parricidi damnatum ⟨in⟩ exarmata naue dimisit: imposuit fratrem in culleum ligneum, Cestius eandem dicturus, sic exposuit controuersiam: ‖ quidam fratrem domi a patre damnatum nouerca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culleum ligneum. Ingens risus omnium ⟨secutus est⟩. Sed nec ipsi bene cessit declamatio; paucas enim res bonas dixit. et cum a scholasticis non laudaretur, nemo, inquit, inponit hos in culleum ligneum, ut perueniant nescio quo terrarum, ubi calices franguntur, spongiae non franguntur? Video quid uelitis: sententias potius audire

quare IN ÷ res me domi ÷ audiant ÷ in foro cū uolo **C** *et* **Ta**, *in quo tamen signa* ÷ *desunt* ‖ 1 sobat **Ma** ‖ 2 dominibus **Ma** ‖ 4 *uerba* assum utri uolo *om.* **CTaMa**, *add. post* dico **MbTb** ‖ 6 dicebamur **A** ‖ 6. 7 in scholas Cestii (*mediis om.*) **C** ‖ 8 in *om.* **B** ‖ controuersi **C** ‖ 9 si calix ceciderit **M** ‖ *bis* sic accidit **A**, *priore loco* succidit **Ta** ‖ si *om.* **M** ‖ 11 declamauit **CT** ‖ uolant *bis* **M** ‖ 13 illo fratre **O**, *corr. Schult.* ‖ fratre *om.* **M** fratro **A** ‖ parricidii **MT** ‖ in *om.* **CT** ‖ 15 eadem **O**, *corr. Schult.* ‖ 18 cǒlleum **M** ‖ 19 secutus est *om.* **CT** ‖ ne sed nec **C** ‖ ipse **Ma** ‖ 20 pauces **A** *m. pr.* ‖ uonas **C** ‖ sed cum scolasticis dix̄ non **CTa** ‖ 21. 22 imponit in hos in **C** ‖ 23 *uerba* spongiae non franguntur *om.* **M** ‖ spongias **C** ‖ calices non franguntur, spongiae franguntur *malit R. Wachsmuth* ‖ 24 ideo **CTa**

quam iocos. fiat: audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

## ⟨CONTROVERSIA XVI.⟩

Thema: Mortua quidam uxore ex qua duos filios habebat, duxit aliam. alterum ex adulescentibus domi parricidi damnauit; tradidit fratri puniendum: ille exarmato nauigio imposuit. delatus est adulescens ad piratas, arcipirata factus est. Postea pater peregre profectus captus est ab eo et remissus in patriam. abdicat filium.

1 Albvci Sili. De fratre nec iudicare audeo nec loqui: uno nomine ⟨ei⟩ et gratias ago et gratulor, quod patrem seruare potuit mori iussus. Tanta tempestate confusus neque aestimare quicquam neque dispicere potui. Plura tibi crimina, pater, fortuna torquente, quam quae uideris ipse nosse, indicabo. Solutum mihi fratrem tradideris an alligatum nescio: quantum ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit; nec satis memineram, tale ⟨ministerium mihi pater an nouerca mandasset⟩, ministerium an poenam esse uolu||isset, uindictam an parricidium. Insui culleo fratrem iubes? non possum, pater. non ignoscis? an non credis? ego contendo ne te quidem posse, si quis tibi dixisset

fiat
1 audite **AT** audite fiat **B** || 1. 2 controuersias **CTa** || 4 quidem **C** || 6 dampnatum **T** || patri **C** || 8 est *om.* **T** || factū est **C** || 9 *uerba* postea . . profectus *bis scripta*, *priore loco addito* est **C** || 10 patria abdicate illum **O**, *corr.* **E** || 11 Silli **O** || de frata **B** || 12 ei *add. Burs.*, *qui* et *del.* || 13 iustus **C** || 14 nequaestimare **CTa** || 15 displicere **CTa** despicere **ETb**, *corr. Heruag.*, *Burs.* || Pluratiui **A** Plurantiui **B** Plura timui **T**, *corr. N. Faber* || 15. 16 natura torquente **Ta** || 16 nescio ipse **T** || nos re **A** || 17 Solutu **C** || 20 *uerba* ministerium . . mandasset, *add.* **E** || 21 uoluisses **T** || 22 an parricidia in parricidium **C** parricidii an parricidium **E** || fratres **C** || 23 á non **B** || 24 quid **C**

tyrannus: ueni, tuis manibus filium insue. in hoc
opere potes oculis tuis, potes manibus uti? potes
audire inclusi filii gemitum? si potes, timeo ne in-
nocentem damnaueris; si non potes, quid frater in
fratrem non posset, patrem testem dedi. Quid ac- 2
cusas quod inpunitatem fratri dederim, quom fato
consilium meum uictum sit? a me frater ut uiueret
non impetrauit, ut fugeret non impetrauit: nihil
aliud impetrauit quam ut aliter quam in culleo mo-
reretur. malam causam habeo, ut inter fratres. Vbi
spes? in gubernaculo? nulla est. in remigio? ne in
hoc quidem est. in comite? nemo repertus est nau-
fragi comes. in uelo? in artemone? omnia [paene]
instrumenta circumcisa sunt, adminiculum spei nul-
lum est. patri sum excusandus an fratri? De filio
tuo hoc respondeo: quamdiu in patrio solo morari
licet, ciuis est: proiectus in mare, quidquid post
exilium et naufragium uel facit uel patitur ab omni
foedere uitae communis abstractus, poenarum eius
pars, non et nequitiae opus est. sed aliis queren-
tibus te ipsum testem dabo, non esse piratam. Ego 3
illi terrae, ego lucis conspectum, ego etiam mortis
humanae facultatem abstuli; fortuna ipsa quae mi-
serita eius est, nihil tamen illi praeter mare reli-
quit. 'Moriendum est mihi, ⟨inquit⟩; pater iussit:
neque ego te deprecor ne moriar nec tibi licet non
facere quod iussus es. inter patrem iratum et fra-
trem moriturum arbitrium pietati tuae necessarium

2 potest audire **A** ‖ 3 inclusii **C** ‖ nō **Ta** ‖ 4 in fratre **Ta** ‖ 5 pater **C** ‖ dedit **T** ‖ 6 accusas quid **Ta** ‖ in quod **C** in quo **T**, cum *Gron.* quod *Haase* an quod *Burs.* ‖ facto **T** ‖ 10 causam malam **T** ‖ 11 nullum *Haase, O. Iahn* ‖ 11. 12 remigionem hoc **C** remigionū est. hoc **T** (superscr. nō, ec), *corr. Burs.* ‖ 12 quid **Tb** ‖ naufragii **T E** ‖ 13 arte in omnia **C** arte omnia **T**, *corr. Ritschl* ‖ poene **B**, *del.* **E** *W. Müller, N. Madvig* ‖ 14 in spe **A T** in spei **B** spei **E** ‖ 15 ad **C** at **Ta** ac **Tb** ‖ 16 marrari **A** ‖ 18 exilium *bis scr.* **C** ‖ 20 non est **O**, *corr. Schult.* ‖ alis **C** ‖ 22 locis **C** ‖ 23 miserit **C Ta** miserta **Tb** ‖ 25 inquit *add. Schult.* ‖ 26 moriam **C** ‖ 26 licet nec **A**

suscipe: sanguinem meum patri refer, culleum mihi remitte; uolo mori, sed pura manu tua; hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam, licuisse mihi
4 per fratrem aliter quam par||ricidae mori'. Asini Pollionis. Aequas mihi praebete aures: dabo uobis etiam damnatum absoluendum. 'Viuit, inquit, frater'. non credo. 'seruauit, inquit, me'. fecisti ut crederem. Haec est summa rerum gestarum: in ea domo in qua facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. 'Quid mihi cum ista tabula? semel mori uolo'. Q. Hateri. Emicabant densis undique nubibus fulmina et terribili fragore horridae tempestates absconderant diem: imbres undique et omnia procellis saeuientia: expectat, inquam, parricidam mare. intumuerat subitis tempestatibus mare iustis quoque nauigiis horrendum. Fateor, fateor, dixi: fratrem tibi, si innocens est, Fortuna, conmendo. Inueni relictum etiam a naufragis nauigium fragmentum infelix et iam nauigaturis omen, quod si quis gubernator uidisset,
5 iter suum distulisset. naufragus a littore emittitur. Marcelli Aesernini. Habes, inquam, frater, si innocens es, nauigium, si nocens, culleum. non feci parricidium et — quam facile erramus homines — factum putaui; deliberabam an parerem patri. 'Frater', inquit, 'tu primus in domo parricidium facies'. Argentari. Quod iusseras factum est: periit frater. 'Viuit, inquit, et me dimisit'. bono argumento probatur uiuere. Vtrasque ad caelum manus sustulit:

1 suspipe **Ta** ‖ 2 moriri **A** ‖ plura **CTa** ‖ 4 aliquem quam **CTa** ‖ 6 obsolbendum **C** ‖ 8 ea *om.* **AE** ‖ 10 patrem ⟨seruauit⟩ *W. Müller* ‖ 11 quid [qui **BTa**] cateri **CTa** ‖ 14 saeuientiā **A** ‖ 15 inquit **Ta** ‖ 17 dixit **C** ‖ si noncens **C** ‖ 18 * *uerba* Inueni ... nauigium *post* parricidium facies *u.* 26 *leguntur* in **OE** ‖ 18 inuenire locum **O**, *corr. N. Faber* ‖ 21 uitem suum **O** ‖ 23 si īnocens acaleum **Ta** ‖ 24 ficile herramus **C** facillime erramus **T** ‖ omnes **E** ‖ 25 fratrem **CTa** ‖ 26 turrimus **CTa**

'si nihil umquam impie cogitaui, ⟨si⟩ patrem meum etiam damnatus diligo, di immortales, rerum omnium iudices, adeste'. Si aliter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria: sic nauem suam rexit. BLANDI. 6
Iacebat in littore nauigium, quod etiam integrum infeliciter uexerat. Credam parricidam, si ⟨tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subi⟩to mihi non sentienti ferrum cum animo pariter excidit; torpent manus et nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. intellexi quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperaret pater. Ita mihi, quae sola miseros in domo nostra respicis, Fortuna, succurras, ita mihi contingat aut honeste uiuere aut mori, ita ex domo nostra ego sim ultimus reus, ut ille iurabat meliorem se nouercam habuisse quam fratrem. CORNELI HISPANI. 7
Fateor, uolui occidere; sed tunc intellexi quam difficile esset parricidium. 'Ego', inquit, 'patrem occidere uolui? ne nunc quidem possem'. Pater noster nauigauit sereno die, tranquillo mari, auspicato itinere, integra naue. Quid hoc est? ⟨felicius⟩ nauigauit damnatus quam qui damnauerat. 'Vade', inquit; 'patrem te habere mihi non licuit, habebo patronum; reuertere'. Magnum pietatis argumentum filio carus pater etiam post supplicium. utrum uobis uidetur innocentiam apud piratas didicisse, ⟨an ne apud piratas quidem perdidisse⟩? ARELLI FVSCI patris. Potuit patrem occidere: ecquem testem timebat? Abdicatus a patre quo me conferam? in

1 *alterum* si *om.* **O** ‖ 2 Si **Ta** di **Tb** ‖ mortales **A** ‖ uerum **O** ‖ 3 iud **O** ‖ 5 latebat **CTa**, *corr.* **ETb** ‖ 6 uexaret **O**, *corr.* **E** ‖ parricidam si to mihi **C** parricida nō sit. omihi **T**, *media add.* **E** ‖ 11 imperasset **E** ‖ 14 dicere **CTa** uiuere **Tb** *Schott* uincere *Haase* ‖ 15 mitiorem ? ‖ 16 qua **C** ‖ 19 possum **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ 20 negauit **A** ‖ 21 naui **TE** ‖ hos **C** ‖ felicius *add.* **ETb** ‖ negauit **A** ‖ 23 mihi *om.* **A** ‖ habeo **B** ‖ 24 patrocinium **O**, *corr. Heruag.* ‖ 27 *uerba* an . . . perdidisse *add.* **E** ‖ 28 Non potui *Schult.* ‖ et quem **CTa**

maria? non possum: iratos habeo piratas. Cum
traditus est mihi frater imperatumque ut sumerem
supplicium, si qua est fides, temptari me putaui an
8 possem parricidium facere. Porci Latronis. Pe-
rieras, pater, nisi in parricidam incidisses. Triari.
In naufragio nauigabat. Parum est quod non oc-
cidit patrem, immo etiam integra naue dimisit etiam
pirata dicitur: iterum falso crimine male audit. Cesti
Pii. Erat nauigium, immo fuerat, sed hoc putre,
resolutis compagibus, infelix omen nauigationis.
'Insue me culleo: certe sentiam maria, non etiam
uidebo'. Scissa quoque uela fecerant sinus et ar-
matas classes naufraga praecesserat ratis: scires
nauigare qui seruaturus esset patrem. Crudelis
et pertinax nouerca post omnia deuicta nihi-
lominus saeuit. maria || iam quiescunt, praedones
iam miserentur, piratae iam parcunt. Ibamus prae-
ter sepulcrum matris, ille mortem timens, ego sce-
lus: expectate, iudices; iam fortuna nobis obiciet
scelus. Iacebat nauigium peruetus et attritum salo,
9 uix unius capax animae. Veni ad uos uictoriam
pulcram petiturus, ut probem me parricidam. Non
occidisti, inquit, fratrem. Nouerca, audi iucundis-
simam uocem: fateor me parricidam, occidi fratrem;
tutus sum, pater, si hoc probauero? imposui in
exarmatam nauem: non est ⟨hoc⟩ occidere? nouer-

1 piratos **C** || 2 fratrem **C** || 3 temtaui **C** temptauit **Ta** || 4 possum **ATa** || parricidiã **Ta** || 7 integram **B** || *uerba* etiam . . . sed hoc *u.* 9 *post* patrem *u.* 12 *leguntur; transposui auctore Haasio* || 8 mal **C** mala **Ta** || 9 sed adhuc **T** || putre] patrem **T** || 10 cum pacibus **B** || 11 certes sententiam **C** || ea **O**, etiam *W. Müller* || 12 scio **O**, *corr.* **E** || uelant **C** ut an̄ te **T** || facerant **A** || 13 scirets **B** sciret si **A** sciret **T** || 15 delenita *R. Wachsmuth* || 15. 16 nihil minus **T** || 17 irati **O**, *corr. Schult.* || 18 mote **C** || 19 iudiam **C** uideamus **T**, *corr. Burs.*; *an* expectaui an — obiceret? || innobis **A** || 22 utrobem me **B** utro homine **A** || 23. 24 audiui ıuc[īc **Ta**]undissima uoce **O**, *corr. Gron.* || 24 parricida **C** || 25 probabere **BTa** prohabere **A** || 26 hoc *addidi*

cae quidem numquam satis priuignus occiditur. Multas rerum natura mortis uias aperuit et multis itineribus fata decurrunt, et haec est condicio miserrima humani generis, quod nascimur uno modo, multis morimur: laqueus, gladius, praeceps locus, uenenum, naufragium, mille aliae mortes insidiantur huic miserrimae animae. et hoc occidere uocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in turba, hoc dicit: huic quisquam parcat, qui fratrem suum occidit et occidisse se probat? Componis in domo par, ut 10
alter scelere sit parricida, alter ministerio. Inpositus est in nauem frater: qualem nauem? scitis nihil esse periculosius quam etiam instructa nauigia: parua materia seiungit fata. Quid uero si non rudentibus committitur illa anima, non uelis, non gubernaculo defenditur? exarmata nauis est, utroque patens latere; inponitur miser in naufragium, nauigio per se pessum ituro pondus insuper ⟨addit⟩. Ecce nauem diuinitus armatam: subito uisa sunt uela, subito nauis coepit et regere se et adtollere. Magnum praesidium in periculis innocentia. saeuum mare uoluitur, procellae spumante impetu latera nauigii urgent, pulsatur undique nauis periculis: innocentia tamen tuta est. ⟨O⟩ maria iustiora 11
iudiciis! o mitiores procellae patre, quam eiecit ⟨ille seruaui⟩stis animam! Nec hoc tantum diuinitus gestum est quod peruenit tutus in portum, excipitur classe praedonum; habeat pater mentem nauigandi:

1 priuignū CTa || 6 uenenus C || 8 sub diutius A || s; T || turba et T || 10 occidisset C || 14 animam fato *Burs.* || * quod si uero O || 15 anima *hic del. Burs.*, *qui et* conectitur *coni.*, materia *Gron.* || 16 et O, est *Schult.* || 17 petens C || 18 nauitio C || persaepes (persepaes B) sumituro C persep̄ sūturo Ta || * insui ecce C infuit ecce T || 19 diuinitas armat O, *corr. Haase* || uia CTa || 20 uella C || et regeres et C, erigere se *N. Madvig* || 22 marem noluitur B mare inuoluitur T || 23 lantera C || 24 O *add.* TbE || 25 * effecisti A effecistis BT || 26 Nc B || 27 portus O || 28 habebat ? || nauigamdi C

capietur iudex, ut illum paeniteat sententiae suae. 'Damnare me nouerca parricidii potuit; parricidam facere ne damnando quidem potuit. cognosce innocentiam meam in mari quam domi noluisti'. Complexu, osculis prosecutus est: sic patrem parri-
12 cida dimisit? IVNI GALLIONIS. Multa non adgnosco: frater domi damnatus est, ego in publico; illi obiectum est quod parricidium fecerit, mihi quod non fecerim; ille negabat, mihi nouo patrocinio utendum est: 'fratrem occidi'; in ea domo in qua parricidia damnantur, haec innocentia est. Video, iudices, inuitos ⟨uos⟩ audire hoc genus defensionis: malo itaque me uobis innocentem probare quam patri. fratrem non occidi, non potui fratrem occidere; idem timuimus, idem doluimus, idem fleuimus, eundem patrem habuimus, eandem matrem, eandem nouercam;
13 mitioris natura pectoris sum, mollioris animi. non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium: alius durior est, alius clementior; apud piratas quoque inuenitur qui non possit occidere. Putaui me electum, ne alius occideret. si mater nostra uiueret, puto, illi tradidisset: quod proximum fuit, mihi tradidit. Vtrum uobis uidetur per manus fratris punire filium uoluisse an ablegare priuignum? Pudet me patrocini mei; timeo ne, cum coepero narrare quid fecerim, dicatis: certe negabas posse te homi-
14 nem occidere. MVSAE. Traditus est frater puniendus mihi potissimum. Quo istud proposito, pater, feceris, apud plerosque disputationem habet: ego si quid mitius illo tempore uoluisti fieri, non intellexi; imposui multum recusantem et insui culleo

1 capitur, iudices, ? ‖ 3 nec **T** ‖ 4 qua **C** ‖ 5 parricidam **B** ‖ 6 funi **O** ‖ 7 domo **O** ‖ obiaetum **C** ‖ 8 fecerat **O** ‖ 10 parricidie **Ta** ‖ 11. 12 * ut inuictos (inuitos **T**) audire **O** ‖ 13 fratre **B** ‖ 14 potuit **C** ‖ 15 undem **C** ‖ 19 animus **O**, alius *Haase* ‖ illius **O**, alius *Haase* ‖ 20 putas me dicturum **O**, *corr. N. Faber* ‖ 21 nō **Ta** ‖ 23 utro **O** ‖ uidetur ⟨nouerca⟩ *Burs.* ‖ patris **CV** ‖ 29. 30 si quis **A** si q̃ **B** ‖ 30 mittius **C** ‖ uoluit **O**, *corr. Gron.*

postulantem. Obicis mihi molliorem animum: alius mitior est, plus quam debet, alius seuerior quam || necesse est, mediis alius adfectibus inter utrumque positus totus in sua potestate est. quidam et accusare et damnare possunt et occidere, quidam tam mites sunt ut non possint in caput ne testimonium quidem dicere. Non possum hominem occidere: hoc uitium et aput piratas inuenitur. Alii uiuere sine reipublicae administratione non possunt, aliis in priuato latere et extra omnem inuidiam secessisse praecipua tranquillitas est, aliis non potest persuaderi ut matrimonio obligentur, aliis ut careant; sunt qui castra timent, sunt qui cicatricibus suis gaudent. in tanta morum uarietate uidete quantulum sit quod 15
excusem: non ambitioni, non inertiae ueniam peto; misericors sum, non possum occidere hominem. Gratulare, pater, naturae meae: numquam eiusmodi filius parricidium faciet. hoc uitium a te traxisse uideor. an non putatis misericordem, qui quem damnauit puniendum fratri dedit? Centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere — dextra simul ac mens elanguit — pro bone Iuppiter, Mithridaten quam non dubium parricidam! Pompei Silonis. Gaude pater: neuter ⟨ex⟩ filiis tuis parricidium fecit. Dimisi a portu naufragum. ⟨narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimissus.⟩ Vis, pater, scire accusator nocentior sit an reus? coice in alteram nauem nouercam; illa faciat uota, precetur: si neminem

2 et plus *Schult.* || seuior O, saeuior *Burs.* || 3 in inter C || 6 mittes CTa || 7 dicere quidem Ta || 8 caput A apud B || aliis Ta || 10 litore Ta || 11 alis C || 16 hominum C || 17 paternatulae Neae C paterne cure meae T || eiusmodo A || 19 putas CTa putasne Tb, *corr.* E || 21 metridaten T mitridatem C || 22 mese languit C mente languit T, *corr. Schult.* || Plierob bone Ta || metridaten T || 23 nondum dubium A || 24 naeuter filis tuis C neuter filius tuus T, *corr.* E || demisi T || 25 o portu C in portu T, *corr. Burs.* || naufragium C || *uerba* narra . . . dimissus *hic inserui ex* E

innocentem accusauit, si priuignum immerentem non oppressit: in eos piratas incidet, qui nesciant captos dimittere.

16 Altera pars. Mvsae. Parricida meus in mari regnat. Sepvlli Bassi. Nega domi parricidam fuisse quem scis esse piratam. Gavi Sabini. Facinus indignum! damnatus parricida post poenam potuit dicere patri suo: ‘morere’.

Divisio. Latro in has quaestiones diuisit: an licuerit illi quod iubebat pater facere. Non licet, inquit, fratrem necare; nec ille damnatus erat: non || enim iudicio publico ceciderat. ignosce, si diligentior sum, cum uideam hominem tam facile damnari: timeo ne quis me parricidi postulet. facile est. si dicenda st domi causa, etiam nocens absolutionem sperare potero: in foro quid respondebo? ‘occidi fratrem’? parricidam me quidam uocant, quod non ad-
17 fui reo. Si licuit, an debuerit. Nocens est iste, sed mihi frater est. naturae iura sacra sunt, ⟨etiam apud piratas⟩. Quid de me iudicaturus es, si fecero? puto difficulter postea in me parricidium credes. Etiamsi debuit parere patri, an ignoscendum sit illi si non potuit? Fatebor, inquit, quod fortasse offensurum est aures fratrum, offensurum est patris: uolui fratrem occidere, non potui. obortae sunt subito tenebrae, diriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus. Non possum fratrem occidere.

2 incident **C** incidat **T**, *corr. Schult.* || 4 parricidam eius **C** || 5 regat **Ta** || 5 * necadum **C** negadum **Tb**, negandum **Ta** nega nunc **E** nega olim *O. Iahn* n. eum *Haase* || 6 scisses se **C** || paratam **A** || Caui **O** || facimus **A** || 8 non moriere *Schult.* || 9 inbas **Ta** || 10 licuit **O** || 11 * necare ille damnatus **T** ne damnatus ille damnatus **C**, ne damnatum ⟨quidem occidere. Nec⟩ ille damnatus *Burs.* || 12 indiligentior *Schult.* || 15 sit **O**, st *Madvig* || 17 quidem **T** || 18 licuitam **C** || 19 natura **C** || iure **B** || *uerba* etiam a. piratas *add.* **E** || 20 demet **C** || ē **C** || 21 puto] potero **A** || posteam me **A** || crudes **C** || 22 igniscendum **A** || 24 * est aures fratrem offensurum est patrii [patriparere **T**] nolui **AT** est patru nolui **B** || 26 interquepto **C**

pone hoc loco piratam: non poterit. quidam occidere hominem tantum non possunt; quorundam aduersus hostes deficit manus. Fratris quoque beneficium non est tam magnum, pater, quam putas: non ille te noluit occidere, sed ⟨non⟩ potuit. Nouissimas illas partes fecit: quamuis non occiderit, si tamen puniit damnatum, an abdicari non debeat. Dicit enim pater: si non poteras, negasses et misisses ad me, non posse te. Hoc loco dixit Latro 18 rem ualde laudatam: 'dixisses', inquit, 'te non posse'. ita tu nesciebas? putasti me posse occidere? quid ergo? sic loquebaris tam⟨quam⟩ unum parricidi condemnasses. Deinde an punierit fratrem. Hic descriptio supplicii, quod dixit grauius etiam culleo fuisse, et adiecit hodie⟨que⟩ illum poenas dare inter barbaros inclusum, per quos necessest illi patria, populo, lare carere; sed ne per ‖ illos quidem necessest parricidium facere. Hac diuisione usi sunt quibus placuit damnati causam non defendere et tantum suam agere; alia usi sunt quibus placuit et illius causam defendere, inter quos et Geminvs Varivs fuit, qui aiebat adulescentem optimam causam habere si non occidit fratrem etiam nocentem, meliorem tamen si non occidit innocentem; patitur 19 autem materia. fecit ergo has quaestiones Geminus et quibus idem placuit: an abdicari non debeat

1 poeno **A** ‖ quidem **T** ‖ 2 homine **A**, hominem ⟨inermem⟩ *Burs.* h. damnatum non *Schult.* ‖ tamen **Ta** ‖ possum **Tb** ‖ 3 dificit **B** ‖ ueneficium **BT** ‖ 5 non *om.* **C** ‖ 7 punit damnatu **C** potuit damnatum **T**, *corr. Burs.* ‖ abdioari **B** ‖ 8 ut misisses **A** ‖ 10 dixisse **C** ‖ 12 tam **CTa** ‖ 13 puniri **A** ‖ 14 grauios **C** ‖ 15 hoc die **O**, *corr. Gron.* ‖ 16 barbaras **Ba** ‖ inclusus **CTa** ‖ necesse est **B** ‖ illis **O** ‖ patri [patre **BT**] populari **O**, *corr. N. Madvig* ‖ 17 capereseone **A** copereseone **B** capere eo ne **Ta**, *corr. N. Madvig*, *Nunnesius* ‖ 18 necesse est **T** ‖ uisi **B** ‖ 19 *uerba* damnati . . . placuit (*u.* 20) *om.* **T** ‖ 20 uisi **B** ‖ placuit damnati causam non defendere et **Ba** ‖ 22 uarus **T** ‖ adiebat **C** ‖ 23 innocentem **B** ‖ 23. 24 *uerba* nocentem . . . occidit *om.* **A** ‖ 24. 25 partitur a. materiam *Haase* ‖ materiam **T** ‖ 25 erga **O**, *corr. Haase*, *Burs.*

etiamsi nocentem fratrem non occidit. hic dixit: non licuit, non debui, non potui. An <si> innocentem non occiderit. bellam rem hoc loco Geminus dixit, cum coepisset per omnis numeros fratrem tamquam reum defendere: dicet, inquit, aliquis: 'tam sero defendis'? non potui citius: hodie primum res in forum delata est. Nouissime: an etiam nocentem satis punierit.

20 De colore inter maximos et oratores et declamatores disputatum est utrumne aliquid deberet dici in nouercam an nihil. PASSIENVS et ALBVCIVS et praeter oratores magna nouorum rhetorum manus in hanc partem transierunt; fuerunt et qui in nouercam inueherentur; fuerunt et illi qui non quidem palam dicerent, sed per suspiciones et figuras, quam rem non probabat Passienus et aiebat minus uerecundum esse aut tolerabile infamare nouercam quam accusare. Quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire. LATRO illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem usus est: non potui occidere. et cum descripsisset ingenti spiritu titubantem et inter cogitationem fratris occidendi concidentem, dixit: nouerca, aliut quaere in priuignum tuum
21 crimen; hic parricidium non potest facere. CESTIVS colore alio usus est. ‖ Transiebamus, inquit, secundum matris sepulcrum. inuocare coepit manes eius. motus sum. et puerili sensu colorem transcucurrit: quid facerem? inquit: occidere pater iubebat, mater

1 dicit **O** ‖ 2 * si *add. ego, N. Madvig* ‖ 4 coepissent **C** ‖ 5 defendit **O** ‖ 9 colere **B** ‖ 10 aliquis **C** ‖ 11 Pd. Senus **O**, *corr. N. Faber* ‖ 12 bonorum **OE**, *corr. Gron.* ‖ rectorum **T** ‖ 13 * transifuerant **C** transiuerant **T**, transiit ut **E**, *corr. ego, N. Madvig* ‖ 14 ueherentur **T** ‖ 18 quidem **C** ‖ 20 colore **A** ‖ 22 totum **C** ‖ potuit **O** ‖ 24 interrogationem **C**, *corr. Haase, N. Madvig* ‖ 25 nouercali ut **C** ‖ 28 man' **A** ‖ 29 pari sensu *N. Faber* ‖ sensum **CTa** ‖ 30 quod **Ta** ‖ iubeat **A**

uetabat. et cum colore dixit: haec mecum cogitaui: non est imperatum ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari; eligere supplici genus liberum est. FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus est: temptari me putaui a patre; uno, inquam, supplicio alterum filium punire, alterum experiri uolt. ALBVCIVS in argumentis plura posuit et omnes fere colores contrectauit. In narratione hoc colore usus est et dixit: hoc unum mihi praesta beneficium: sine me ⟨non⟩ tamquam parricidam mori. ARGENTARIVS 22 non tamquam frater esset huius consili inuentor, dixit: cogitaui quid facerem; tandem inueni quomodo parricidium uindicarem sine parricidio. PASSIENVS hoc colore usus est: non putaui patrem uelle utique occidi filium. uidebatur mihi omnia misericordiae praeparasse: quod domi cognouerat, quod inter suos. fratri, inquam, tradidit: age si parcere uoluisset, cui tradidisset? POLLIO ASINIVS dixit in nouercam; itaque illo colore usus est: cogitaui mecum quid liceret, quid oporteret. Si tantum, inquam, nefas commissum est, nullae meae partes sunt ad expiandum saeculum; triumuiris opus est, comitio, carnifice. tanti sceleris non magis priuatum potest esse supplicium quam iudicium. MARCELLVS dixit: ita si iste parricidium fecit, ideo et ego faciam? et illam quam supra sententiam retuli: habes, inquam, frater. VARIVS GEMINVS et ipse 23 dixit: nolui occidere. egregie, inquam, nouerca inter priuignos diuisit odium; aliter alium adgressa

1 et colorem dixit [dixi **Ta**] **Tb** ‖ 3 aelicere **B** ‖ supplicio **CTa** ‖ 5 me uetaui **Tb** ‖ 5. 6 *bis* alteram **C** ‖ 8 cotractauit **C** ‖ 8. 9 est: ⟨frater⟩ dixit *Burs.; lacunam post* dixit *statuit W. Müller* ‖ 9 praesta mihi **T** ‖ 10 non *add. N. Faber* ‖ 11 fratre se **C** frater se **T**, *corr. N. Faber;* frater, set tamquam ipse esset *Burs.* ‖ 15 utiquo **C** ‖ occidit **C** occidere **T** ‖ 17 patri **C** ‖ 18 cum **Ta** ‖ 19 nouerca **C** ‖ atque *Schult.* ‖ ille **C** ‖ 22 exp. scelus *uolgo* ‖ 23 committio **O** ‖ Tantis **C** ‖ 26 sententiae **C** ‖ 28. 29 inter uignos **C** ‖ 29 alteri **T** ‖ 29 adgresses stalteri **C**

est: alteri parricidium obicit, alteri mandat. Et hac illum figura defendit in narratione: interrogaui fratrem: aput quem praetorem causam dixisti? 'apud nullum', inquit. ‖ quis accusator fuit? 'nemo'. quis testis? immo qui testes? uni enim etiam de minore scelere non creditur. 'nemo', inquit. quis de te pronuntiauit? 'nemo. Quid porro'? inquit, 'ego si reus fuissem, ad te non misissem'? SEPVLLIVS BASSVS hoc colore usus est: non habui parricidae instrumenta, non culleum, non serpentes: parricidam

24 tamen in maria proieci. HISPANVS duro colore usus est: hoc, inquit, supplicium tamquam grauius elegi. Quid? iste, inquam, insuetur et statim omnem sensum supplici effugiet? immo sollicitus pendeat et, quod ne insuti quidem parricidae patiuntur, ipse poenam suam spectet; nihil speret, timeat omnia. peius debet quam ceteri parricidae mori: a patre damnatus est. et hoc colore per totam declamationem usus est, ut diceret hoc se tamquam grauius elegisse. Displicebat color hic prudentibus. quam enim spem habet absolutionis, si nec paruit nec pepercit? HATERIVS hoc colore usus est: diu mecum disputaui. parricida est quem non testis protrahit, non iudex coarguit? quid ergo? innocens quem condemnat pater? inuenioque poenam simillimam reo, mersam non tamen ex toto perditam ratem, quae uel punire fratrem posset uel

25 absoluere. TRIARIVS et ipse quasi sententiam de fratre ferri uoluisset egit et dixit: tandem ad caelum manibus leuatis, 'quidquid est', inquam, 'quod terris imperat, quod regnat profundo, quidquid est

1 obiecit **A** ‖ 3 p̄ceptorem **A** ‖ 4 Quid **C** ‖ 7 ergo **C** ‖ 11 Hispo Romanius *R. Wachsmuth* ‖ 13 statum **B** ‖ 16 ponam **B** ‖ sperat **C** ‖ 18 tote **C** ‖ 20 displiceat **CTa**, *corr.* **TbE** ‖ locor **C** ‖ 24 probauit **T** ‖ idex **C**, index **T** *Burs.* ‖ quo arguit **B** ‖ 25 inuenio quae **B**, inuenio denique *Haase* ‖ 26 *uerba* non . . . quae (*u.* 27) *om.* **A** ‖ tota **B** ‖ 27 posset *om.* **Ta** ‖ 28 quaesis **C** ‖ 29 ferre noluisset *Haase*.

quod ex sublimi res spectat humanas, inuoco: damnatus alto committitur; di, iudicate post patrem'! Haec sententia dicebatur ex Graeco translata, sed Graeca corruptior est: *Πόσειδον, ἀμετρήτων δέσποτα βυθῶν, τὴν ἐνάλιον κληρωσάμενε βασιλείαν, ἀνάγεται πατροκτόνος· μετὰ πατέρα δίκασον.* A parte patris, quod ab archipirata dimissus est, sic CESTIVS: poenam, inquit, putauit mihi hanc ‖ esse morte grauiorem. Et sic posuit in narratione: rogabam ut occideret; non impetraui. VARIVS GE- 26
MINVS ait: in hoc me dimisit, non quia me uolebat saluum esse, sed ad patrocinium suum, ut quia non nunc occiderat, uideretur nec ante uoluisse. LATRO dixit: quis porro me uno miserior est qui uitam parricidae debeo? DIOCLES CARYSTIVS elegantem sensum in prooemio posuit pro adulescente, cum diceret causas se abdicationis non inuenire, luxuriae se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obici, etiam contrario se nomine laborare: fortasse, inquit, queritur, quod captum non redemerim. adiecit: *οὐκ ἐχρῆν λύτρων· παῖς ἦν.* et cum tractaret in ultima parte debere patrem etiam uitia liberorum ferre, utique in unico, adiecit: *πεπείρασαι, πάτερ, ὅτι καὶ πονηρὸς ἐνίοτε υἱός ἐστιν εὔχρηστος.* ARTEMO in descriptione tempestatis laudatus est et belle accessit ad eam: *τὴν τοῦ εὐπλοήσαντος*

1 respectat O ‖ humanitas C ‖ 3 haec] ex O ‖ sententię A ‖ 4 *sq.* ΕϹΠΟΤΑ ΒΥΤѠΝ ΤΝΝ ΑΝΑΒΙΟΝ ΚΑΝΡ [—Π TV] ѠϹΑΜΕΝΕ ΒΑϹΙΤΙΕΙΑΝ ΑΝΑΤΕΤΑΙ O, *ἐνάλιον* (*ἀνέμων Schult.*) *Gron.*, *κληρωσάμενε O. Iahn* ‖ ΙΤΑΙΒΟΚΤΟΝΟϹ A ΤΡΟΚΤΟΝΟϹ TV ‖ ΜΕΤΑ *bis scr.* V, *ter* T ‖ ΑΙΚΑϹΟΝ O ‖ 7 archipirate T ‖ 9 rogabamus O ‖ 10 ut *om.* C ‖ occiderer CTa ‖ 11 me quia O, *corr. W. Müller* ‖ 12 ad *om.* B ‖ non tunc Tb, nunc non *W. Müller* ‖ 16 sensu C ‖ p̄mio ATa proemio BV ‖ 17 diceres C ‖ sue Tb ‖ luxuria ēē AVa luxoria ee B ‖ 18 siui B snū A ‖ 19 contrarios se minime O, *corr. N. Madvig* ‖ labore A ‖ 20 redemerit O, *corr. Burs.* ‖ 21 ΟΥΚ ΕϹΙΧΕΚΑΤΡΟΝ ΠΕΑΙϹΕΝ [ΤΙΑΙϹΕΝ A] O, *corr. O. Iahn* ‖ 23 ΠΕΠ[ΠΕΒ A]ΕΙΡΑϹΑϹ O ‖ 24 ΚΑΙ ΝΟΝΝΡΟϹ ΝΟΠΕΧ [ΝΠΕΧ A ΝΕΧ V] ΥΙΟϹ ΕϹΤΙΝ ΕΥΧΡΒΙΟϹ [ΗΙΟΒ A ΗLΟϹ V] O, *corr. Burs.* ‖ 26 ΙΗΝΤΟΥ ΕΥΠΑΟΒϹΑΝΤΟϹ ΑΝΑΤΟΙΝ [ΤΟΤΝ AV] O, *corr. Burs.*

*ἀναγωγὴν ἄκουσον.* et cum de ipso nauigio diceret, pulchre coepit: *σκάφος ἔρημον ἀνόστου τύχης.* et ultimam descriptionis sententiam proposuit: *ναυαγὸς ἀπὸ λιμένων ἀνῆγεν.* et ad partem narrationis eleganter transiit: *διήγησαι νῦν, πάτερ, πῶς ⟨σ'⟩ ἀπέλυσεν ⟨ὁ⟩οὕτως ἀπολυθείς.* GLYCON dixit: *ἰδέα κριτοῦ ἑνὸς οὐκ ἀρκεῖ* KATA MKNEΠ////ΠNAY 1[I AV] KNMЄ *ναῦν ἐςτεθεὶς εὑρίσκει τὸ μηδὲν ἀδικεῖν τύχη.*

27 Soleo dicere uobis CESTIVM Latinorum uerborum inopia hominem Graecum laborasse, sensibus abundasse: itaque quotiens laetius aliquid describere ausus est, totiens substitit, utique cum se ad imitationem magni alicuius ingeni direxerat, sicut in hac controuersia fecit. nam in narratione, ‖ cum fratrem traditum sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione una et infelici: nox erat concubia et omnia, iudices, canentia ⟨sub⟩ sideribus muta erant. MONTANVS IVLIVS qui comes . . . fuit egregius poeta, aiebat illum imitari uoluisse VERGILI descriptionem:

[Aen. VIII, 26 sq.] Nox erat et terras animalia fessa per omnis
Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.

At Vergilio imitationem bene cessisse, qui illos optimos uersus VARRONIS expressisset in melius:

2 pulche **C** ‖ ϲκαφαϲρєρνμον **O**, *σκάφος γ' ἔρημον* ? ‖ τυχνϲ **O** ‖ 3 descriptioni **O** ‖ ναυατοϲ αποαιμενωn αννχον **O**, *ἀνῆγεν Burs.* ‖ 4 patrem **C Ta** ‖ 5 αινγνϲαι **O**, *corr.* **Tmg** *D. Volkmann* ‖ απεαυϲεν οτωϲ αποαυοειϲ **O**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 6.7 ιαєακριτοκєνοϲ ουϲαρκєι **C**, *corr. Burs. qui reliqua sic constituit: καταγνῶναι· νεναυαγηκυῖαν ἐς ναῦν ἐςτεθεὶς* ‖ 8 ναυαι єϲτєαєι **O**, *corr. Burs.* ‖ 9 το μναєναaικєιντυχηη **O**, *corr. Haase* ‖ 10 gestū **C Ta** ‖ 11. 12 sensibus laborasse **T** ‖ 12 la&ib; **O** ‖ 13 subsistit **A** substulit **Ta** ‖ 14 derexerat **C** ‖ 16 describeret ausus **A** describeretur **B** ‖ 17 non erat **C** ‖ concubi **C Ta** ‖ 18 iud cauentia **O** ‖ sub *add. Schult.* ‖ mutauerant **C Ta** ‖ 19 * comes fuit qui comes egregius **O** ‖ 20 aieba **A** ‖ p uirgili **Ta** ‖ descriptione **C** ‖ 22 festa **C** ‖ 23 soror **C** ‖ 24 uirgilii **T** ‖ 25 Varonis **BT** uarionis **A** ‖ expressos **T**

Desierant latrare canes urbesque silebant;
Omnia noctis erant placida composta quiete.

Solebat OVIDIVS de his uersibus dicere, ⟨fieri⟩ potuisse longe meliores, si secundi uersus ultima pars abscideretur et sic desineret:

Omnia noctis erant.

Varro quem uoluit sensum optime explicuit, Ouidius in illius uersu suum sensum inuenit: aliut enim intercisus uersus significaturus est, aliut totus significat.

## ⟨CONTROVERSIA XVII.⟩

De moribus sit actio. Popillium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popillius et caput eius ad Antonium retulit. accusatur de moribus.

BASSI SEPVLLI. Si accusasset Cicero Popillium, uiueret. Occidit Ciceronem Popillius: puto iam creditis occisum ab isto patrem. Vt uno ictu pereat tantum dabo: pro Cicerone sic liceat pacisci? GAVI SABINI. Quod unum potuimus effecimus, ut ueniret tempus quo Popillius Ciceronem desideraret. 'Popilli, potes', inquit, 'Ciceronem occidere; potes uel patrem'. PORCI LATRONIS. Prorsus occisurus Ciceronem debebat incipere a patre. 'Antonius, inquit, me iussit'. Non pudet te, Popilli? imperator te tuus 1

expressus **C** ‖ 1 Desiderant **C** ‖ 2 nostis **A** ‖ 3 fieri *om.* **CTa** ‖ 5 si desideret **C** ‖ 8 uersns **C** ‖ 9 intercissus ÷ uersus **C** ‖ tocins **Ta** ‖ 12 sic **C** ‖ pollium **C** pupilium **T** ‖ 14 populliius ÷ caput **C** ‖ 17 pupullium **A** pupillium **BT** ‖ 18 popilius **B** *om.* **Ta**; *uerba* popillius . . . occisum *om.* **A** ‖ 19 ab sto **C** ‖ pereat *om.* **Ta** ‖ 20 pro Cicerem **C** ‖ si **T** ‖ Gabi **O** ‖ 21 efficimus **O** ‖ 22 popilius **O** ‖ ciceron&o **A** ‖ 23 potest **C** ‖ pro te **CT**, potes *Gron.* ‖ 24 Latrones **B** ‖ occisurū **C** ‖ 26 populi **C**

credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum, effecit ut minimum in illo esset crimen quod Ciceronem occidit. Facinus indignum! felicissime licet cedat actio, id solum proficiemus, ut qui Ciceronem occidit tantum erubescat. Pro di boni!
2 occisum Ciceronem malo⟨s mores uoco⟩. Albvci Sili. Caedit ceruices tanti uiri et umero tenus recisum amputat caput. I nunc et nega te parricidam. hoc unum tamen feliciter fecisti, quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. Facilius pro parricida iudices mouit quam pro se clientem. Ad uos hoc, patroni, exemplum pertinet: nullos magis odit Popillius quam quibus plurimum debet. Vbicunque estis, iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid poenitet absoluisse? Argentari. Impius est, ingratus est; audeo dicere, parricida ⟨est⟩: sensit qui defenderat. Respice fo||rum: hic sub Cicerone sedisti; respice rostra: hic supra Ciceronem stetisti. Quantum eloquentia tua, Cicero, potuit! Popillius de moribus reus est. Abscidit ceruices loquentis: haec est absoluti clientis post longum tempus salutatio. Parce iam, quaeso, Popilli: nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandauit ⟨Antonius⟩. Duo fecit parricidia quorum alterum audistis, alterum
3 uidistis. Cesti Pii. Si dixero: adulescentia turpis est, infamis pueritia, respondebit: iam ista Cicero defendit. Non pudet, Popilli? accusator tuus uiuit. 'Quid tam commune quam spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis'? [Cic. pro Rosc. Am. 26, 72.]

2 efficit **CTa** || 4 cadat **A** || 5 ut quid **C** || 6 malo more [morte **T**] ten' recisŭ. Albuci **O**, malos mores uoco **E** || Silii **C** || 7 cede **T** || ut ŭero **A** ut ŭmero **B** || 8 amputa **O**, *corr. Burs.* || i *om.* **T** || 9 quo **C** || occidit **CTa** || 10 * iudicem **OE** || 11 pro clientẽ **A** uel se clientem **T** || 12 spectat exemplum **E** || 14 equid **CTa** || 15 absoluere **A** || 16 est *add. N. Faber* || 19 eloquia **T** || 23 Antonius *om.* **AT**, *trium litterarum spatio uacuo relicto* **B**, *add.* **E** || 26 pueritia turpsesti [turpis est **T**] **O** || 28 Qui **B** || 29 latus **A** || iectus **C**

Parricida, sic etiam tu perisses. FVLVI SPARSI. Non credidisset Popillium fecisse Antonius, nisi in mentem illi uenisset illum et parricidium fecisse. Facinus indignum! a me defenditur Cicero, cum Popillium Cicero defenderit. MENTONIS. Non magis quisquam alius occidere Ciceronem potuit praeter Popillium, ⟨quam nemo Popillium⟩ praeter Ciceronem defendere. parricidam quem uiuos negarat Cicero occisus ostendit. Fortunam Ciceronis! Antonius illum proscripsit qui accusatus est, Popillius occidit qui defensus est. Si damnatus esses, carnifex te culleo tum insuisset. Video quid respondeat: non credet Antonius occisum Ciceronem a Popillio, nisi ei signum attulerit. TRIARII. Praesta Ciceroni 4
quod propinqui Catilinae, quod amici Verris, quod ⟨clientes Clodii⟩ praestiterunt: proscriptum transi. Ne a mortuo quidem manus abstinet, lacerat occisum. Popilli, hoc parricidium tertium tuum est. POMPEI SILONIS. Numquid magis exonerare te possum? praesta Ciceroni quod Antonius. CORNELI HISPANI. Dic: Antoni, ego istud scelus facere possum: et patrem occidi. Securi erant amici Ciceronis postquam ad illum Popillius missus est. ARELLI FVSCI patris. Potuisti Ciceronem ‖ occidere? at quam nobis bene persuaserat Cicero parricidium te facere non posse! Occidisti tu Ciceronem loquentem: numquid, inquit, est aliquis ex tuis uerendus iudex? an nemo Ciceroni timendus est qui cum

1 haec etiam tu perdidisses *Gron.* his etiam tu caruisses *N. Faber* ‖ 2 eului C tuluis Ta ‖ 2 fecisse O facturum E ‖ 3 uenisse C ‖ 4 Facimus C ‖ pupillium C ‖ 6 occidero C ‖ 7 *uerba* quam nemo Popillium *om.* C ‖ 8 quam CTa ‖ negaret C negari Ta negarit Tb ‖ 12 * teotum C totum T ‖ insuisse C ‖ *uerba* Video . . . attulerit *fort. u.* 18 *inserenda* ‖ 13 credat CTa ‖ 14 Triatri C ‖ 15 quid propinqui C ‖ 15. 16 Verris qđ prestiterunt C Verri[s] prestiterunt T, *quae suppleui conl.* 321, 3. ‖ 19 exonorare A ‖ 25 paene ? ‖ 27 et aliquis O, *corr. Burs.* ‖ uerandus C uen'at T, *corr. Burs.*

5 Popillio uenit? Q. Hateri. Qui modo Italiae umeris
relatus est nunc sic a Popillio refertur? proposito
in rostris capite Ciceronis, quamuis omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi liber fuit. Ivli
Bassi. ‘Proscriptus, inquit, erat Cicero’. pater certe
tuus proscriptus non fuit. Blandi. Di manes Popilli senis et inultae ⟨te⟩ patris, Cicero, persecuntur animae, ut quem negasti parricidam sentias.
Capitonis. Deduxi ad uos reum omnium quos terra
sustinet nocentissimum, ingratum, inpium, percussorem, bis parricidam; nec tamen timeo; patroni
uiderint: nemo a Popillio nisi post beneficium occiditur. Ne damnationem quidem istius despero; non
enim a Cicerone defenditur. Timeo ne causae non
satisfaciam. maior causa est occisum a Popillio Ciceronem queri quam fuit aliquando probare non
6 occisum patrem. Ciceronem quisquam potuit occidere qui audiit? Minturnensis palus exulem Marium
non hausit; Cimber etiam in capto uidit imperantem; praetor iter a conspectu exulis flexit; qui in
crepidine uiderat Marium in sella figurauit. Non
possumus de Popillio queri: eodem loco patronum
habuit quo patrem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor Hortensi se clientem libenter professus
est; ⟨et⟩ Hortensius bona Pompei, non Pompeium
defenderat. Romulus, horum moenium conditor et
sacratus caelo parens, non tantam urbem fecit quan-
7 tam Cicero seruauit. Metellus Vestae extinxit incendium, Cicero Romae. glorietur deuicto Annibale

1 pollio **B** || modo in italiā **T** || 2 pollio **C** || 4 popilli **CTa** || 6 mane **C** || 7 seni senis **O** || te *om.* **CTa**, inultae patris umbrae te Cicero **E**, Cicero te **Tb**, *corr. H. Müller* || 9 reum hominem omnium **Ba** || 10 necentissimum **A** || 12 ne a **T** || pollio **C** || 13 nec **T** || damnatione **C** || 16 quem fuit **C** || 17 Cicerone **B** || 18 menturnensis [m̄turnensis **B**] paulus **C** || 19 ausit **C** || capite **A** capte **B** carc'e **T**, *corr.* **E** || 21 Marium uiderat **T** || scella **C** || 23 que **C** || patromon **C** patrem **T**, patrem. Cn. *Konitzer* || 24 rofessus [confessus **T**] est Hortensius **O**, *corr.* **E** || 27 quañtā **A** quā **Ta** || 28 uestē **CTa** || 29 reuocato **O**, *corr. Burs.* ||

Scipio, Pyrrho Fabri‖cius, Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Spartaco Crassus, Sertorio et Mithridate Pompeius: nemo hostis Catilina propius accessit. Fertur adprensum coma caput et defluente sanguine hunc ipsum inquinat locum in quo pro Popillio dixerat. Bvteonis. Quantae fuit eloquentiae! probauit ab eo non occisum patrem a quo occidi poterat etiam Cicero. Marvlli. Si inimicus essem patronis, optarem ut reus absolueretur. Turpe iudico in ea ciuitate Ciceronem non defendi in qua defendi potuit etiam Popillius.

Popillium pauci ex historicis tradiderunt inter- 8
fectorem Ciceronis et hi quoque <non> parricidi reum a Cicerone defensum, sed in priuato iudicio: declamatoribus placuit parricidi reum fuisse. Sic autem eum accusant tamquam defendi non possit, cum adeo possit absolui, ut ne accusari quidem potuerit. Latroni non placebat illum sic accusari quomodo quidam accusauerunt: obicio tibi, quod occidisti hominem, quod ciuem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronem, quod patronum tuum. hac enim ratione non adgrauari indignationem, sed fatigari. statim illo ueniendum est ad quod properat auditor; nam in reliquis adeo bonam causam habet Popillius, ut detracto eo quod patronum occidit, nihil negoti habiturus sit; patrocinium eius est ciuilis belli necessitas. itaque nolo per illos reum gradus ducere quos potest totiens euadere.

antoni uale **A** ‖ 1 pyrroho **B** ‖ 2 metridate **T** ‖ 3 catina **C** ‖ 4 * fert **O** ‖ adpressit **A** adpraessum **BT**, *corr. Schult.* ‖ cōto **T** ‖ defluentem **CTa** ‖ sanguinem **C** ‖ 5 locus **C** ‖ pro pillio **A** ‖ 6 quanta **A** ‖ 7 probabit **C** ‖ a patrem a **C** ‖ aliquo **Ta** ‖ 8 marylli **O** ‖ 9 esse **C** ‖ 10 indicio **C** iudiciū **T**, *corr. Burs.* ‖ 11 popilius **C** ‖ 13 sed ii **T** sedi **C**, *corr.* **E** ‖ non *add.* **E** ‖ 14 Ciceronem **C** ‖ 16 autem dum **CTa** ‖ posset **T** ‖ 18 sic n̄ accusari quodmodo **C** ‖ 20 accidisti **C** ‖ 22 haec **C** ‖ rationem **C** ‖ 26 sit] et **C** sit et **T** ‖ 28 per quos *Schult.* ‖ * totius **C** tutius **T**, tutus *Haase, W. Müller, N. Madvig*

licuit enim ⟨in⟩ bello et ciuem et senatorem et consularem occidere, ne in hoc quidem crimen est quod Ciceronem, sed quod patronum. Naturale est autem, ut quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius
9 sit factum in Cicerone patrono. LATRO accusauit illum de moribus: primum quod sic uixisset, ut causam parricidi diceret; deinde quod patronum suum occidisset. et fecit ‖ has quaestiones: an non possit eo nomine accusari ⟨quo⟩ absolutus est. Si ‘quis, inquit, uolet hodie parricidi me postulare, non poterit. quomodo quod crimen obici non potest, puniri potest’? An in bello ciuili acta obici non possint. Honeste dixit cum hunc locum tractaret VARIVS GEMINVS: si illa, inquit, tempora in crimen uocas, dicis non de hominis, sed de reipublicae moribus. Si potest quod ciuili bello actum est obici, an hoc obici debeat. Hanc quaestionem in illa diuisit: an etiamsi necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. ad quaedam enim nulla nos debet necessitas conpellere. Hoc loco LATRO dixit summis clamoribus: ita tu, Popilli, si Antonius iussisset, ⟨et⟩ patrem tuum occideres? Deinde an non fuerit illi necesse. Potuisti excusare te, potuisti praemittere aliquem ad Ciceronem, ut sciret et fugeret; necesse certe non fuit manum caputque praecidere mortuo.

10 Colorem pro Popillio LATRO simplicem habuit:

1 in *om.* ĩm **Ta** in illo **Tb**, *corr. Haase* ‖ bello, licuit et ciuem *W. Müller* ‖ cũciuem **C** ‖ 2 nec in hoc crimen **T** ‖ 5 Ciceronem **O**, *corr. Burs.* ‖ patronum **T** ‖ 7 discerneret **Ta** ‖ 8 non *om.* **T** ‖ posset **O**, *corr. Burs.* ‖ 9 ñmine **C** ‖ accusari **B** quo *om.* **O** ‖ 10 hodie uolet **T** ‖ mei **CTa** ‖ 12 an m̃ bello **A** non *del. N. Faber* ‖ 14 inquit illa **B**, *sed* illa *del. m. pr.* ‖ 15 sede reip **B** ‖ 16 bellũ **A** ‖ ēē obiciunt hoc **Aa** esse obiciant hoc **AbBT** ‖ 17 debeant **O** ‖ 18 necesse fuit **A** ‖ 19 nulla ñ debet **C** nulla debet **T**, *corr. Burs.* ‖ 20 hoc[lo] **A** ‖ 22 et *add.* **E** ‖ occidere **C** occidisses **E** ‖ 24 fugere **C** ‖ 27 pro pillio **C**

necessitate coactum fecisse; et hoc loco illam sententiam dixit: miraris si eo tempore necesse fuit Popillio occidere quo Ciceroni mori? ALBVCIVS dixit in poenam Ciceronis electum amicissimum Ciceroni, quasi exprobraturus per hoc illi fortunam esset. molestius, inquit, feret se a Popillio occidi quam occidi. MARCELLVS AESERNINVS eundem colorem aliter induxit. Cogitabat, inquit, secum Antonius: quod Ciceroni excogitabo supplicium? occidi iussero? olim iam aduersus hunc metum emuniuit animum; scit 'mortem nec inmaturum esse consulari nec miseram sapienti': [Cic. in Cat. IIII, 2, 3.] fiat aliquit noui quod non exspectat, quod non timet; non indignatur ceruicem hosti porrigere, indignabitur clienti. Popillium aliquis uocet, ut sciat quantum illi defensi rei profuerint. SILO POMPEIVS hoc colore usus est: 11
offendebar, inquit, proscriptione et quaedam liberius loquebar. 'Non miror; Ciceronis cliens || es: tanto magis occide Ciceronem tuum'. Et dixit non suae infirmitatis sententiam: uterque, inquit, sed diuerso genere punitus est: Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere. MARVLLVS, praeceptor noster, sic narrauit: iussit, inquit, imperator, iussit uictor, iussit qui proscribebat: ego illi negare quicquam possem cui nihil poterat negare respublica? BLANDVS hoc colore: uolui, inquit, me excusare; dixi: 'Cicero me defendit'; respondit: 'scio; me accusauit. i ergo, ut sciat plus sibi Antoni accusationem nocuisse quam Popilli defensionem profuisse'. BVTEO hoc colore: 12
'uocetur, inquit [ille], Ciceronianus ille cliens, amicus; excogitaui quomodo Cicero sua periret manu'.

4 in ponam **C** || 4.5 ciceronis **T** || 5 peri hoc illius **Ta** || 15 reip. **Ta** || 18 est **O**, *corr. Burs.* || tantum **T** || 21 punitus est *om.* **T** || 22 Marryllus **B** marillus **AT** || 24 posse **C** || 25 reip **C** || 25. 26 • hoc inquit loco uolui [uoluit **Ta**] me **O** || 26 dix̄ Ciceronē [Ciceroni **B**] **C** || 27 sed me *N. Faber* || 29 Butteo **C** || 30 uocet **C** || ille *delui.*

Cestivs hoc colore: durissima, inquit, mihi militia in Antonio castris fuit ob hoc ipsum quod Ciceronis eram cliens; difficillimae mihi expeditiones mandabantur. tunc quoque uocatus sum quasi ad poenam: 'i, inquit, occide Ciceronem; nec credam, inquit, nisi attuleris caput'; magisque admiratus est potentiam suam quod Ciceronem Popillio non licebat ⟨non⟩ occidere. Fvscvs Arellivs hoc colore usus est: Antoni se partem secutum, ut, si quid posset, Ciceroni prodesset; facta proscriptione ad genua se Antoni procidisse, deprecatum esse pro Cicerone; offensum Antonium dixisse: 'eo magis occide quem mori non uis'. Hic color displicebat Passieno quia ad testem ducit; nam si hoc fecit Popillius, non tantum quod defendat non habet, sed
13 habet quod glorietur. Hispo Romanivs uehementi colore usus est et duro: patronum enim dedit Popillio et dixit aliter se causam acturum Popilli, aliter Antoni; pro Popillio dicturum: occidere nolui, coactus sum; pro Antonio dicturum: occidi Ciceronem oportuit. et dixit locum, aliter non potuisse pacari rempublicam, quam si ille turbator oti e republica sublatus esset. Solus ex declamatoribus in Ciceronem inuectus est. Quid ille, inquit, cum Antonium hostem iudicaret ⟨et⟩ omnis Antoni milites, non intellegebat se et Popillium proscripsisse? Hic color prima specie asperior est, sed ab illo egregie

1 mihi inquid mil. **T** ‖ 3 dificilime **C** ‖ dabantur **O**, *corr. Gron.* ‖ 8 non *om.* **O**, quod Ciceronem Popillio non ⟨licebat seruare quam quod sibi Ciceronem⟩ licebat occidere *coni. Burs.* ‖ 9 partes **Tb** ‖ 10 pde ēē factā proscriptionem **C** ‖ 11 prodididisse **B** prodidisse **ATa** ‖ depracatum **B** ‖ se pro Ciceronem **O**, esse *Burs.* ‖ 12 magis dixisse occide **O**, dixisse *del.* **m.2** *in* **AT** ‖ 13 quā **A** ‖ nouis **A** ‖ 14 restim *Schott, N. Madvig;* quia testem adducit *A. Augustinus* ‖ 15 defensdat **A** ‖ non *delet N. Faber* ‖ 17 est duro **T**, nec duro *Schult.* ‖ dedit Antonio *N. Madvig* ‖ 18 pro pillio **C** ‖ 19 occidi **C** ‖ 22 rep **C** ‖ turbat̄ oti **A** ‖ 25 indicaret **A** ‖ et *om.* **CTa** ‖ Antonis **C** ‖ 26 intellebat **C** ‖ proscripsisses **A** proscripsises **B**

tractatus est. VARIVS GEMINVS dixit: cum imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis P. Clodi cliens mitteretur, qui contumeliis adficeret antequam occideret, qui uiuum laniaret. ARGEN- 14
TARIVS dixit: uocatus ueni; post proscriptionem Antonius terribilior erat factus etiam suis. iussus sum Ciceronem occidere. quid facerem? non parere uno modo poteram, si me occidissem: hoc nec Cicero poterat. A parte accusatoris illo loco, quo Popillius uenit, nemo non aliquid uoluit noui dicere. LATRO ait: praecluserat fores; nemo ad proscriptum recipiebatur; Popillius ut uenit admissus est. CESTIVS dixit: ut renuntiatum est Ciceroni, ait: Popillio semper uaco. HISPANVS CORNELIVS fecit etiam querentem Ciceronem: Popilli, tam sero? ALBVCIVS ait: quid est, Popilli? ecquid tuto lateo? numquid mutandus est locus? Inepte † Sabidiebius PAVLVS qui induxit Ciceronem cum maxime ⟨pro⟩ Popillio orationem legentem. Et MVRREDIVS non est passus hanc controuersiam transire sine aliqua stuporis sui nota. descripsit enim ferentem caput et manum Ciceronis Popillium et Publilianam ⟨sententiam⟩ dedit: Popilli, quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum [est]?

## ⟨CONTROVERSIA XVIII.⟩

Ter abdicatus conprensus est a patre in secreta parte domus medicamentum tenens; interroga-

1 Varius q;minus **O**, *corr. N. Faber* ‖ 3. 4 *uerba* qui ... laniaret *om.* **VaTa** ‖ 3 qui *om.* **C** ‖ cōntumelis **A** cumtumelis **B** ‖ cliens adficeret **C** ‖ 4 o. et uinum **TbVb** ‖ 6 erat *bis scr.* **C** ‖ 9 quod **C** ‖ 12 Certius **B** ‖ 15 quaerentem **B** ‖ 16 Popillio quid **CTa** Popilli nūquid **Tb** ‖ 17 abidieb; **T**, Auidienus *Ant. Augustinus* Saluidienus *Schult.; possis et* Sabidius *coni. an de Sabirio Pollione cogitandum qui epistolas Euripidis composuit? cf. uit. Arati p. 55 West.* ‖ 18 tum maxime **T** ‖ pro *om.* **O** ‖ popilli **O** ‖ 20 suis **C**, *an* insignis ? 21 ferrentem **B** ‖ 22 publilianum **B** publianum **A** popillii ma num **T** ‖ sententiam *addidi* ‖ popillio **T** ‖ 23 et tenebas **O** manum eius **T**, est *deleui* ‖ 25 ter abdicatus ter absolutus **E** conprqssus **A** ‖ 26 terens **O**, *corr. Burs.*

tus quid esset, dixit uenenum et uelle se mori, et effudit. accusatur parricidi.

1 Cesti Pii. Dic quid commiserim. nescis? certe nec secreta te fallunt. Dimittat me: intellegetis cui parauerim. Dic quid ante commiserim: nisi forte contentus es reo obicere parricidium, parricidae nihil. Argentari. Volui mori quia reus fui. quid ergo? nemo reus uiuet? uiuet cui sordidatus adsedebit pater. Reuertar ad uenenum, quoniam iniqua fortuna nullo me periculo defungi semel passa est. Albvci Sili. Quare ergo non moreris? non iuuat me mori si quem alium iuuat. Vt interuenit, in has cogitationes abii: ergo quisquam tam infelix fuit? ergo quisquam me magis odit quam ego? mi-
2 sereri mei coepi. Vari Gemini. 'Ter, inquit, abdicatus es'. Videris mihi, pater, obicere quod tamdiu uiuam. Quod uenio, quod pro me loquor, nolite mirari: tam iucundum est innocentibus defendi quam miseris mori. Corneli Hispani. Scio quosdam periclitantis illa iactare: nunc primum causam dico. haec ego dicere non possum; ter reus fui nec dubito, quin uobis in odium uenerim, cum ipse me oderim. Porci Latronis. Ter causam dixi; accessit ad haec supplicia mea uenenum; teneo; hoc si tibi satis non est, uiuam.

3 Altera pars. Albvci Sili. Testor deos immortales hoc me tribus iam abdicationibus cauisse, ne

1 dixit num et **ATa** dixtenum et **B** || 3 necci **O**, *corr. Burs.* || 4 nec se nec **C** || dimittam te **O**, *corr. Burs.* || intelligitis **A** || 5 Dic qui **C** || nisi forte nisi **C** *alterum* nisi *del.* **Am.2** || 6 parricidium *bis scriptum* **AT** || 7 uolo **O**, *corr. Schult.* || 8 mori **O**, nemo *Burs.* || *alterum* uiuet *om.* **C** || quia **O**, cui *Gron.* || adsederit ? || 9 uenū **A** || iniqui **B** || 10 passea **C** || 11 Sillii **C** || iubat **C** iubet **Ta** || 13 alias **O**, has **E** || 14 miserim et **CTa** || 16 abicere **C** || 17 p̄ me **C** || 18 miraraita **A** || innocentibus mori quam miseris defendi **O**, *corr. Haase*, *W. Müller* || 20 periclitatis **B** || 21 iter **O** || 21 subito qm̄ **CTa** || 23 ad cessi **O**, adcessit **E**, arcessiui *N. Madvig* || 25 bibam *Schult.*

in domo mea uenenum deprenderem. Parricidi reus uiuit qui abdicatus ‖ mori uoluit. In quam angusto domus meae fortuna posita est! aut patri pereundum est aut filio. Quid habes quare mori uelis? uiuunt orbi, uiuunt naufragi, uiuunt etiam quibus contigerunt liberi ter abdicati. Cum se mori uelle dicat, uitam rogat. Teneo parricidam, quod apparet, etiam in suam mortem paratissimum. CORNELI HISPANI. Nolite mirari si debitas uires dolori meo non exhibuero: tribus iudiciis experti estis patres accusare non posse. VIBI RVFI. Cum tantum sit quod 4 fateris, quantum est quod negas? Tu uenenum quaesisti, tu uenenum emisti, tu uenenum intulisti in eam domum in qua habebas inimicum patrem. Recte uitam odisses, si iam ⟨tum⟩ tibi parricidium obiecissem. Vis scire quid peccaueris? indica quis tibi uendiderit; dicetur illi: tu ulli uenenum uendebas? tu ter abdicato uendebas? sine dubio nesciebas cui daturus esset. Ita hoc ego iudicio fili mortem moror? Si me cum isto includitis moriar, ut hanc uobis faciam inuidiam quam iste mihi facere uoluit. VARI GEMINI. Quaeritis filius meus uenenum cui parauerit? non bibit. POMPEI SILONIS. 'Mihi, inquit, paraui'. et hoc est patri parare. Absolutus mori uolt, reus uiuit. MVSAE. 'Habuit malum medicamentum Mithridates'. quis enim alius debebat habere quam parricida? 'habuit, inquit, Demosthenes uenenum et bibit'. idem ego tibi pater quod Demostheni Philippus? PORCI LATRONIS. Cum ab- 5

1 depraenderim **CTa** ‖ deus **C** ‖ 4 me mori **T** ‖ ueles **A** uellis **B** ‖ 5 naufragii **B** ‖ 6 contegerunt **A** ‖ abdicatus **T** ‖ 9 uices? ‖ 11 bibi **O** ‖ tantum est **O**, *corr.* **E** ‖ 13 in eam] nea **C** ‖ 14 quā **C** ‖ 15 tum *add. W. Müller* ‖ odises **C** ‖ 15. 16 obiecisse suis **O**, obiecisset *Hause* ‖ 17 uendederit **B** ‖ tu illi **O** tu cuiquam **E**, *corr. Burs.* ‖ 18 nescibas **B** escebas **Ta** ‖ 20 morari ut **CTa** ‖ 23 uiuit **O**, *corr.* **E** ‖ 26 metridates **T** Mitridataes **B** mitrudata es **A** ‖ 27 parricidā **C** ‖ anquit **C** ‖ 28 uiuit **O** ‖ idest **O** ‖ ergo **Tb**

dicarem, si quid obieceram, aiebat: numquid deprendisti? non tamen habebitis quod multum de eo dubitetis: quod negat parricidium, quod confitetur uenenum est. 'Mori, inquit, uolo'. uiuo patre et hoc parricidium est. Miser aeque timui ne biberet uenenum quam ne daret. Arelli Fusci patris. 'Mihi, inquit, paraui uenenum'; ne quis dubitet an alium possit occidere. Iuni Othonis patris. Reus est parricidi qui mauolt mori quam ‖ patrem uidere. Quomodo uoltis magis probem uobis illum ⟨me⟩ mori uoluisse? non uolt mori. 'Mori, inquit, uolui'. quare? quia ter uicisti? Si mihi creditis, parricidium facere uoluit; si isti, a me parricidium fieri uoluit. Qualis est reus cuius hoc unum patrocinium est, indignum se uita fuisse? Dico tam inuisum illi fuisse patrem, ut occidere uoluerit: ipse fatetur tam inuisum sibi fuisse, ut occidere uoluerit.

6 Non puto uos exigere diuisionem, cum coniecturalis sit controuersia. habet tamen dissimilem ceteris coniecturam et duplicem; non quomodo solet aut inter duos reos, cum alterum coarguimus, aut inter duo crimina, cum alterum probamus, ut id alterius fiat probatio, tamquam cum dicimus adulteram fuisse, ut credatur propter hoc etiam uenefica: in uno homine coniectura duplex est. quaerimus enim utrum uenenum in suam mortem an in patris parauerit.

7 Si hoc colore dici placet pro adulescente quo dixit Latro, ut nihil mutaret uoces, sed diceret:

2 nunc tamen⟨non⟩habebitis? ‖ 5 Misereque **O** ‖ uiueret **C** ‖ 8 possī **T** ‖ Iunio ıonıs p ˙,˙ **O** ‖ parracidi **B** ‖ 9 quam cum patre uiuere *Haase* ‖ 10 me *addidi* ‖ noluisse **BT** ‖ 11 uult **A** ‖ 15 siuita **A** ‖ illi fuisse patrem fuisse **Aa** tibi fuisse patrem **E** illi patrem fuisse **AbBT** ‖ 17 se occidere **Tb** mori **E** *N. Madvig* ‖ 18 exhigere **A** exhiere **B** ‖ 19 sic controbersia **B** *ap. Burs.* sit controuersiā **A** ‖ tam **O** ‖ dissibilem **C** ‖ 20 quam iecturam **C** quam coniecturam **T** ‖ 24 benefica **C** ‖ 26 sua morte **A** suamortem **B** ‖ 28 colore displicet **T** ‖ 29 mutaret et uoces **C** mutaret **T**, *corr. Burs.*

'mori uolui taedio abdicationum et infelicitatis adsiduae, cum in hoc tantum sordes ponerem, ut cum maiore tormento positas resumerem, et absolutio mihi uni non finis esset periculi set initium', incipit praeter coniecturam et illa prima uulgaris in eiusmodi controuersiis et pertrita quaestio incurrere, an uenenum habere in mortem suam liceat. ALBVCIVS illo colore pro adulescente dixit, non fuisse uenenum. Cum putarem, inquit, odio me esse patri meo, uolui experiri adfectum eius, quomodo mentionem mortis meae ferret: itaque palam et ita, ut interueniret pater, tenui. FVSCVS ARELLIVS eodem colore usus est sed aliter; non dixit: experiri patrem uolui, sed: ut miserabilem me patri facerem. 8 MVRREDIVS pro cetero suo stupore dixit medicamentum se parasse ad somnum ‖, quia adsiduae sollicitudines uigiliarum sibi consuetudinem ⟨fecerint. A parte patr⟩is colorem et Publilianam sententiam dedit: abdicationes, inquit, suas ueneno diluit; et iterum: mortem, inquit, meam effudit. Memini OSCVM, ⟨cum⟩ loqueretur de hoc genere sententiarum, quo infecta iam erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de PVBLILIO, quasi ille iam hanc insaniam introduxisset. CASSIVS SEVERVS, summus Publili amator, aiebat non illius hoc uitium esse, set eorum qui illum ex parte qua transire deberent imitarentur, ⟨non imitarentur⟩ quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum

3 absoluto **O** ‖ 6 controbersis sed **C** ‖ s; **T** ‖ et incurrere **Ta** ‖ 8 dixi **C** ‖ 9 putatum **CTa** ‖ odio **CTb** o lium **Ta** | messes **C**, *corr. Schott* ‖ 10. 11 mentionem eiusfa **T** ‖ 11 itaut] itan **A** ‖ 13 colorem **B** ‖ 15 p̄ cetero **A** ‖ 16 qui **C** ‖ 17. 18 consuetudinem us colorem et Publianam [Publianum **B**] **O**, *suppl. Burs.* facerent cons. Usus colore est et **Tb** ‖ 20 effudi **T** ‖ 21 * noscum **O** ‖ genere *om.* **A** ‖ sententiearum **A** ‖ 23 de plubilio **C** ‖ 24 sumus publeli **B** ‖ 25 agebat **C** ‖ 27 *uerba* non imitarentur *add. Burs.*

tragicumque aut Romanum aut Graecum; ut illum uersum quo aiebat unum uersum inueniri non posse meliorem:

Tam dest auaro quod habet quam quod non habet;

et illum de eadem re dictum:

Desunt luxuriae multa, auaritiae omnia;

et illos uersus qui huic quoque ter abdicato possent conuenire:

O uita misero longa, felici breuis!

9 et plurimos deinceps uersus referebat Publili disertissimos. deinde auctorem huius uiti quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur aiebat Pomponivm Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberivm transisse hoc studium imitandi, deinde inde ad Ciceronem qui illud ad uirtutem transtulissent. Nam ut transeam innumerabilia quae Cicero in orationibus aut in sermone dixit ex ⟨ea⟩ nota, ut non referam a Laberio dicta, cum mimi eius quidquid modo tolerabile habent tale habeant, id quod Cicero in . . . . . . . . . Laberium diuus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri illum ordini reddidit; iussit ire sessum in equestria; omnes ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adu-

1 aut illum **O** ‖ 2 quo iebat **C** ‖ uno *N. Faber* ‖ 4 tandest **C** tam deest **T** ‖ 6 illud **T** ‖ 7 luxuria **C** ‖ 8 * ut illos **O** ‖ 10 felicib; reb; **T** ‖ brebis **C** ‖ 11 plurimạ (o *superscr.*) **A** ‖ 14 scripsisse fuisse **A** ‖ 15 primum liberium **Ta** ‖ transe **C** ‖ 16 inde *del. A. m. rec. om.* **T** ‖ uirtutum **C** uirtutum studia **T** ‖ 17 transtulisset **O**, *corr. Schult.* ‖ transeat **CTa** ‖ 19 et nota **T**, ea *add. Haase* ‖ 21 haberium **C** baberium **T**, *lac. sign. Burs.* ‖ 22 laudis **A** ‖ 23 reddit **C** redditū **T**, *corr.* **E** ‖ sensum **C** ‖ 24 coartaberunt **B** ‖ 24. 25 receperent **A** ‖ 25 malaudierat **O**, *corr.* **E** ‖ 26 Cessari **B**

lator. Multos tunc in senatum legerat Caesar et ut repleret exhaustum bello ciuili ordinem et ut eis qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus ⟨est⟩, misit enim ad Laberium transeuntem: recepissem te nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronem remisit: atqui soles duabus sellis sedere. uterque elegantissime, sed neuter in hoc genere seruat modum. Ab 10
his huius studii diffusa est in plures imitatio. Sed ut ad controuersiam redeam, CASSIVS SEVERVS aiebat placere sibi illum colorem: mori uolui; et quasdam dixit inter disputandum sententias: tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam: nihil tanti est; infelicem hanc animam, quam totiens exagitat pater et infestat, semel recipiat. sed illud rursus dicebam mihi: serua istam animam: facies quod uoles absolutus. Quare ergo nunc non moreris? dicit aliquis. Primum non semper idem miseris libet; nonnumquam iuuat cum fortuna sua concurrere ⟨et⟩ illam fatigare. Deinde uis uerum quare non moriar interim? quia puto te uelle. OTHO IVNIVS ineptam sententiam uidebatur dixisse: non multum interest mea, aut enim me aut filium meum uoluit occidere. ‖

1 legerant **C** elegerat **T**, *corr.* **E** ‖ 2 et astum **A** et hastum **B** ‖ ut eius **O** ut his **E**, *corr. Burs.* ‖ 3 referent **A** referrent **BTb** ‖ 4 est *add. Schult.* ‖ 5 tanseutentem **C** ‖ 6 adre **Aa** adq; **Ab** atq; **B** ‖ 8 seruauit *R. Wachsmuth, W. Müller* ‖ 9 pleres **Ta** ‖ 10 ad *om.* **A** ‖ Casius **C** ‖ 12 sentias **A** ‖ 13 abdicare **C** abdicaret **T**, *corr. Burs.* ‖ 14 totens exagitet **C** ‖ 15 rusus **C** ‖ dicebat **O**, *corr. R. Wachsmuth, W. Müller* ‖ 16 istum animum **O**, *corr. Schult.* ‖ 17 moneris **Ta** ‖ dicet *Haase* ‖ 19 concurreret **C** ‖ et *add. Burs.* ‖ 20 fatigaret **C** ‖ 22 terest **C**

## ⟨CONTROVERSIA XIX.⟩

Thema. Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam cum haberet uxorem et ex ea filium, peregre profectus est. a piratis captus scripsit de redemptione epistulas uxori et filio. Vxor flendo oculos perdidit. filium euntem ad redemptionem patris alimenta poscit; non remanentem alligari uolt.

1 Cesti Pii. Non est quod mulieris adfectum lege aestimetis, qua minatur; omnia facit ne filius alligetur. Nauigaturus reliquit uxori filium; nec adhuc caeca erat. Albvci Sili. Deduxi ⟨ad⟩ te filium; itaque tene, complectere. audeo dicere, hoc par ne piratae quidam diuiderent. Si uellet filium alligari, pateretur ire quo properat. Ergo tu, adulescens, matri tuae ne decem mensum quidem alimenta reddes? si pascere non uis matrem, exspecta saltem ut efferas. Triari. Legem attulit qua catenas minetur, causam qua timet. Marcelli Aesernini. Si perseueras, me quoque ad piratas trahe: impetrabo ab illis alimenta; et uirum meum pascunt. Fvlvi Sparsi. Mater si non pascitur peritura est; pater etiamsi non redimitur, tamen pascitur. Ivli Bassi. Patri tuo supersunt et oculi et alimenta.

2 Altera pars. Cesti Pii. Matrem meam imitari uolo: amare me meos docuit. Vnius uinculis duos alligat. Si matris exemplo pius esse uoluero, etiam

4 profectus et **T** ‖ spiratis **A** a spiratis **B** ‖ 5 redemptionem **C** ‖ 6 oculo **C** ‖ perdit **B** ‖ 7 alumenta *hic et passim* **C** ‖ 9 adfectu **C** ‖ 10 fecit **O**, *corr.* **E** ‖ alligeretur **Ta** ‖ 11 reliquisi **C** ‖ necat huc **A** ‖ 12 Deduxite **C** Deducite **T**, *corr. Burs.* diduxit te et f. *Haase* ‖ 14 alligare **O**, *corr. Schult.* ‖ 15 rire **C** ‖ quod **CTa** ‖ 16 nec **CTa** ‖ 17 parcere **A** ‖ salutem **CTa** ‖ 18 minatur *Burs.* ‖ 20 imperabo **C** ‖ 21 elementa **T** alimentae uirum **C** ‖ faciunt **C**, *om.* **T**; *corr. H. Müller* alunt *Burs.* ‖ 22 paritura **Ta** ‖ 25 mea **B** ‖ 26 meos *om.* **T** ‖ unus **C**

oculos patri debeo. Arelli Fvsci patris. Desertorem tuum aput patrem inuenies. Vari Gemini. Qualis fortuna est! cui uicto, mater, catenas denuntias; uictori ad piratas eundum est. Omnia licet patri praestem, meliorem tamen habuit uxorem. Quam multi me ‖ putant, quia nolo ad patrem redimendum ire, nunc cum matre conludere! Fvlvi Sparsi. Matri nihil timeo, si eam apud uos relinquo: patri quid non timeo, si eum apud piratas relinquo? Bvteonis. Oculos certe eruam mihi, ne plus marito praestiterit uxor.

Latro hanc controuersiam quasi tota offici esset 3 declamauit; nullas quaestiones iuris inseruit, sed comparauit inter se incommoda patris et matris et tamquam thesim dixit: utrum ad redimendum potius captum patrem ire filius deberet, an ad alendam caecam matrem subsistere; et sic eam diuisit, ut diceret: hoc quod mater desiderat, utile est ⟨et⟩ patri. Nouissime tractauit ne patrem quidem uelle; utique, si sciat matrem in hac esse fortuna, non passurum. In epilogis uehemens fuit Apollonivs Graecus. Bvteo fatuam quaestionem mouerat primam: an lex quae de alendis parentibus lata esset ad patris tantum pertineret. illis omnia priuilegia data et ipsam poenam non alentium signum esse non muliebris potestatis. Res est ineptior quam ut coarguenda sit, itaque transeo; illud unum quod dicebat Pollio Asinivs referam: numquam debere

1 patri ⟨reddere⟩ debeo? ‖ 2 tum **O** ‖ patrem tuum apud patrem **O** ‖ 3 uincto **CTa** ‖ 4 eumdum **C** ‖ 7 patrem **C** patre **Ta** ‖ concludere **O** ‖ 8 Mater **C** ‖ reliquo **C** ‖ 9 non *om.* **T** ‖ 10 reliquo **C** ‖ ceste **CTa** ‖ erbam **C** ‖ 15 tiesim **C** tiesim quereret **T**, *corr. Haase* ‖ 17 sic meam **C** ‖ diuit **C** diuidit **T** ‖ 18 pater **O**, *corr. Gron.* ‖ residerat utille **C** ‖ et *add. Gron.* ‖ 21 passurum. nephilogis **C**; *uerba* In epil. . . . Graecus *fort.* 331, 8 *inserenda* ‖ 22 et Buteo **Tb** ‖ moueř **C** mouert **T**, *corr. Burs.* ‖ 23 man **A** ‖ * est **O** ‖ 24 pertinet **O**, *corr. Burs.* ‖ illi sī **T** ‖ 26 inemptior **B** ‖ 27 quoarguenda **B** quodarguenda **T** | transeo unum illū (illud **Tb**) **T** ‖ 28 deberi **C**

temptari in causa uerecunda inprobam quaestionem.
4 Hispo Romanivs illam mouit quaestionem: an lex de alendis parentibus non pertineret ad matres uiuis patribus. Filius, inquit, familiae nulli poterit seruire nisi patri; omni alia seruitute liber est. puta enim te alimenta petere ab eo quem pater mittat peregre, quem nauigare iubeat: primae partes sunt patris, secundae matris. Albvcivs non iuris illam fecit quaestionem sed aequitatis, ita tamen ut et iuris adiungeret: utrum matris prius esset ⟨an⟩ patris officium. Silo Pompeivs illam fecit quaestionem: an quotiens duobus communio esset, potestas eius tota fieret qui praesens esset. Puta, in||quit, seruum te esse communem: huic domino seruies qui praesens est. puta fundum esse communem: is fructus percipiet qui praesens est. Illam quaestionem huic duram subiecit: an nunc pater nullum ius in filium habeat. Quomodo, inquit, iura ciuis non habet, qui liberi hominis non habet, ⟨ita qui ciuis non habet nec⟩ patris habet; ille nullam in te potestatem habet, mater in totius legis possessione est; iam
5 non commune illi ius in te, set proprium est. Varivs Geminvs sic diuisit: an non semper filius cogi possit, ut matrem alat; deinde an nunc cogendus non sit. Non semper, inquit, filius cogitur. transeo illos qui non possunt, aegros inutiles; aliquis ad propellendum hostem proficiscitur in cuius unius militia posita est salus publica: hunc retinebit mater? puta legatum de summa reipublicae, puta foe-

3 ut uiuis **O**, utique uiuis *Schult.* || 4 patris **A** || 5 ōm alia **B** || 6 te *om.* **B** || 10 iuri **O**, *corr. Schult.* || adiungeret et matris prius esse patris offitium **O**, *corr. Burs.* || 11 istam fecit **T** || 12 an] a **C** || communis **T** communibus **C**, *corr.* **E** || 14 esse seruum communem **T** || domini **C** || 17 praestionem **C** || 18 cuius **Ta** || non *om.* **T** || 19 *suppleuit N. Madvig* || 20 * patrem **O**, *corr. ego, N. Madvig* || te *om.* **T** || 21 possessionem **O** || 22 illius **O** || 23 filio **Ta** || 24 posset **O** || ala **C** || 25 quogitur **B** || 26 illias **B** || quo **A** || * agrose inutiles **C** aegros et inutiles **T** || 28 militiae **C** || publicae **C** || 29 de foedere *Schult.*

deris: huic mater ⟨manum⟩ iniciet? ⟨Et⟩ per partes
comparando utrumque officium, ille, inquit, peregre
est, tu domi; ille captus, tu libera; ille inter pira-
tas, tu inter ciuis; ille alligatus, tu soluta es. at
tu caeca es: ille hoc infelicior quod uidet; quid enim
uidet? ⟨notas⟩ captiuitatis suae et caedes et uolnera
et cruces eorum qui non redimuntur. At periculo-
sum est. nihil non; et domi manere et flere. LA- 6
TRO dixit pro matre summisse et leniter agendum.
non enim, inquit, uindictam, sed misericordiam
quaerit et cum eo adulescente consistit in quo ita
exigit pietatem, ut impediat. aiebat itaque uerbis
quo⟨que⟩ horridioribus abstinendum quotiens talis
materia incidisset; ipsam orationem ad habitum eius
quem mouere uolumus adfectus molliendam. in epi-
logis nos de industria uocem quoque infringere et
uultum deicere et dare operam, ne dissimilis ora-
tioni sit orator; conpositionem quoque illis mitiorem
conuenire. CALVVS, qui diu cum Cice‖rone iniquis-
simam litem de principatu eloquentiae habuit, us-
que eo uiolentus actor et concitatus fuit, ut in me-
dia eius actione surgeret Vatinius reus et exclamaret:
rogo uos, iudices, num, si iste disertus est, ideo me
damnari oportet? Idem postea cum uideret a clien- 7
tibus Catonis, rei sui, Pollionem Asinium circum-
uentum in foro caedi, inponi se supra cippum iussit

1 * manum *om.* **O**, hunc m. uinciet *Burs.* ‖ et *add. Schult.* ‖ 4 ciuinis **B** ciui **A** ciues **T** ‖ 5 cece si **C** ‖ ho **B** ‖ qui **T** ‖ 6 eni **A** ‖ uiuet **CTa** ‖ notas *add. N. Madvig* ‖ castitatis **O**, *corr. Burs.*, *N. Madvig* ‖ caede sed uoluenera **C** ‖ 8 *Hic fort. ex* **E** *inserenda:* quam multi nihil pro patribus periculosum putarunt ‖ et] est **T** ‖ maneret et **O** ‖ 10 inquit agendum **T** ‖ 12 impediet **C** ‖ 13 quo **CTa** ‖ abstinendus **C** ‖ 14 ipsa oratione **AaB** ‖ 15 ad affectus **T** ‖ mollienda **AaB** ‖ 17 deieceret **A** deiecere et **B** ‖ orationis id **B** ‖ 18 minorem **O**, *corr. Gron.* ‖ 19 quid [qui **A**] iocum Ciceronē **C**, *corr.* **E** ‖ Ciceronē **Ta** ‖ 21 actusor **C** accusator **T**, *corr.* **E** ‖ medic **Ta** ‖ 23 iud non **O**, *corr.* **E** ‖ 25 Cationis **A** ‖ 26 in forecae **O**, *corr. H. Müller*, *N. Madvig* in forica *O. Iahn* in foro Caesaris *Schult.*, *Burs.* ‖ inponisse **C**

— erat enim paruolus statura, propter quod etiam [53, 5.] Catullus in hendecasyllabis uocat illum 'salaputtium disertum' — et iurauit, si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam; nec umquam postea Pollio a Catone aduocatisque eius aut re aut uerbo uiolatus est. Solebat praeterea excedere subsellia sua et inpetu latus usque in aduersariorum partem transcurrere. Et carmina quoque eius, quamuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi. dicit de Pompeio:

digito caput uno
8 Scalpit. quid credas hunc sibi uelle? uirum.

Compositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget: nihil in illa placidum, nihil lene est, omnia excitata et fluctuantia. Hic tamen in epilogo quem pro Messio tunc tertio causam dicente habuit, non tantum leniter componit, sed etiam dicit: 'credite mihi, non est turpe misereri' et ⟨cetera⟩; omnia in illo epilogo fere non tantum emollitae conpositionis sunt, sed infractae. In hac controuersia Publilianam sententiam dedit FESTVS quidam rhetor, staturae pusillae, in quem EVCTEMON, homo uenustissimi ingeni, Graece dixit: antequam te uiderem, nesciebam rhetoras uictoriatos esse. ‖ Fuit autem FESTI sententia: 'captus est, in-

2 Caturus in hendeca syllabi sucat **CTa** ‖ 3 iurabit **CTa** ‖ si qua **C** ‖ 5 calumnia **B** ‖ ne ñquam **T** ‖ 7 subselia **C** ‖ 8 elatus **T** ‖ parte **AT** ‖ 9 quāuis ioco sint **T** quamuisio casa sit **C**, *corr. Politianus* ‖ 12 quo **O** ‖ belle **CTa** ‖ 14 riet **Ba** reget **A**, uiget *O. Iahn* ‖ 15 fluctantia **Ta** fructantia **C**, fluitantia *W. Müller* luctantia *N. Madvig* ‖ 16 quam **C** ‖ dicentem **C** ‖ 17 leuiter **O** ‖ cum **O**, etiam *Schult.* ‖ 19 cetera *addidi* ‖ ferre **C** ‖ 21 controuersiam **C** ‖ Publieanam **Ta** Publianam **CTb**, *corr. Burs.* ‖ fecus (?) **A** fetus **BT**, *corr. Schult.* ‖ 22 qua ēuctemon **A** quā euctemon **BT** ‖ 23 uenustissimae **C** ‖ egregie? ‖ 24 nescie **C** nescio **T**, *corr. Schott* ‖ rheturas **C** ‖ retoranĵoratoſ esset (r, s *superscr.*) **T** ‖ 25 haesti **CTV** Cestii **Tmg**, haec Festi ?

quit, pater'. si te capti mouent, et haec capta est.
et quasi non intellexissemus: an nescitis dici 'captos
luminibus'? Et illud dixit: mitte istam epistolam 9
infructuosam. odisse illam debes: haec est quae
matrem tuam excaecauit. et illam falsissimam in
quam multi incidunt: propter hoc ipsum, inquit,
magis flebilis est, quod non potest flere. et iterum:
lacrimae, inquit, matri desunt, causae supersunt;
tamquam caeci flere non soleant. Memini CRISPVM
quendam antiquum rhetorem in illa controuersia
uiri fortis qui tertium filium retinet, cum alter filius
in tyrannicidio perdidisset oculos, alter in acie ma-
nus: exsurgite nunc uiua cadauera, rogate pro patre.
sed quid ego meos derideo? alter quos roget non
uidet, alter quibus roget non habet. Multis conpo- 10
sitio belle sonantis sententiae imposuit; itaque me-
mini LATRONEM PORCIVM, ut exprobraret hanc
audiendi scolasticis neglegentiam, maxime quia TRIA-
RIVS conpositione uerborum belle cadentium multos
scolasticos delectabat, omnes decipiebat, in quadam
controuersia, cum magna quasi ⟨ui⟩ fluerent et conci-
tata, sic locum conclusisse: inter sepulcra monumenta
sunt; et cum scolastici maximo clamore laudarent,
inuectus est in eos ut debuit et hoc effecit, ut in
reliquum etiam quae bene dicta erant tardius lauda-
rent, dum insidias uerentur. GLYCON dixit: *Πα-*

2 * ait **O** ‖ 3 mittes tā **C** mittes tamen **TV**, *corr. Burs.* ‖ 4 infructu **C**, infaustam *Burs.* ‖ 5 salsissimam **O** ‖ 6 qua **AaBTV** 7. 8 iterum inquit **TV** ‖ 8 matris **CTaV** ‖ 10 quidem **Ta** ‖ anticūs hetorem **A** ‖ illo **A** ‖ 11 filios **B** ‖ 13 cui **A** cuiua **B** uaua **TVa** ‖ cadeuera **TaV** ‖ fratre **O**, *corr. Schult.* ‖ 14 quod roget **TV** ‖ 15 qđ **T** quid **V** ‖ bellę **CV** ‖ 17 portum **A** portauit **TaV** exprobaret **CV** ‖ 18 neglentiam **B** neglinentiam **T** ‖ 18. 19 Triarius maxime **T** ‖ 19 uelle **C** ‖ 21 ui *add. N. Madvig* ‖ flerent **TaV** ‖ cum magno cursu flueret et concitato *Burs.* ‖ 22 clusisse **CT** ‖ monumentas . et **B** ‖ 23 scholasticis **C** ‖ maxime **CTaV** ‖ clamorem **CTaV** ‖ 24 ut *om.* **C** ‖ efficit **C** ‖ 25 relicum **C** ‖ laudarem **C** ‖ 26 insiduas **C** ‖ uererentur **TV** ‖ Elycon **B** Elicon **A** ‖ ΠΑΡΑΟΕ **O**

*ῥάθει, μῆτερ, ἐπιλαβοῦ τέκνου· ταλαίπωρε οὐδὲ βλέπεις ὃν κρατήσῃς. εἴ με, φησιν, οὐ τρέφεις, ἐπίμεινον, ἵνα θάψῃς.* Hybreas in hac controuersia dixit: *Τέκνον, κἂν με φεύγῃς, καταλήψομαί σε ἐπαιτοῦσα.* Hoc quibusdam corruptum uidebatur, Romanivs tamen . . . . . . . ‖

## ⟨CONTROVERSIA XX.⟩

Thema: Mortua quidam uxore ex qua filium habebat, duxit aliam: sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo speciosum. Cum frequenter essent iurgia nouercae et priuigno, iussit eum emigrare: ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris et matris familiae. Quodam tempore pater familiae in cubiculo occisus inuentus est, uxor uolnerata, communis paries perfossus; ⟨placuit propinquis quaeri a filio quinquenni, qui una dormierat, quem⟩ percussorem cognosceret; ille procuratorem digito denotauit. accusat filius procuratorem caedis, ille filium parricidi.

1 Arelli Fvsci patris. Ut audiui clamorem, si qua est fides, deprensos a patre adulteros putaui. Quis ferret te uoluntariam testem in forum uenientem, etiamsi uenires dictura pro filio? miserrime

1 ΕΙΤΙΛΑΒΟΥ **O**, *corr. Burs.* ‖ ΤΑΑΙΠΩΡΕ [—Ε *om.* **B**] ΟΥΑΕ ΒΕΠΕΙϹ **O** ‖ 2 *ἂν κρατήσῃς W. Müller* ‖ ΚΡΑΤΗϹΕΗϹ **A** ‖ ΕΙΜΦΝϹΙΝ **C** ΕΙΜΙΝϹΙΝ **TV** ‖ 3 ΕΠΜΕΝΟΝ ΙΝΑ ΕΦΗϹ [ΕΥΝϹ **ATV**] **O**, *corr. Burs.* ‖ 4 ΖΕΚΝΟΝ **O** ‖ *ΦΕΥΤΝϹ ΚΑΤΑΝΥ[Ψ **B**]ΟΜΑΙ **O** ‖ 5 ΕΠΙΙΤΤΟΥϹΑ **B** ΕΝΙΠΤΟΥϹΑ **ATV** ‖ 6 Romanis **B** Romanus **TV** ‖ 8 Thema *om.* **C** ‖ quidem **CTa** ‖ 9 *uerba* duxit . . . habebat *om.* **A** ‖ 10 spaciosum **B** spatiosum **AT** ‖ 11 lurgia **C** ‖ 12 habitatione **C** ‖ 16 perfossus puer iubetur percussorem **T** ‖ 17. 18 *uerba* placuit . . . quem *add.* **E** ‖ 18 cognoscere **O** ‖ 20 cidis **C** ‖ 21 parricid$\overset{1}{e}$ **B** (*corr. m. pr.*) ‖ 24 uoluntaria **A** ‖ 25 ueneres **Ba**

puer, quamuis <ipse> pericliter, plus tamen pro te timeo: nimium fraternis insistis uestigiis; itaque iam tibi cum matre non conuenit. Quamdiu mater uixit, pater me fuit procuratore contentus. Non facile fit parricidium. Vis scire quantum natura possit? etiam infans pro fratre loquitur. TRIARI. Viuo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis. Aliquis uno teste contentus est: <dabo puerum. aliquis non uno teste contentus est:> dabo populum. Obicit priuigno parricidium, filio mendacium. Intrat procurator qua solebat. Dic, puer, quis patrem tuum 2
occiderit, dic audaciter; eundem nominas quem populus. Nox placet sceleri: prorsus adulteri tempus. Habui patrem tam bonum, ut cum uxorem habere uellet, tamen me no||uercam habere noluerit. Quo mihi lumen? tantum admissuro nefas obtendenda nox est. 'Quid, inquit, ante peccaui'? Dissimile est: memento enim de homicida quaeri; potest tirocinium esse homicidium, parricidium non potest. Lumen attulisti ut discerneres [erat] illic quem leuiter uolnerare deberes. Videmus adactum in praecordia gladium: sic ego nouercam uulnerassem. Frater, quaero an uideris procuratorem nouissima nocte; nihil de prioribus quaero. VIBI GALLI. Ego taceam 3
de adulterio quod persequitur etiam populus? ego taceam de parricidio quod persequitur etiam puer? Testor uos, iudices, saluom patrem reliqui. O magnam in contrarium saeculi nostri peruersitatem! inuentus est qui patrem posset occidere et nouercam

1 ipse *addidi* ‖ 2 uestigis C ‖ 3 cum matrem C ‖ dixit CTa ‖ 4 procuratori CTa ‖ 6 * pro patre O ‖ 7 adutera C ‖ 8 9 *uerba* dabo . . est *om.* O, *add.* E ‖ 11 patre B ‖ 12 occidere Ta ‖ 13 ñ O, nox E ‖ 14 uxore C ‖ 15. 16 quo nihilū inea A quomihiluminea B quo mihi lum̄ea T ‖ 16 admisuro C ‖ * obtenda A obtanda BT ‖ 20 eras C cerat T, *quod deleui* ‖ leuititer C leneuiter Ta ‖ 24 uiui O ‖ 25 quo Ta quid B ‖ enim A ‖ 26 persequi Ta ‖ 27 saluē A ‖ magnum A ‖ 28 peruersitatim Ta ‖ 29 quia C

non posset. etiamsi quis occidere patrem non potest, nouercam potest. Sepvlli Bassi. Dum perfodio parietem, aliquis sentiet. Cuius uis leuissimum esse somnum? pueri an senis an mediae aetatis? pueri? frater sentiet. senis? pater. mediae aetatis? nouerca. Quaererem quam sordida domo natus esset, si ullam habuisset: nunc inquisitionem nostram humilitate effugit. non miror si nescis quam difficile sit patrem
4 occidere, cum incertum habeas patrem. Albvci Sili. Quaero a te, mulier, an filio tuo credendum putes? Liceat mihi nutrire puerum: nec cum matre illi nec cum tutore conueniet. Tres in cubiculo sunt: patrem occidis, puerum contemnis, adulteram nosti. Singuli se serui libertique offerebant puero, stabam ante omnis: percussor latebat post adulteram. Quid ante peccaui? cuius uxorem corrupi? quod si fecissem, hominem occidere ⟨possem, patrem⟩ non possem. Bonos habeo testes: timeo hunc in aliena potestate. || Aspice corpus patris: quam grauis plaga, quam alte adactus est gladius! sic ego nouercam percussissem. Cesti Pii. Adulterum te esse ⟨dabo⟩ non unum testem, dabo non corruptum, dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam grauiter percussi quam debui nouercam, nouercam ⟨ne⟩ sic qui-
5 dem quemadmodum patrem? Ivli Bassi. Tibi fuit necessarium lumen, ne eam occideres propter quam occidebas; mihi superuacuum erat, ne instrumento parricidi detegerem parricidium. si rerum natura

1 potest **O**, posset **E** || 3 sentiat **A** || esse] se **C**, *om.* **T**, *corr. Burs.* || 5 mediaetatis **C** || 6 dominatus **T** || ullum **C** || 7 humilitatem **A** || 9 Scili **T** || 11 matrem **CTa** || illi ne **C** || 12 cum procuratore *N. Faber* || conuenit *Schott* || suo **CTa** || 13 * nos times **C** non times **T** || 14 efferebant **O** || puer stabat **T** || 16. 17 fecissem hominem occidere sed non possem hominem occidere . bonis **O** || 18 p̄testes **C** pretestes **T**, praedes *ci. Burs.* || temet **C** timet **T**, *corr. Gron.* || 19 accipe **A** || 21 dabo *add. W. Müller* || 23 Pat̄ **C** || 24 nouercam *om.* **B** || ne *om.* **O** || quidam **CTa** || 25 Luli **C** || 27 ne in **A** nō **Ta** || 28 detegere **B**

patererur, obliuiscendum erat mihi patris dum occiderem. Maiore licentia quae non uidemus agimus et quamuis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est; cui parcam parricida non habeo. Non possum gloriari ultione patris; frater illam meus occupauit. Blandi. Quam difficile est filio patrem uulnerare et quam facile priuigno nouercam occidere! Vari Gemini. 'Patrem, inquit, occidisti'. Te- 6
stor uos, iudices, nihil leuiter hae manus faciunt. utrum nolui te occidere, ⟨an⟩ non habui potestatem? atqui uulnerata es: leuiter uulnerata es. quam diligenter seruata es! tu testimonium dic et ostende ⟨istud non uulnus sed argumentum. ostende⟩ uulnus: percussor ille quam timuit, ne occideret! Porci Latronis. Quare lumen adfero? fortius parricidium faciam, si non uidero patrem. Occidere aliquis patrem ante quam n ouercam potest, nouercam ne post patrem quidem potest? Triari. Quis parricidio puras manus seruat et inde incipit, quo peruenire difficile est?

Divisio. Has controuersias quae et ⟨defensio- 7
nem habent et⟩ accusationem non eodem ordine omnes declamauerunt. quidam fuerunt qui ante defenderent quam accusarent, ex quibus Latro fuit. Fvscvs Arellivs: debet, inquit, reus in epilogo desinere. optime autem epilogum defensioni contexet; et ‖ homines magis defendenti quam accusanti

2 Minore **O**, *quare*: Minore reuerentia *Burs.*, minore diligentia *W. Müller*, *an* ⟨nisi uero⟩ minore l.? ‖ 3 facinodis **C** ‖ 5 purgandum **Ta** ‖ cum **T** ‖ purgam **CTa** ‖ * parricidi **O** parricidiū **Ta** purgem parricidio *Burs.* ‖ 11 * utrum non habui potestatem [atqui (an qui **Tb**) uulnerata est uin (ui **Tb**) nolui te occidere ū habui potestatem] at qui (aut qui **T**) **O**; *uerba* [] *inclusa om.* **Ta** ‖ 12 est **Ta** ‖ 13 diceret **C** ‖ 14 *uerba* istud . . . . ostende *add.* **E** ‖ 16 Quale **C** ‖ 18 post] potest **B** ‖ 19 * aliquis **O** ‖ 22. 23 *uerba* defensionem habent et *add.* *Burs.* ‖ 26 reas **A** ‖ epiloquo **Aa** ‖ 27 defensione contexit **O**, contexet *Burs.* ‖ 28 defentiC ‖ quam *om.* **A**

fauent. ultima sit pars quae iudicem fauentem possit dimittere. Quidam permiscuerunt accusationem ac defensionem, ut comparationem duorum reorum inirent et crimen, simul reppulissent, statim transferrent; ex quibus fuit CESTIVS. Hoc non semper expedit. utique ei qui inbecilliorem partem habet, non est utile comminus congredi; facilius latent quae
8 non comparantur. In hac controuersia † et duo tres rei: nouerca enim procuratori coniungitur. itaque ⟨a⟩ fili parte utique aiebat prius accusandum, quia unum deberet crimen defendere, duo obicere, et adulteri et caedis. Si qua sunt ex utraque parte difficilia, non colorem sed argumentationem desiderant; itaque ne modum excedam praeteribo. Circa uulnus nouercae quidam bellas res dixerunt, quidam
9 ineptas, immo multi ineptas. Prius illa quae belle dicta sunt referam. FVSCVS ait: districta leui uulnere est cutis; non credas factum manu priuigni, credas amatoris. PASSIENVS ait: sic leuiter te uulnerauit dextera illa cui nec paries obsistit nec pater? VARIVS GEMINVS dixit: da ferrum testi meo: fortius feriet. CESTIVS dixit, cum descripsisset quam leue uulnus esset: nocueras, inquit, mihi, si amicae tuae nocere potuisses. BRVTVS BRVTTEDIVS cotidiano uerbo significanter usus est: riualem, inquit, occidit, amicam sauciauit. HISPO ROMANIVS eiusdem generis rem dixit: ostende, nouerca, ostende istud quod amator tuus uellicauit. BASSVS SEPVLLIVS dixit: maritum occidit, adulteram strinxit.

2 * a[ad— T]mittere **O**, *corr. ego*, *N. Madvig* ‖ 3 et comparationem **B** et [ut **T**] per conparationem **AT** ‖ irent **O**, *corr. Burs.* 4 transferret **A** transferet **B** ‖ 6 ei *om.* **T** ‖ inbecillorū **A** inbecilliorū **BT** ‖ patrē **CTa** ‖ 8 duo et tres **T** ‖ 10 a *om.* **C** aiebam *Schult.* ‖ 13 difficile **C** ‖ 15 quidem bellas **C** ‖ 16. 17 belle dicte sunt **A** bellae dictas **B** ‖ 17. 18 destricta leui uulnere acutis **CTa** ‖ 19 ait sed **CTa** ‖ 20 dexta **C** ‖ ne **T** ‖ obstitit **E** ‖ 21 Geminius **A** ‖ 22 fieret **B** ‖ 24 Brutedius **O** ‖ 27 nouercā **CTa**

[Verg. Aen. II 40.]

Ex illis qui res ineptas dixerant, 'primus ibi ante omnis' Mvsa uoster, qui cum uulnus nouercae descripsisset adiecit: at, hercules, pater meus tanquam paries perfossus est. Mvrredivs: patrocinium putat esse causae suae quod sanguinem misit. Nepos Licinivs ait: non est istud uulnus, sed ludentis adul teri morsus. Senianvs ex illa stultorum nota sententiam protulit: non uulnerauit, inquit, nouercam, sed uiri sui sanguine aspersit; cum illa uulnerata ponatur. 10

11 Vinicivs, exactissimi uir ingeni, qui nec dicere res ineptas nec ferre poterat, solebat hanc sententiam Seniani deridere et similem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. Senianvs in hac eadem controuersia dixerat: nihil puero est teste certius, utique quinquenni; nam et ad eos peruenit annos ut intellegat et nondum ad eos quibus fingat. Haec finitio, inquit, ridicula est: 'nihil est puero teste certius, utique quinquenni'; puta nec si quadrimus puer testis est nec si sex annorum. Illud etiam uenustissime adiciebat: putes, inquit, aliquid agi: omnia in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio; nihil est autem inamabilius quam diligens stultitia.

12 Montani Votieni sententiam huic aiebat esse similem et deridebat hanc: insomne et experrectum est animal canis, utique catenarius paratus. Erat autem non aequos ipsi Montano. accusauerat illum apud Caesarem, a colonia Narbonensi rogatus.

1 et illis A ‖ 5 quod causae suae O, corr. *Vahlen* ‖ Ne post Licinium CTa ‖ 7 Saenianus C ‖ 8 sanguinem CTa ‖ 9 illi C illic T, *corr. W. Müller* ‖ ponantur CTa ‖ Vinicus C ‖ 10 dicit O, dicere E ‖ 13 ñ mortani O ‖ controuersiā O ‖ 14 dixerant A ‖ oertius A ‖ utque B ‖ 15 quinquenniā A ‖ 16 Et finitio C et haec diffiō T, *corr. Burs.* ‖ 17 est *om.* T ‖ 19 testis erit *Schult.* ‖ illud ē C illud T, *corr. Burs.* ‖ 21 homines C ‖ 22 amabilius O ‖ 23 stultitiā ñtani O ‖ 24 in omne O, *corr. Burs.* ‖ 25 parat O, pacatus *Schott* nihil paratius *Schult.*

at Montanus adeo toto animo scolasticus erat, ut eodem
die, quo accusatus est a Vinicio, diceret: 'delectauit
me Vinici actio'; et sententias eius referebat. ele-
ganter illi dixit Svrdinvs: rogo, numquid putas
illum alteram partem declamasse? Grauis scolasticos
morbus inuasit: exempla cum dixerunt, uolunt illa
13 ad aliquod controuersiae thema redigere. Hoc quo-
modo aliquando faciendum est cum res patitur, ita
ineptissimum est luctari cum materia et longe ar-
cessere, sic quomodo fecit in hac controuersia Mvsa,
qui, cum diceret pro filio locum de indulgentia libe-
rorum in patres, uenit ad filium Croesi et ait: mutus
in periculo patris naturalia uocis inpedimenta per-
ru||pit, qui plus quam quinquennio tacuerat. quia
quinquennis puer ponitur, putauit ubicunque nomi-
natum esset quinquennium sententiam fieri, quia
Latroni bene cesserat qui cum delusisset uulnus
exiguum dixit: aspicite istam uix apparentem cica-
tricem: rogo uos, non putetis puerulum fecisse et
14 ne puerulum quidem quinquennem? Gallvs Vibivs
inprobam dixit sententiam, cum caedem describeret:
occidit, inquit, maritum, nouercam laesit, puero pe-
percit: etiamnunc putabat suum. Valde enim puero
Cestivs aiebat parcendum; itaque dixit, cum lau-
daret eius testimonium: procuratorene natus es?
Hermagoras hunc sensum decentius posuit: *κατὰ
τὸν ἀδελφὸν ἢ μή*; Blandi sententia laudabatur,
cum descripsisset ⟨a⟩ puero demonstratum procura-

1 tota anno **C** ‖ 2 est *om.* **T** ‖ auitiniō **A** ‖ dicectaū me **C** ∸ diiectauit me **T**, *corr. N. Madvig* ‖ 3 Vinitia actio est **T** ‖ alleganter **B** ‖ 6 morus **Ta** morbinuasit **C** ‖ uolūtes illa **Ta** uolentes illa **Tb** ‖ 7. 8 Hoc quod **T** Hoc qđ homo **C**, *corr. Burs.* ‖ 11 locum det **Ta** ‖ indulgentiā **Ta** ‖ 13. 14 corrupit **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 17 Latrone **Ta** ‖ diluisset **A Tb** deluisset **B Ta**, *corr. Burs.* ‖ 19 fecisset **Ta** ‖ 20 Gallius **B** ‖ uiuis **O** ‖ 22 matritum **C**, patrem *N. Madvig* ‖ 25 procuratorem **C** procuratore **T**, *corr. Burs.* procuratori nothus *ci. Gron.* ‖ 26 Hermacotas **O** ‖ dicentius **A** ‖ 27 Ματατονα ΔΗΛΦΟΝΗΜΝ **O**, *corr. Burs.* ‖ Blandis **C Ta V** ‖ 28 a *om.* **C**

torem: digitum multa significantem! Evctemon dixit: *μητρυιά, χρηστὸν εὗρον μάρτυρα. ὦ παιδίον εὐσεβές! ὦ παιδίον ἀνάξιον τῆς μητρὸς, ὅλον δὲ πατρός!* Mvrredivs mimico genere fatuam sententiam dixit, cum dixisset nouercam disputare contra filii sui testimonium: facit, inquit, quod solet; pro amatore sanguini suo non parcit. Nicocrates Lacon aridus et exsuctus declamator dixit: *τοῦ μὲν ἰδίου μάρτυρος ἐφείσατο, τοῦ δ' ἐμοῦ κατεφρόνησεν.* Hermagoras cum miserabilem dixisset pueri condicionem esse, qui infestae nouercae et procuratori redderetur, dixit iam procuratorem clamare: *οὐκ ἔστιν ἡμέτερος.* || 15

## ⟨CONTROVERSIA XXI.⟩

Thema: Tyrannus permisit seruis dominis interemptis ⟨dominas rapere⟩. profugerunt principes ciuitatis; inter eos qui filium et filiam habebat profectus est peregre. cum omnes serui dominas suas uitiassent, seruos eius uirginem seruauit. occiso tyranno reuersi sunt principes; in crucem seruos sustulerunt; ille manumisit et filiam conlocauit. accusatur ⟨a filio⟩ dementiae.

Argentari. Haberemus solatium, si has nuptias tyrannus fecisset, non pater. Habe nunc illi honorem: fac dotalem, sine dominam custodiat. Sanum 1

2 *sq.* ΜΕΤΡΥΙΑ ΧΡΗCΟΝ ΕΜΠΟΝ [ΕΜΠΟΝΕΜΠΟΝ **A**] ΜΑΡΤΥΡΑ ωΝΑΙΛΙΟΝ ΕΥCΕΒΕ ΤΟΠΑΙΔΙΟΝ ΑΞΙΟ ΙΗCΗΜΗ [ΜΗCΜΗ **V**] ΤΡCΟΛΟΝΚΠΑΤΡΟC **O**, *corr. Burs.*, *δὲ O. Iahn* || 4 minima **TaV** mimia **A** || 5 disputarem **C** || 7 sanguine **TaV** || sui **C** || 8 aridū **C** || exuctus **O** || 9 ΙΔΙΟΥ **O** || ΕΦΗCΑΤΟ **O** || 10 ermacotis **AT** ermacotus **B** | miserabile **C** || condictionem **TV** || 12 procurtatorem **A** | 15 Tyrannus thema **C** Thema Triarius **Ta** || seruisi **C** seruis ut **T** || 16 dominas rapere *om.* **C** *add.* **E**, dominab; suis nubant **T** || principe **C** || 22 accusator **B** || a filio *add.* **E** || 24 hunc **BT** || honore **B** || 25 domina **B**

putatis esse qui maluit tyrannum imitari quam ser-
uum? Pater noster honestis parentibus natus — qui
enim aliter condicionem matris nostrae habere po-
2 tuisset, si tantum ingenuus fuisset? Cesti Pii. Soror,
opto tibi perpetuam sterilitatem. Cum dicerem:
'manumittamus seruum', aiebat: 'expectemus sororis
nuptias'. Ergo tibi, soror, ut honestos habeas liberos,
adulterandum est? Fecit se similem tyranno, filiam
raptis, libertum cruciariis. Plus seruo dominus per-
misit quam tyrannus. Qui facit has nuptias <aut>
insanus est aut tyrannus. Quis hoc potest credere,
optandum filiae fuisse ne finiretur tyrannis, ne re-
diret pater? Si interrogauero patrem, quod grauis-
simum in tyrannide fuerit scelus, si sanus est respon-
3 debit: quod dominae seruis conlocatae sunt. Fvlvi
Sparsi. Eligitur maritus quem sanus pater dotalem
dedisset. Gener tuus ipsis nuptiis crucem meruit.
Egregium generum in quo nihil est gloriosius quam
quod inter cruciarios non est! Grauissima ipsi quo-
que seruo facta est iniuria: dominam suam illi non
licuit seruare uirginem. Blandi. Fecit etiam seruo
iniuriam ||, cui detraxit abstinentiae gloriam. Nuptiis
suis manumissus est. O matrimonium omni adul-
4 terio turpius! Ivli Bassi. Liberata republica quod
me tristem uidistis, nolite mirari: nobis etiamnunc
uiuit tyrannus. Virginitatem quam <sub> tyranno
seruauerat, perdidit sub patre. Dic, furcifer, cui so-
rorem meam uirginem seruasti? dic, si placet, 'mihi'.
Non uitiauit, inquit, cum liceret illi. Itane nuptiis
dignus est quia indignus est cruce? ex cella sua in

1 putetis **B** || 2 natusq; enim **C** || 5 perretuam steritatem **C** || 6 asaebat **C** || sororias **O**, *corr. Burs.* || 7 liberas **A** || 8 Fecisse **O**, *corr.* **E** || 9 crucariis **O** || 10 quisquis **E** || aut *add.* **E** || 12 tirannus **A Ta** || redit̃ **C** || 13 interrogo uero **A** || 14 si famis est **A** || 15 filius **A** Fuluis **B Ta** || 16 marutus **A** marcitus **B** || 18 gloriosus **C** || 19 crucarios **O** || ipsis **Ta** || 20 illi *om.* **T** || 21 licuit illi **T** || 23 manumissis **C Ta** || adultero **T** || 25 me *om.* **A** || triste **B** || minari **Ta** || 26 sub *add.* **Tb E** || 29 uintiauit **C** || itane c̄ [*del.* **A**] nuptis dignus est **C** itane dignus est nuptiis **T** || 30 celsa **A** ||

dominae migrabit cubiculum, uel domina ex cubiculo suo migrabit in cellam? CORNELI HISPANI. 5 Melioris condicionis sunt uitiatae quam uirgo: illis tamen mutare nuptias contigit. Quare, tyrannicida, praemium accepisti? etiamnunc aliqua ex edicto tyranni nupta est. Qui edictum tyranni fugerat redit cum edicto. Dementia hoc patris factum est, ut tyrannum accusare non posset. Quid? ille, inquit, filiam meam uirginem alteri seruauit. nunc maritus est, qui sub tyranno quoque nihil amplius potuit quam raptor esse. Is qui dotalis destinatus erat, custos relictus est. propositum est edictum, quod ne ferremus fugimus. nihil per totum publicae seruitutis spatium indignius uisum est, nihil dis hominibusque minus ferendum. itaque tyrannus post hoc occisus est. Desponsa est puella; omnia ex edicto tyranni facta sunt. ALBVCI SILI. Egregius gener 6 cuius haec una gloria est, quod comparatus cruciariis frugalior est. Melius seruus custodiuit dominam quam pater filiam. <Propitius pater ita filiam> suam collocauit, quemadmodum iratus tyrannus alienas. Inimici tibi nepotes precantur. Cum sanus pater fuit, ne has uideret nuptias fugit. Parum putatis magnum argumentum dementiae, quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, seruos in crucem? Quomodo qui sic fugis, sic conlocas? honestius exul es quam socer. Si uoles inuenire generi

sua. domine migrauit **A** suai dominae migrauit **B** sue dominae migrauit in **T**, *corr. Burs.* ‖ 1. 2 *uerba* cubiculum ... migrabit *om.* **A** ‖ 2 migrauit **BT**; *ceterum aut* uel seruus *addendum* (*W. Müller*) *aut* an uero domina *scribendum* (*Schult.*) ‖ 3 uitiqate **A** ‖ illi **A** ‖ 4 contingit **C** ‖ tirancida **A** ‖ 5 aliquā **CTa** ‖ 7 estī **T** ‖ 8 non *om.* **T** ‖ Qđ ille **T** ‖ 9 alteri *om.* **T** ‖ 11 is *fort. del.* ‖ dotales **Ba** ‖ 12 nec custos *Schult.* ‖ relictū **CTa** ‖ 13 ferraemus **B** ‖ 15 inferendum **C** ‖ 16 est eius **T** ‖ 18 crucaris **CTa** ‖ 19 custodit **C** ‖ 20 *uerba* Propitius ... filiam *add.* **E** ‖ 21 quaeadmodum **B** ‖ 27 inuenires **C** inuenies **Ta**

7 tui propinquos, ad crucem eundum est. Arelli Fvsci patris. Ex seruo gener, [et] ex domina uxor, ex domino socer factus est. quis has nuptias non tyranni putet? Patrem tyranni criminibus accuso, tyrannum patris. Quid ⟨de⟩ tyranno querar? patri similis est. quid de patre non querar? tyranno similis est. Miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, ⟨sub patre tyrannum desideras⟩. Id in filia tua coegisti, quod tyrannus tantum permiserat. Nunc nobis, pater, si sanus es, exulandum est. quid enim miserius accidere potest, quam is status in libertate quem ceteri uix ⟨ferunt⟩ in seruitute? fugimus ⟨ne⟩ seruiremus. Felicitatem nostram in calamitatem conuertit: aliquanto enim fuit satius cum ceteris contumeliam ferre, quam liberatis omnibus solos in tyrannidem reici. Seruo libertatem dedit, filiae seruitutem. Seruo filiam dedit, innocentiam abstulit. Nescio quid sibi uelit quod serui meritum laudat: tyrannum enim laudare debebat. Seruus noster ⟨non⟩ stultus tergus ⟨et⟩ caput suum deliciis praesentibus praetulit. Si dixerit ⟨se⟩ extimuisse tantum nefas, laudabo et hanc illi etiam nunc optabo mentem.
8 Ceterae honestos inuenerunt sibi uiros; haec talem habet quales illae in tyrannide habuerunt. soror mea ancillulae paelex est, et ut domina nuberet con-

2 et *del. W. Müller* ‖ domino **B** ‖ 5 de *om.* **C** ‖ queror **AT** quaeror **B**, *corr. Schult.* ‖ 6 *uerba* quid . . . similis est *om.* **A** ‖ 8 *uerba* sub . . . desideras *add.* **E** ‖ 9 tyrann' tan' tantū ꝑ militia tua coegisti quod tyrannus tantum permiserat **C** ‖ 10 sanus ē **B Ta** sannus ē **A** ‖ exultandum **A** ‖ 11 accedere **A** ‖ quam is sta [ista **B**] tis in libertatem **C**, statis **Ta** ‖ libertatem **T** ‖ 12 ferunt *om.* **O**, *quare fort. scr.*: quam ista pati in libertate quae ceteri uix in seruitute *Burs.* ‖ seruitutem **O** ‖ 13 ne *om.* **C** ‖ seruiremus *om.* **T** ‖ 14 conuertat **Ta** ‖ fugit **Ta** ‖ 15 libertatis **B** ‖ 19 ñt **B** ‖ non *add. Burs.* ‖ 20 tergum **Tb** ‖ et *om.* **O** ‖ 21 dixis extimuisse tantum **C** dixisset timuisse tantum **T**, *corr. Burs.* ‖ nefas *om.* **T** ‖ 22 et et hanc **C** ‖ aptabo **A** ‖ 23 seruos **O**, sibi uiros *Burs.* ‖ 24 illi **A** ‖ sorore **C** ‖ 25 meta **B** ‖ ancillae pelex **T** ‖ sed ut **O**, *corr. Burs.*

serua de cellulast eiecta. Nullum in tyranno maius scelus fuit quam quod tibi libuit imitari. O te, soror, miseram, quod ista non sub tyranno passa es! iam enim pati desisses. Hoc tu putas praemium esse: quia dominam non uiolauit, uiolet quantum uolet? iste uero, ut dices, iniuriam tibi fecit, quia adfinitatem tuam moratus est. si non cessasset, iam fortasse ex illo nepotes habere||mus. Habeamus generum, si possumus, parem; si minus, non erubescendum, cui cognatus sit aliquis, cui sacra aliqua et penetralia in quae deducatur uxor, quem adiungamus ad domum, non quem ex censu deleamus. PORCI LA- 9
TRONIS. Qui omnia tuleramus, hoc fugimus. Vocat seruum et quia crucem non meruerat, mereri iubet. Itane, furcifer, tu potuisti dominam complecti? putasti aut semper tyrannum uicturum aut semper ⟨dementem⟩ futurum patrem? Felicissimi uidebuntur quibus contigerat raptus tyrannicus. Ita sine dubio beneficium dedit, quod custodiuit dominam a stupro, se a cruce? Cum infelice face ad dotalem suum noua nupta deduceretur, si qua fides est, exhorrui quasi repositum esset edictum. Cogitabam quem sorori uirum eligerem. simpliciter fatebor: fastidiebam iam eas condiciones quae ante profectionem fuerant; aiebam: illo tempore et aliae uirgines erant. 'Non uitiauit, inquit, ⟨sub⟩ tyrannide'. O nos felices, si ne nunc quidem! TRIARII. Age, hoc non 10

1 * cellulas O || iecta C facta Ta exacta Tb || magnus Ta || 2 atibi C, *an* patri? || 4 desisset C || 5 uolet C Ta || 6 * qui O || 7 cessas etiam C Ta cessasset Tb || 8 n̄c potes Ta || Habemus C Ta habebimus Tb || 9 parem similem si (sin T) minus O || 10 *alterum* cui *om.* B || 11 ducatur T || quem quē C || 12 censū O || 13 ama B || hos O || 14 meruerā C Ta || 16 autem per O, *corr. N. Faber* || te uicturum T || 17 dementem *add. Burs.* || felicissimae *N. Faber* || 18 contegerat C contigerit T, *corr. Burs.* || tyrannus O, *corr. Schult.* || 19 custodit C || 20 faciat dotalem O || dotalem seruum *Schult.* || 23 patebor C || 25 tempore me talie [talia B] O || 26 sub *om.* C || tyrannidae C || 27 Triarius T Triariis C, *corr. Burs.*

est praemium, unum spectare omnium cruces? Certum habeo, si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendae sunt. Vari Gemini. Eadem hora et libertum fecit et generum. hoc fecisti quod tyrannus non cogit nisi cum irascitur, seruos ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes qualem? ut illi laudationem suam reddam, nempe frugi seruum. Seruis tuis pariturast fratres. Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrannidis mala, tamen tristiora exponam quae post tyrannidem gesta sunt. Non dubitabam quin esset tyrannicidae nuptura. Si ‖ sub tyranno uitiata esset, ⟨solacium⟩ haberemus hoc: non tibi uni accidit. Nondum occisum tyrannum puto, etiam-
11 nunc tyrannicas nuptias uideo. Marvlli. Nunc sciam an merito libertatem acceperis, si liber non merueris crucem. hoc quod obicio qui in pluribus fecit, occisus est. P. Vinici. Nunc in domo nostra matrimonium est, cuius me puderet etiam si raptus esset. Quam miseros putatis, iudices, esse quibus duo quae miserrima sunt optanda fuerunt, tyrannus et raptor? Vna genero tuo commendatio est, quod se aliquando ista puella putauit indignum. Valli Syriaci. In ea condicione, iudices, sumus, ut consolari debeamus sororem, quod aut rapta non sit aut nupserit. et tamen quid ille meruit quamdiu
12 per dominum licuit innocentissimus seruus? Sepvlli Bassi. Nuptias clausa domo fecimus. in contubernium deducta serui domina est: ita iste dexte-

4 maiorem **C** ‖ 6 fecit **T** ‖ 9 patura **A** paritura **BT**, *corr. Burs.* ‖ 10 ad positionem **A** ‖ 11 tristior **C** ‖ 13 essem **O** ‖ ruptura **C** ‖ sis **A** s; **T** ‖ 14 solacium *add.* **Tmg** *Gron.*, *trium litterarum spatium in* **B** ‖ 15 iuni **C** ‖ Nundum **B** ‖ 16 Marilli **O** ‖ 17 sciam hanc **C** ‖ 20 minus puderet *Schult.* ‖ raptus ē **A** ‖ 21 quidem **C** equidem **T**, quibus *Burs.* ‖ 22 miserrimam **C** ‖ 23 generatio **A** generi tuo **BT**, *corr. Burs.*

ram sororis meae nisi dum manumittitur ⟨non⟩ contigit? POLLIONIS ASINI. Inter nuptiales fescenninos in crucem generi nostri iocabantur Miserrimum egisse me diem memini quo seruire coepit respublica, miserrimum egisse ⟨me⟩ diem memini quo in exilium fugimus: inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror, fortasse uernularum tuorum nouerca es. Pater, uolo ducere uxorem: dic quam mihi ex ancillis despondeas.

Contra. ALBVCI SILI. Seruauit dominam. si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset.

DIVISIO. LATRO in has quaestiones diuisit: an 13
etiamsi non debuit filiam sic collocare, damnari tamen ob hoc non possit dementiae. Licet, inquit, mihi filiam meam cui uelim conlocare: isto modo et repudium ⟨cum⟩ remisero genero accusabor. Male conlocaui filiam: et multi alii. Quid tibi uidentur hi qui abducunt filias suas a † uari. sed male eam . . . . . . nec ‖ ob hoc damnabor. Tu patrem debes dementem accusare, non sanum regere. Ego istud an sine ratione fecerim uidebimus: satis est si sana mente feci. Deinde: an sic filiam conlocare debuerit. Hoc in haec diuisit: an etiamsi bene meruit seruus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia. deinde: an bene meruerit. De facto serui primum disputauit, deinde de animo. Factum quale enim est? dominam non stuprauit. auge beneficia: nec

1 nisi *om.* **A** ‖ non *om.* **C** ‖ 2 Popillionis **C** ‖ asinis **O** ‖ nuptia **C** nuptias **T** ‖ 3 miserrima **O** ‖ 4 diem egisse **O**, *corr. W. Müller* ‖ 5 quod **AT** ‖ 9 c̄ **CTa** ‖ hacillis **Ta** achillis **C** ‖ 11 iudicasset **C** ‖ 13 collocari **CTa** ‖ 14 ab **O** ‖ 15 uellim **B** ‖ iste **Ta** ‖ 16 cum *add. Burs.* ‖ accusator **T** ‖ 17 collocauit **T** ‖ ali **C** ‖ 18 abdicant *uolgo*, addicunt f. s. auaris **Tmg** ‖ a uiris ? ‖ 18. 19 mala causa est **Tb** ‖ 19 ⟨conlocaui, sine ratione:⟩ *add. Vahlen* ‖ 21 sane **Ta** ‖ 22 fecit **CTa** ‖ 23 etiam sine meruit **C** etiamsi meruit **T**, *corr. Burs.* ‖ 25 meruit **A** ‖ 26 de *om.* **Ta** ‖ quale non **T** qualem num est **C**, *corr. Burs.* qualenam *N. Madvig* ‖ 27 non *del.* **Tb** ‖ strupauit **A** struprauit **B**

dominum occidit nec adulter domino uenenum dedit. non est beneficium scelere abstinere. et tyrannus permisit dominas rapere, non coegit. Deinde hoc beneficium eius quod laudas serua: alioqui iniuriam fecit, si non subducta est iniuriae sed reseruata: tunc tamen solacium fuisset, cum multis pati. Denique aliae in tyrannide passae sunt, haec in libertate; ceterae absentibus suis, haec praesentibus; in aliis stuprum uocabatur, in hac matrimonium: in aliis finis expectabatur iniuriae, in hac nullus; denique illarum stupratores suffixi sunt, huius manumissus est. Deinde <de> animo serui.

14 Latro colorem a fili parte, quare non uitiasset seruos, hunc fecit: timuisse illum supplicium, scisse futurum, ut liberata republica omnes poenas qui contaminassent dominas suas darent; et aduentare iam tempus ultimum tyrannidi uidebatur tum ad summam perductae rabiem, quae numquam nisi ex desperatione fit. Itaque cum uideret, inquit, suffigi cruci seruos, clamabat: hoc ego futurum sciebam. In ultima oratione Latro dixit: serui quoque nomine tecum queri possum, quem, qui frugi fuerat, nequam fecisti. Albvcivs hoc colore usus est: inmatura etiam puella nec adhuc iniuriae idonea, et ideo illam non abduximus, quia aetatis beneficio ty-
15 rannidem sentire non poterat. Cestivs ‖ dixit: ego plane non sum detracturus seruo suam laudem: habuit bonam mentem; sperauit posse fieri, ut, si uirginem seruasset, nuptiis dominae manumitteretur. Varivs Geminvs ait: fortasse amicam habebat: hac

1 ne adulteri **C** ‖ 3 domina **C** dominā **T**, *corr. Burs.* ‖ 4 seruos **O**, *corr. Burs.* ‖ alioquin **T** ‖ 6 denique] quod **E**, *an* pati idem. Quod ? ‖ 9 alis **C** ‖ struprum **A** ‖ 10 alis **C** ‖ sinis **B** ‖ 11 suffixis huius **A** ‖ 12 de *om.* **C** ‖ 17 cum **O** *et* 18 perducta **O**, *corr. Schult.* ‖ 19 deparatione **B** ‖ sufficit **C** ‖ 24 etiam] erat ? *Burs.* ‖ 25 adduximus **BT** ‖ qui etatis **B** q[i]a& atis **A** ‖ 26 Certius **B**

delectatus <est>; nam quidam uirginum concubitum refugiunt. fortasse sciuit illam non esse passuram et, illud quod nequam quoque seruos interdum frugi facit, malam fortunam timuit. Et hanc sententiam quae ualde circumlata est adiecit: an enim furcifer auderet cum domina concumbere, nisi illi pater permisisset? et illud dixit: ad hoc, pater, ab exilio redieras? in exilium ergo quid fugimus? BVTEO uoluit 16
uideri re uera mente lapsum patrem, et in narratione hoc dixit: quam maestus uenit domum ab edicto tyranni! quantum in sinu filiae fleuit! puto illo tempore mentem esse concussam. VARIVS GEMINVS de abstinentia sic: contaminare dominam suam et trahere in cellam non est ausus. nisi forte hoc modo mauis narrem: iam tunc sperare sororis nuptias coeperat. A parte patris magis defensione opus esse 17
dicebat LATRO quam colore. VARIVS GEMINVS factum ipsum defendit: magnos uiros fecisse, ut libertinas uxores ducerent. M. Cato, inquit, coloni sui filiam duxit uxorem. 'sed ingenuam'. respondeo: sed Cato: plus interest inter me et Catonem quam inter libertum et colonum. Quam multa commoda haberet subiectus et obsequens maritus. non petulantiam timebit, non uerborum contumeliam, non paelicem, non repudium. filiam meam domi semper habebo; quam eo magis desidero, quod adeo diu ab illa afui. Deinde factum liberti laudauit. ALBVCIVS et philo- 18
sophatus est; dixit neminem natum liberum esse, neminem seruum; haec postea nomina singulis inposuisse fortunam. Denique, inquit, scis et nos

1 delectactus **B** ‖ est *add. Schult.* ‖ ñ quidam **O** ‖ 2 scit **O** ‖ 4 mala **B** ‖ 5 an eum **Aa** ‖ furgifer **C** ‖ 7 redicbas **O**, *corr. Schult.* ‖ 8 ū ex illum **Ta** ‖ Butheo **B** ‖ 9 lampsum **B** ‖ patre **A** ‖ narrationē **C** ‖ 10 educto **B** ‖ 14 cellea **C** ‖ 15 sorori **A** ‖ 18 magnus **C** ‖ te **O**, me *Schult.* ‖ 20 respondeam **T** ‖ 23 maturitus **O** ‖ 25 habeo **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 26 abeo [habeo **A**] dina illa fide inde **O**, *corr. Schult.* ‖ 28 latum **C** natum **T** natura **E** ‖ 29 posita **C** ‖ inposuisset **CTa**

nuper seruos ‖ fuisse. Retulit Seruium regem. Silo
Pompeivs hoc colore usus dixit: exhaustum tyran-
nidis iniuriis patrimonium; non habuisse se dotem
quam daret. Argentarivs uoluit uideri, puella uo-
lente se fecisse. uisa est, inquit, indulgere illi; certe
19 debuit. Gavivs Sabinvs hoc colore usus est, ut in
quantum posset dignitatem suam destrueret et hu-
militatem confiteretur. et ideo, inquit, facilius po-
tuit non uitiari quia nemo in domum nostram oculos
dirigebat. et cogitaueram, inquit, ⟨quid⟩ facerem, cui
conlocarem, quaerendus mihi erat gener aliquis
libertinus. quid ergo? alieno potius liberto? hunc
iam noui; scio cuius in nos adfectus sit; si moriar,
scio me meam filiam apud hunc tuto relicturum.
Et hanc sententiam adiecit, quae ualde excepta est:
eum non contempsi generum qui tyrannum con-
20 tempserat. Accivs Postvmivs hoc colore usus est:
nihil est, inquit, inuidia periculosius; hanc sapientes
uiri uelut pestiferam uitandam esse praecipiunt:
hanc uitaui. ingens inuidia erat: nemo non no-
bis obiecit fortunam liberorum nostrorum. oderant
filiam meam feminae, me patres, quasi publici mali
segregem ⟨et⟩ exprobratorem: quo uno modo ho-
neste potui feci filiam meam ceteris similem, fortu-
nam meam publicae parem: detracta omnis inuidia
est; filiam non habeo honestiorem quam uos, ser-
21 uum frugaliorem habui quam uos. Hispo Roma-
nivs dixerat: maritum autem ego istum uocem

1 seruum **O** ‖ 2 ethaustum **A** exhaustus **T** ‖ 4 puellā **Ta** ‖ 4. 5 uolentes effecisse **C** ‖ 6 Gauis **A** Gaius **BT** ‖ 8 confitetur **A** ‖ 9 uitiaui **O**, *corr. Gron.* ‖ 10 * et fueram **O**, dubitaueram *Madvig*, et puella *Burs.* ‖ quid *add. Schott* ‖ 14 meiam **A** ‖ hanc **C** ‖ tutorem licturum **O**, *corr. N. Faber* ‖ 16 quid **C** ‖ contemserant **O** ‖ 17 Accaus **O** ‖ 18 inquit nihil est **O** ‖ 19 rertiferam **C** pestiferū **Ta** ‖ praecipunt **A** ‖ 20 uita [ita **T**] uincens inuidiam eram hic nunc nobis obicit **O**, *corr. Burs.* ‖ 22. 23 publicis malis gregem **O** ‖ 23 exprobatorem **C**, et *add. Schult.* ‖ qui **Ta** ‖ 24. 25 fortuna mea publicae partis **O**, *corr. N. Faber* ‖ 27 flagaliorem **A** flagariolem **B** ‖ Romanus **AT**

raptorem serotinum? Verbum hoc, quasi aput antiquos non usurpatum, quibusdam displicebat. eiusdem uerbi significatione, ut extra reprehensionem esset, usus est GAVIVS SABINVS cum diceret, nondum esse consummatam aduersus seruos publicam uindictam: etiamnunc in domo nostra residuus raptor est. SATVRNINVS ‖ FVRIVS qui Volesum condemnauit, maius nomen in foro quam in declamationibus habuit; solebat tamen tam honeste declamare, ut scires illum huic materiae non minus idoneum esse, sed minus familiarem. Is in hac controuersia cum L. Lamiae filio declamaret, dixit sententiam: ὁ μὲν πατὴρ χείρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ. Ex tabellis emptionis multi sententiam trahere temptauerunt. ALBVCIVS dixit: profer mihi tabellas. quid hoc est? generum socer mancipio accepit.
TRIARIVS dixit: 'fugitiuum, erronem non esse': ita 23
si malum auctorem habemus, gener noster fugitiuus est? BLANDVS dixit: relegamus auctoritatis tabellas: 'furtis noxaque solutum'. haec generi nostri laudatio est. GALLIO dixit: furtis, noxa solutus est. SPARSVS dixit: ostende tabellas. quid nobis cum isto genero? prior dominus promisit fugitiuum non esse. gratulor uobis, posteri: patrem fugitiuum non habebitis. VARIVS GEMINVS dixit: 'erronem non esse'; adicio fugitiuum non esse, adicio noxa furtisque solutum. numquid de generi tui nobilitate detraxi?
POLLIO aiebat ridere se, quod declamatores 24

1 quasi **A** ‖ amputanti quos **C** amputāti quod **T**, *corr. Burs.* ‖ 2 usurpantum quidam **B** ‖ 3 significationem **O**, *corr. Burs.* ‖ rem prehensionem **B** ‖ 4 granius sauinus **O**, *corr. Schott* ‖ 5 consūptum **T** ‖ 7 Saturnininus **B** ‖ uoles [uolēs **Tb**] uel **O**, *corr. I. Lipsius* ‖ 12 fili **C**, fili ⟨partem⟩ *Burs.* ‖ 13 VETONEN **A** ‖ 14 emptiones **A** ‖ 15 Albucium **C** ‖ 17 fugitium errorem non esses **CTa** ‖ 20 solutus **T** ‖ 21 se [est **T**] calio **O** ‖ solutur **B** ‖ 24 oratulor **A** *m. pr.* cratulor **B** ‖ 25 habebimus **B** habetis **T** ‖ errorem **CTa** ‖ 27 solum tum **CTa** ‖ nobilitatem **C**

decreuissent hunc utique empticium esse. Mirari uos puto, quod in hac controuersia omnes declamatores mentis sanae fuerint. non fuerunt. Nepos Mamilivs cum hortaretur libertum ad repudium sororis, dixit: refer nobis gratiam et tu sororem meam manumitte. Nepos Licinivs illi non cessit; dixit enim: sub illa subsellia transite serui, transite liberti, empta cognatio. et cum illum sensum elegantem et ab omnibus iactatum corripuisset: 'soror, opto tibi sterilitatem', adiecit: nec est quod mireris me timere partum tuum: ⟨certum⟩ habeo sic nasci tyrannos. ||

## ⟨CONTROVERSIA XXII.⟩

Thema: Proditionis sit actio. Pater et filius imperium petierunt: praelatus est patri filius. bellum commisit cum hoste; captus est. missi sunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus illis occurrit pater cum auro; dixit, filium suum crucifixum esse et se aurum ad redemptionem tulisse. illi peruenerunt ad crucifixum imperatorem; quibus ille dixit: 'cauete proditionem'. Accusatur pater proditionis.

1 Albvci Sili. Quid desideratis ultra? imperator ⟨supplicium tulit, proditor⟩ pretium. Tristiorem istum uidimus cum filius imperator renuntiatus est quam cum captus. Redde rationem, quemadmodum

2 controuersiam **C** || 3 mentis suae **O**, *corr. Burs.* || 4 mamblius **A** || libertium **C** || 5 sosoris **B** || subito in illa *Schult.* 8 empt$\overset{a}{e}$ **A** || 9 subripuit sed **O**, *corr. Gron.* || 11 certum *add. Schult.* || 16 commisi **B** || cum *om.* **A** || misissū **A** missi sū **B** || 20. 21 peruenerunt fixum **C** || 22 accusatus **Ta** || 23 Albucini **B** Quod **C** || imperatur **T** || 24 *uerba* supplicium tulit proditor *add.* **E** || 25 filiis **C** || enuntiatus **O**, *corr.* **E**

redieris tutus, senex, solus cum auro, cum etiam imperatores capiantur. Imperator adulescens renuntiatus est omnibus laetis praeter patrem. CESTI 2
PII. Plus accepit auri, quam quod posset abscondi. nolite mirari: et imperatorem et filium uendiderat. 'Cauete proditionem'. iam comitiis cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. Cum ⟨de⟩ redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt praeter competitorem. ⟨'Cauete proditionem'.⟩ indicium fuit morientis breue, fili uerecundum. BLANDI. Quomodo te dimiserunt? si nihil aliud, et ducem genuisti et dux esse uoluisti. Si non decreueramus, consilium nostrum expectare debuisti; si decreueramus, officium. ARELLI FVSCI patris. Vnde tam graues paterni sinus? numquid ossa fili reportant? Expectat uidelicet iudicia uestra reus: tamquam nesciat quid de illo sentiatis. Non tu semel apud hostem fuisti, sed nos ‖ semel legatos misimus. Imperator non audet nominare te, tamquam patrem. IVNI GAL- 3
LIONIS. Fuit adulescens optimus, uerecundissimus, qui patri suo cessisset, si salua pietate potuisset. Iterum nobis inter uos, patrem et filium, iudicandum est. Candidatus processit contra patrem: si silentium eius intellegere scissemus, et tunc nobis uerecunde indicauerat. Habebas apud hostes auctoritatem: apparebat te reipublicae irasci. Legati nostri aurum ferebant, pater auferebat. Dixeras illos sero

d
1 redieris **C** ‖ tueius **A** ‖ 2 capiuntur **O**, *corr.* **E** ‖ 3 Certi **B** ‖ 4 quam cum **B** ‖ 5 filium eius **A** ‖ 6 comitis **C** comites **T** ‖ 8 de *om.* **C** ‖ redemptionem **C** ‖ curiā **O** ‖ 9 *uerba* cauete proditionem *addidi propter* **E** ‖ 11 Quodmodo **CTa** ‖ 12 dua **C** tu **T**, dux **E** ‖ 13 concilium **T** ‖ 13. 14 expectari debui si decreueramus consilium nostrum expectare [—ri **A**] debui si decreueramus **C** expectari debuit si decreueramus **T**, *corr. Burs.* ‖ 14 Arellius **O** ‖ 15 sinos **C** ‖ 17 quod **Ta** ‖ 19 testā quam **C** ‖ 21 salua rep. id facere ? ‖ 22 uobis **O**, nobis *Schult.* ‖ 24 intelligeres **T** ‖ * scissent s et **A** scissem·s. et **B** s·cisses et **T** ‖ nc̄ **Ta** ‖ uobis **O**, *corr.* **E** ‖ 25 Habebat **B** ‖ 27 autrū **A** ‖ adferebat **O**, *corr. Burs.*

uenturos: non peruenerunt sero; imperatorem nostrum conuenerunt. Imperator istum accusat, nos subscribimus. hoc fuit imperatoris nostri testamen-
4 tum. 'Obice, inquit, aliqua ante actae uitae crimina'. Non possum: uerecundum conpetitorem habuisti; multum tacebat. quod possum tibi maius crimen obicere? filius tibi tuus credi rempublicam noluit. Non est qui dicas: quem misi ad hostes? tamquam ipse ire non possis. Cur tam cito reuerteris? diutius nos contra filium rogasti quam pro filio hostem. Non immobilis stetisti, non illic quasi et ipse adfixus haesisti. quid tam cito recedis? etiamnunc uiuit, etiamnunc loquitur. recessurus interroga, si quid uelit mandare. Voce proditionem coarguit, si-
5 lentio proditorem. Intellego quanto istum periculo offendam. quemadmodum enim iste accusationem uindicabit? cruce. Omnibus argumentis premitur: dabo qui uiderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo testem et, ne quid de dignitate dubitari possit, imperatorem. de hoc utcumque uolet dicat: 'inimicus est', hunc indicauit. Vtrum tantum auri erat, ut appareret etiam non quaerentibus, an tam suspectus eras, ut quemuis <tui> admoneret proditio caueri iussa? Optimus adulescens, optimus imperator, qui reipublicae curam agere ne in cruce quidem desiit, dignum te ‖ non putauit filius cui diceret:
6 'caue proditionem'. Vari Gemini. Nolite omnia expectare ab accusatore et occupato et uerecundo:

1 nonue **O**, non *Burs.* ‖ 3 hoc fuit imperator istū accusat nos subscribimus. huc fuit imperatoris nr̃m [—ri nr̃ı^m **A**] **C** ‖ 7 crede **Aa**, credere **E** ‖ 8 quid **Ta** quod **Tb** ‖ emisi **A** ‖ 9 posses **T** ‖ 11 immobilis deriguisti **E** ‖ illi **O**, *corr.* **E** ‖ qua et **B** ‖ 13 recensurus **A** ‖ 14 uoçē **A** ‖ 15 periculū **Ta** ‖ 16 accusatorem *Gron.* ‖ 17 uindicauit **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ 18 quia **Ta** ‖ adierint **B** ‖ 20 * utrum uolet **T** ututrum uolet **C** ‖ 22 etiam nunc **O** ‖ tantā **T** ‖ 23 quamuis [quemuis **Tb**] quamuos **AT** quamuis **B** ‖ tui *add. N. Madvig* ‖ admonere **CTa** ‖ proditionem cauistis **O**, *corr. N. Madvig*, quamuis non admoniti proditionem caueretis *Burs.* ‖ 26 disiit **B** ‖ 28 occu-

reum intellegite; crimina audistis. Quaeris ante actae uitae crimina? non habeo: nihil tibi umquam filius obicere uoluit. Tam cito lassatae preces tuae sunt? Quid faciet miser? nec imperator potest tacere proditionem nec filius loqui proditorem. Porci 7
Latronis. Quid ab ista ⟨proditione securum⟩ est quae peruenit iam usque ad ducem? uereor ne tam sero caueamus quam imperator noster, qui non ante intellexit proditionem quam proditus est; nec umquam praesentius periculum fuit: respublica sine imperatore est, proditor sine custode. Quid enim est quare tibi hostes pepercerint? et imperatoris nostri pater es et aurum habes et legatus non es. Si tibi dicam: 'expecta dum legati mittantur; filius tibi publice remittitur', dices: 'paternus adfectus non sustinet moram; rapit me desiderium fili; etiamsi redimere uiuum non potero, ⟨saltim⟩ mortuum redimam; numquam tam durus hostis fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur'. Vt ignoscam tibi quod 8
tam cito isti, obiciam quod tam cito redisti. Dic quid dixerit tibi. an nihil cum patre uoluit loqui? 'Cauete proditionem'. hoc dixit: uidete ne quis nocte insciis custodibus exeat, ne quis ignorante republica ad hostem perueniat, ne quis ex hostium castris grauis auro reuertatur. Nihil deest indicio. si quid de proditione quaeritis, imperator uobis dicet; si quid de proditore, legati.

Pars altera. Arelli Fvsci. Quantum est pre- 9

alligato *Gron.* ‖ 2 non habet nihil **T** non ab haec. nihil **B** ‖ 6 *uerba* proditione securum *add. Burs.* qui dabitis itaque peruenit **T** ‖ 7 crucem **Ṫ** ‖ 8 quiqui non **A** ‖ 9 productus **CTa** ‖ 10 umquamquam **AaB** ‖ rep **B** ‖ 11 Quidem est **C** quidē **T**, *corr. Burs.* ‖ 12 imperatores **C** ‖ 13 esset **O** ‖ legatum non ē **B** ‖ 14 expectandum **C** ‖ mittunt **A** mittuntur **BT**, *corr.* **E** ‖ 15 remittetur **T** ‖ duces **A** ‖ 17 saltim *add.* **E** ‖ mortum **C** ‖ 21 qui **B** ‖ 23 ne *om.* **A** ‖ ignorate **C** ‖ 24 quid **CTa** ‖ hostib; **C** ‖ 25 graue **A** ‖ reuertetur **B** ‖ indio **C** ‖ 27 de proditione **O**, *corr.* **E** ‖ legat **B**

tium quo uendo, ut filium pater spectem in cruce, filius patrem de cruce? tanti et imperatorem et parricidium uendidi? Gratulabantur omnes repulso magis quam designato nimis am||bitiose. nunc poenitet. ⟨Qui⟩ et filium et patriam uendidit, tam exiguum auri accepit, ut unus senex portare posset.

10 In hac controuersia, etiamsi coniecturalis est et habet quasi certum tritumque iter, fuit tamen aliqua inter declamantis dissensio. Latro semper contrahebat et quidquid poterat tuto relinquere, praeterierat. itaque et quaestionum numerum minuebat et locos numquam adtrahebat; illos quoque quos occupauerat non diu dicebat, sed ualenter. Hoc erat utique praeceptum eius, quaedam declamatorem tamquam praetorem facere debere minuendae litis causa. quod in hac controuersia fecit; non enim curauit dicere nullam factam esse proditionem, sed se proditorem non esse. et suspectus, inquit, iudici est qui plus quam se defendit, et nolo, inquit, cum fili uoce pugnare, ut imperatorem et filium mentitum dicam, praesertim cum odium aduersus filium obiciatur patri. Albucius in duas partes declamationem diuisit: primum negauit ullam esse proditionem, deinde: ut esset, ad se non pertinere.

11 Colorem contra patrem Silo Pompeius hunc introduxit: odio illum reipublicae a qua repulsus erat fecisse et odio ipsius fili, quem oderat et quia competierat et quia uicerat. Varius Geminus dixit statim petisse patrem hoc proposito imperium ut

1 quod **Ta** ‖ 2 in crucem **CTa** ‖ tantillo *Gron.* ‖ patricidium **O** ‖ 3 gratulabuntur **T** ‖ 5 Qui *add. Burs.* ‖ 6 senec **B** ‖ 7 controuersiam **C** ‖ esset **O**, *corr. Kon.* ‖ 9 clamantis **A** ‖ 10 detrahebat **Ba** ‖ relinquero **B** ‖ 13 quod **B**, *corr. m. pr.* ‖ 14 itaque **C**, *corr. O. Iahn* ‖ eī **A** ‖ 17 curabit **C** ‖ 18. 19 iudicem qui **Ta** ‖ 19 nolim ita cum ? ‖ 20 pugnaret **C** ‖ 21 praesertis **Ta** ‖ 22 obiciatus **B** ‖ 23 illum **C** illam **Ta** ‖ 27 fecisset odio **C** ‖ competierit **O**, *corr. Burs.* ‖ 29 proposita **B**

proderet. hominem auarum et lucro inhiantem [et]
quia noti mores eius erant uictum ab eo competi-
tore, a quo uinci fas non erat nisi hominem turpis-
simum. Ante comitia, inquit, paratus fuerat pecu-
niam accipere, ut filium perderet; post comitia
paratus erat pecuniam dare, ut filium perderet. Vt
captus est dux aiebamus, inquit: 'non potest hoc
sine proditione fieri'. Excusauimus nos imperatori:
diximus perseuerasse ad redemptionem, quamuis ||
deterruisset pater. hoc loco ille respondit: 'cauete
proditionem'. BLANDVS dixit aegre ferentem pu- 12
dorem repulsae uoluisse occidi filium, ut in eius lo-
cum substitueretur ipse. HISPO ROMANIVS: ultio-
nem, inquit, suam hosti uendidit. Tam facile, inquit,
exiit, nocte peruenit ad hostes, rediit, ut scires
illum non tunc primum fecisse. ARGENTARIVS di-
xit: perfer ad senatum mandata fili tui. necesse est
tibi multa dixerit; legatis quoque aliqua mandauit;
fortasse proditoris nomen patri dixit; indica nobis.
'Nihil dixit, inquit [nobis], mihi'. Sublata omnis
quaestio est. quaeritis quem dixerit? uidete cui nihil
dixerit.

Pro patre de comitiis hic color LATRONIS fuit: 13
ne quis filium meum uinceret timui; itaque pro-
fessus sum, ut auctoritate mea deterrerem futuros
conpetitores; deinde ipse filio meo cessi. ALBVCIVS
hoc colore usus est: aiebant, inquit, alii ⟨adulescen-
tem⟩ imperatorem fieri debere qualis Scipio fuisset,

1 et *deleui* || 2 competitorem **CTa** || 3 uinci *om.* **A** || 4. 5 *uerba* inquit ... comitia *om.* **B** || fuerat et **T** || 5 accipēret **A Ta** [acceperat **A** *m. pr.*] filium ꝑdideret **A**; *an* ut remp. perderet? || 7 ageoamus **A** || 9 redemptione **C** || quam **O**, *an* quam deseruisset? || 11 pudore **T** || 12 repulso **B** || 13 substitueret **A** || Romanus **T** || 14 tantā **A** tam tã **B** || 18 dixerat **C Ta** || 20 nobis *om.* **T** || Sublato **C** || 24 timuit **A** || professum ut **CTa** || 25 auctoritatem **B** || 26 Albucius agebat hoc **A** Albucius aiebat hoc **B** || 27 aiebat **CTa** || ali **A** tali **B** talē **T** || adulescentem *addidi*, iuuenem *Gron.* || 28 deberem **C** || qua **B** || *uerba* adulescentem acriter pugnaturum *addenda susp. Vahlen*

alii senem qualis Maximus fuit; senem nihil temere facturum. utriusque populo copiam feci. Cestivs hoc colore usus est: noueram uitia fili mei; sciebam esse acrem adulescentem fortem, sed inconsideratum temerarium. itaque petii et reipublicae causa ⟨et⟩ fili mei, quem idoneum ad tantum sustinendum
14 onus non putabam. Fvscvs Arellivs dixit in hoc se competisse, ut hostium animi frangerentur, cum audissent posse rempublicam uel in una domo ducem eligere. Hispo Romanivs simpliciter putauit agendum: inepti, inquit, hi colores sunt, cum ponantur competitores. hoc itaque egit colore, ut quereretur de exitu comitiorum: adulescentulos omnis conspirasse, quasi de aetatis comparatione ageretur; facile itaque uictum senem non ambientem. De me, inquit, ‖ queri non potestis; clamaui: ‘non est uobis utilis huius aetatis imperator’. Mansit, inquit, illi et post comitia eadem contumacia: nihil referebat ad patrem, nihil communicabat; itaque captus est. et cum descripsisset quam imperite disposuisset aciem, quemadmodum inexploratis locorum insidiis oppressa eius temeritas esset, adiecit: hoc erat quod uobis
15 clamabam: ‘ducem senem eligite’. Otho Ivnivs pater praesagiis quibusdam et insomniis hanc fortunam praenuntiantibus agitatum se competisse dixit. Erat autem ex somniatoribus Otho: ubicunque illum defecerat color, somnium narrabat. De eo quod inscio senatu egressus est, Latro sic colorauit:

1 tali **C** talē **T**, *corr. Burs.* ‖ fent **A** fecit **B** ‖ 3 uitiā **AbB** uitiū **Aa** ‖ 4 hac rem **B** ‖ 5. 6 petieret reip. cause fili **C** petii imperium reip. causa filii **T**, *corr. Schult.* ‖ 10 Ròmanus **T** ‖ 11 inepte **CTa** ‖ hic colores **B** ‖ 11. 12 componantur **T** ‖ 12 colorem **C** ‖ 14 aieretur **B** ‖ 15 faciem non **Ta** ‖ ambicientem **Ba** ‖ 18 *uerba* eadem contumacia *om.* **B** ‖ 20 quem imperite **C** ‖ 22 bouis **C** ‖ 23 seneligite **B** sine ligite **A** ‖ Oto **O** ‖ 24 īsūnis **Ta** ‖ 25 praenuntiatus [p̄nuntiatis **Ta**] agitaturte [agiat̃ tę **A**] comperisse **O** ‖ 26 toto **O**, *corr. Burs.* ‖ 27 omnium **O**

⟨decretum non expectasse, sed⟩ amentem et attonitum protinus procurrisse. ALBVCIVS hoc colore usus est: semper de duce senatus consulto constitui. longum erat expectare; ad summam, festinaui nec
occurri. VARIVS GEMINVS dixit maluisse solum 16
ire; hostes enim auctoritate legatorum non moueri, ad lacrimis patrum saepe flecti. SILO POMPEIVS ait: putaui utilius esse priuata illum pecunia redimi: minoris enim posse aestimari ⟨quam⟩ si tamquam imperator redimeretur. ARGENTARIVS ait: nihil tam iniquom erat quam legatos ad redemptionem mitti; numquam enim reddidissent quem sic desiderari publice iudicassent. itaque praecucurri rogaturus et hoc dicturus: exercitus contemnit illum,
respublica relinquit. BLANDVS ait: cogitanti mihi 17
quid facerem, contentus essem paternis lacrimis an comitatu publico preces meas adiuuarem, tandem uenit in mentem Troianum regem ad redemptionem fili sine legatis isse et cum auro. SEPVLLIVS BASSVS ait non expectasse se curiam, quia putauerit futuros qui redimendum negarent, quod factum apud Romanos saepius erat; itaque ante se uoluisse redimere quam posset aliquid de non redimendo constitui. CESTIVS dixit: non quaesiui secretos tramites et occultum iter: proditor eadem uia ueni qua le-
gati. De uoce fili colorem ALBVCIVS hunc fecit: 18
pudebat illum, inquit, quod captus erat; quaerebat aliquod fortunae suae patrocinium; uoluit uideri non culpa sua sed proditione hoc sibi accidisse: itaque nomen adicere non potuit. FVSCVS ARELLIVS dixit alienatum iam suppliciis animum et errantem has

1 *uerba* decretum non expectasse sed *add.* **E** ‖ 2 color **B** ‖ 3 cito **O**, senatus consulto *Schult.* ‖ 5 ⟨se⟩ solum *Burs.* ‖ 7 lacrimas **T** ‖ 9 quam *add.* **Tb** ‖ 11 inquo **A** inquom **B** ‖ 17 adiuuare **BT** ‖ 19 legati isse **A** legati isse isse **B** ‖ 20. 21 putaberit futurus **C** ‖ 24. 25 tramitte seoccultū **A** tramite seo occultatum **B** tramites se [et **Tb**] occultū **T** ‖ 25 proditore adest uia **T** ‖ uix ueni **C** ‖ 27 quaebat **C**

uoces effudisse sine argumentis, sine reo. VARIVS GEMINVS omnia complexus est: potest, inquit, propter hoc, potest propter illud; ego uobis idem suadeo: cauete proditionem. hoc si cauere uultis im-
19 peratores senes facite. Illud et in hac controuersia et in omni uitandum aiebat CESTIVS, quotiens aliqua uox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam decurreremus. sicut in hac apud Cestium quidam auditor eius hoc modo coepit: 'ut uerbis ducis uestri, iudices, incipiam, cauete proditionem'; sic finiuit declamationem, ut diceret: 'finio quibus uitam finiit imperator, cauete proditionem'. Hoc sententiae genus Cestius echo uocabat et dicenti disciplulo statim exclamabat: ΜЄΡ τὴν ἠχώ: ut in illa suasoria in qua deliberat Alexander an Oceanum nauiget, cum exaudita uox esset: 'quousque inuicte'? ab ista uoce quidam coepit declamare et in hac desiit; ait
[II.1,97.] illi Cestius desinenti: ἔν σοι μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. et alteri cum descriptis Alexandri uictoriis, gentibus perdomitis, nouissime poneret: 'quousque inuicte'? exclamauit Cestius: tu autem quousque?
20 OTHO pater hoc colore usus est pro patre: dixit enim molestum fuisse imperatori, quod illum suffixum legati intuebantur; itaque, ut ab hoc ‖ illos spectaculo diiungeret ⟨et⟩ exoneraret uerecundiam suam id dixisse, quo audito festinarent. itaque di-

1 effudisses in argumentis **C** ‖ Virius **T** ‖ 3 suade eo **C** ‖ 6 agebat **A** ‖ 8 decurramus **TV** decurremus **C**, *corr. Burs.* ‖ in hoc **T** ‖ 9 auditor hoc **TV** auditor est hoc **C**, *corr. Burs.* ‖ duci ũrı ſ iud **CTaV** ‖ 10 finibit **C** ‖ 11 in quibus **O** finio quibus *R. Wachsmuth* ‖ 12 genius **O** ‖ 13 hoc hoc uocabat **O**, *corr. Schott* ‖ dicente *Burs.* ‖ 14 ΜЄΡ **O**, *ἄφες Burs. καὶ σὺ R. Wachsmuth* ‖ 15 delicebat **C** ‖ 16 quoque **CTaV** ‖ inuictae **C** inuicta **V** ‖ ipsa **O**, *corr. Burs.* ‖ 18 ΑΗΞωΝϹЄΟΜΡΞΟΜΑΙ **O** ‖ 19 altera **TV** ‖ uictoris **C** ‖ 20 nouistime **CTaV** ‖ 20. 21 *uerba* quousque ... autem *om.* **A** ‖ 22 duxit **CTaV** ‖ 25 ui[iu **B** ur **T**]geret ex eo narraret **O**; diiungeret *ego*, abigeret *Kon.* ‖ 26 dixisset **A**

xisse illum non 'caueant proditionem', sed 'cauete'; quasi ipsis legatis esset periculum, ne proderentur.

## ⟨CONTROVERSIA XXIII.⟩

⟨Thema⟩ Rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias ⟨optet. Rapta producta nuptias⟩ optauit. Qui dicebatur raptor negauit se rapuisse. Iudicio uictus uult ducere; illa optionem petit.

Albvci Sili. Praeterquam quod in omni discri- 1
mine periculosa libertas est, meruit puella ut taceremus: misericors in nos, etiam antequam rogaremus, fuit. Inhumana libertas est, si uincimus aduersus iudicem. Non oportet tibi amplius quam semel licere optare. omnis nimia potentia saluberrime in breuitatem constringetur. qui potest condemnare, possit semel; qui potest occidere, possit semel; aut si qua iteratio recipi potest, in paenitentiam mortis recipienda est. Proponite uobis illam supplici faciem, carnificem, securim: iam hoc semel licere nimium est. 'Exorata sum, condo gladium: irata sum, repeto optionem'. et non semel mori satius est? Occide iam non uitiatorem, sed uirum. Porci La- 2
tronis. Periculosius est negare raptum quam commisisse? In hanc perturbationem adulescens perductus erat, ut ignoraret quid fecisset. non refugiebat tamen puellae nuptias; fauebat tantum sibi, ut innocens duceret. itaque nihil aliud petiit quam liber-

2 non prodereat **Ta** ne proderent **B** ‖ 4 Thema *om.* **C** ‖ 5 *uerba* optet. Rapta producta nuptias *add.* **E** ‖ 6 qͥdebatur **A** ‖ 7 opta **VT** ‖ 8 omnia **C** ‖ 9 ut] et **CTa** ‖ 14 breuitate **T** ‖ constringerentur **CTa**, *corr. Schult.* ‖ 17. 18 supplici causam faciam **O**, *corr.* **E** ‖ 18 * sicuitam **CTa** si cui tamen **Tb**, securim **E** ‖ licerent [liceret **ET**] meum est **O**, *corr.* **E** ‖ 19 exoratā **C** ‖ conde **O**, *corr. Burs., W. Müller* ‖ repete **O** ‖ 21 occides ? ‖ uitiatus **CTa** ‖ 25 tam sibi **O** ‖ 26 petit **O**, *corr. Schult.*

tatem, ut honestius duceret. Ita apud uos, iudices,
tutius est peccare quam erubescere? ‖ Dignior poena
erat, si id peccasset quod meminisse posset. Ex-
surge adulescens et sine ullo respectu pudoris ad
pedes te puellae demitte; accedite et uos amici pro-
pinquique, et tu mater, ac pater. Quid est, puella?
ecquid te horum lacrimae mouent? Non, inquit;
ad illum magistratus ueniat. Non dissimulo: me-
tuo te, puella, si nusquam rogari uis, nisi ubi oc-
cidere potes. Grauius punior nunc, cum me pec-
casse pudet, quam cum peccaui. Quae post iniuriam
3 ignoscit, post misericordiam ⟨irascitur⟩. Cesti Pii.
Venit ad uos uestro beneficio retenturus puellae
beneficium. optauit nuptias; neque adhuc sciebat,
quam uerecundum maritum esset habitura. Vitiato-
rem dimisisti; uirum occides? Aiebat iudex: quid
habes quod tam pertinaciter neges? nuptias optat.
minus est ergo quod uitiauit quam quod negauit?
Q. Hateri. 'Non sum', inquit, 'optatura mortem, sed
uolo mihi licere et mortem optare'. quam potestas
ista delectat crudelis est. Blandi. Ergo nos iniu-
4 riam periculosius negauimus quam fecimus? Ivni
Gallionis. Quadam nocte — quid dicam? iam ⟨non
negare pudet. nox, uinum, error — quid irasceris
puella? iam⟩ negare non audeo. Non diligenter
causa mea acta est: dum nihil timetis, facilius me
puellae credidistis. Confitendum est uitium nostrum:
nos nuptiis moram fecimus. Siue adhuc esset uitiata
siue non esset, uisa digna matrimonio quae homi-

1 diceret **C** ‖ nos **Ta** ‖ 3 meminisset **C** ‖ possit **O** ‖ 4 illo **A** ‖ 4. 5 ad penestae **C** ‖ 5 dimitte **A** ‖ propinq; **A** ‖ 7 Quod te **T** ‖ haecquid **C** ‖ 8 magistratum **O**, *corr. N. Madvig* ‖ ueniat *om.* **T** ‖ 10 potest **C** ‖ 12 irascitur *add. Burs.* ‖ 13 recenturus **A** ‖ 16 dimisti **A** ‖ 18 uitauit **B** ‖ 19 q; hateri **A** ‖ 23 *sq. uerba* non ... iam *add. R. Wachsmuth excerpta secutus* ‖ 26 mihi timetis iam negare non audeo facilius **T** ‖ 27 creditis **T** ‖ 28 non nulli **A** nonnullis **B** non nullus (nuptiis **Tb**) **T** ‖ adhoc **C** ‖ 29 uis digna **CTa**, *corr.* **Tb** *Burs.*

nem non posset occidere. Tibi consulebam, ne dicereris uitiatori nupta. si per te licuisset, honestiorem maritum habuisses. Tu negasti? o hominem inpudentem! ita tu non ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamitasti: 'ego uirginem rapui'.? Neminem habere tam obsequentem maritum potes: hic iam nihil negabit. VARI 5 GEMINI. Exponam uobis rerum ordinem sic tamquam ab eo didicerim, qui quid fecerit nescit. VIBI GALLI. Vbi estis qui dicebatis: nihil interest tua, confitere? ‖ confitetur quia honestius putasti raptori nubere. 'Sit, inquit, mihi heres, si quis intra decem menses natus fuerit'. numquid negat? 'Surge adulescens, dic, 'rapui, uitiaui'; incipe scire quod nescis: miraris si tibi non credit? multum est de quo timet.

Pars altera. P. ASPRENATIS. Nescio utro iudicio 6 aduersarius fuerit inprobior. priore id egit, ne quam omnino poenam stupri penderet; hoc id agit, ut ipse optet, ex duobus ab lege constitutis suppliciis utrum uelit pendere. fatetur enim se inpune habere maluisse quam ducere uxorem, uxorem ducere malle quam mori. antea legem uitiationis euertere conatus est, nunc transferre uolt: aduocatos rogat, iudices rogat, omnis potius quam uitiatam. Vtinam non hoc illum liberaret metu, quod iudicis suae clementiam nouit. clamabat se innocentem esse: si quid peccasset, mori non recusare. aderat raptori populus nec quicquam magis suspectam faciebat uitiatae causam quam lenitas optionis. Si iam tibi de stupro tuo liquet, est quaedam proxima inno-

3 negesti **A** negatio **Ta** ‖ o *om.* **B** ‖ 7 negauit **O**, *corr. Schult.* ‖ 9 quid quid **O** ‖ Vbi **B** ‖ 15 tib **A** ‖ 17 *uerba* Pars altera P. Asprenatis *bis scripta* **O** ‖ 19 strupi **C** ‖ huc **Ta** nūc **Tb** ‖ 20 alia lege **O**, *corr. Schult.* ‖ 21 uellit **C** ‖ 22 ducerē in alle **B** ‖ 26 hic **Tb** ‖ metus **O**, *corr.* **E** ‖ 27 nobis **O**, nouit **E** ‖ 31 suā **T**

centiae uerecundia, praebere se legibus: tu uero ne meruisti quidem mortem illa infitiatione. ignorasti, an peccasses? innocens esse uoluisti. causam habes: reuertere ad parentes, puella, quoniam quidem totiens iam rogas, quae rogari ipsa debueras.

7 Latro tres fecit quaestiones: an illa, interrogauit, optio iusta fuerit. Non fuit, inquit, iusta: non enim constabat te raptorem esse. Nihil refert, inquit, an negauerit. erat enim raptor, etiam si negabat, et ita iusta fuit optio. An si iniusta optio fuit, reuocari possit. Optio, inquit, semel puellae datur; immutabilis est, simul emissa est. Iudex quam tulit de reo tabellam reuocare non potest; quaesitor non mutabit pronuntiationem suam. nihil tam ciuile est, tam utile est, quam ‖ breuem potestatem esse quae magna est. si uolet et alteram optionem suam reuocare et deinde tertiam, numquam constabit quid futurum sit, cum illa quod optauerit possit sequenti semper optione rescindere. Tertiam fecit quaestionem: an si potest reuocari aliquando optio, nunc debeat. Hic defensio adulescentis quia negauit se
8 uitiasse. Fuscus et ordinem mutauit quaestionum et numerum auxit; fecit enim primam quaestionem: an rapta non possit amplius optare quam semel. Potest, inquit; lex enim non adicit quoties optet, sed ex quibus: 'aut hoc', inquit, 'aut illud'; non adicit, 'ne amplius quam semel'. Contra ait: lex te iubet alterutrum optare; tu hodie si mortem optaris facies quod numquam factum est: utrumque optaueris. Etiamsi non licet, inquit, amplius quam

1 uerecundiā **A** ‖ *posi* uero *fortasse inserenda uerba* negasti ... rapui (*p.* 363, 3—6). *lacunam suspicatus est Burs.* ‖ 2 illam **CTa** ‖ infitiationis **A** ‖ 4 ad partes **BT** ‖ quō **Ta** ‖ 6 tres *bis scr.* **C** ‖ interrogatio iusta **O**, *corr. Schult.* ‖ 10 fuit optio fuit **A** ‖ 12 simile missa **C** semel emissa **T**, *corr. Burs.* ‖ qūū tulit **A** ‖ 14 mutauit **C** ‖ 15 *prius* est *om.* **BTE** ‖ esse *om.* **A** ‖ 16 sua **A** ‖ 17 constabat **C** ‖ 18 posse **C** ‖ 19 ratione **O** ‖ 21 qui ‖ 22 ordine **O** quaestionem **O** ‖ 23 ausit **CTa** ‖ 29 factes **A**

semel, [et mortem optabis et nuptias] ego nondum optaui: optio est enim quae legitime fit; illa non est facta legitime. Si praetor defuisset, numquid optionem uocares? si raptor defuisset? Raptor defuit: non est ista optio; sermo est. An proximo iudicio confirmata sit optio. Raptor ait: agebatur apud iudices utrum deberet rata esse optio <an> non; iudicata est rata esse debere: rata sit. Non, inquit puella: quaesitum est enim an ego in raptorem ius haberem; iudicatum est habere me: uti debeo. non possum ante legem habere quam raptorem. Nouissimam quaestionem fecit aequitatis: an rata debeat esse optio. PASSIENVS hanc ultimam partem sic 9
diuidebat: an si adulescens malo aduersus puellam animo infitiatus est raptum, ut nuptias effugeret, dignus sit qui iterum fortunam subeat optionis recusatae. deinde: an malo animo fecerit. VARIVS GEMINVS ultimae quaestioni uel parti, in qua quid debeat fieri quaeritur, duo || haec adiciebat quae posse quaeri putabat: an si puella pro certo adulescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio tam crudeliter usurae sua potestate; deinde: an mortem optatura sit. Quid est, inquit, quare uelis optare, nisi quod nuptias non uis? Hoc non tantum patimur, sed rogamus.

Color pro adulescente introductus est a LATRONE 10
talis, ut diceret se ebrium fuisse et ignorare quid

1 *uerba* et ... nuptias *deleuit Burs.* || 2 legittimae B || sit A || 3 Si praecor C, si raptor *Gron.* || 4 uocaret O || si rapta C || defuisset] ñ fuissʒet Aa T || raptor fuit C r. non fuit T, *corr. Burs.* || 6 aiebatur C || 7 rapta C rapte T, *corr. Gron.* || an *add. Gron.* || 8 rapta esse O, *corr. Gron.* || rapta sit T || 9 raptore C || 12 aquitatis B || rapta C, *corr. Burs.* rapte T || 17 animalo animalo B anmalo anmalo A || 18 ultimo B ultimi Ta || in quā C || inquit Ta l. quid Tb || 20 per se O posse *scripsi* || 21. 22 illa permittit opto tam C || optatam T || usura O || 24 quo onuptias C || has *Schult.* || 25 non *om.* A || 27 fuisse *om.* B

fecerit: hodie magis quoque credere de facto suo quam scire; recusasse autem non ne duceret uxorem, sed ut sua uoluntate duceret; et iudices non audisse sollicite, sed faciles fuisse quasi de nuptiis ageretur. Varivs Geminvs raptum confessus est et dixit nihil esse tam contrarium adulescenti quam etiamnunc negare: non tantum raptam, sed iudicem offendet. Cestivs nec Latronem secutus est dicentem nescisse se hodieque nescire, nec Varium Geminum confitentem, sed [non] rapuisse apertius negauit. uerum, inquit, inueniri non poterat; iudices illam sententiam secuti sunt: si rapuit, indignum est puellam inultam esse; si non rapuit, non est indignum fieri illum maritum. Silo Pompeivs dixit adulescentem uerecundum natura et rustici pudoris non sustinuisse confessionem. Non placebat Latroni color: minus, inquit, ignoscetur illi, si scit se rapuisse et sciens mentitus est. Contradicebat Silo ⟨non⟩ posse
11 ulli fidem fieri aliquem nescire an rapuerit. Hispanvs Cornelivs: non subducere illi, inquit, maritum uolui, sed honestiorem dare. Digna est, inquit, tam misericors puella quae non uideatur nupsisse raptori. Hispo Romanivs ait, illos sodales qui illum noctu inpulerant circumstetisse et dixisse: non est quam rapuisti; alia fuit. timuit ne illi quam rapuerat faceret iniuriam. Argentarivs dixit: uellem mortem optasses: non esset hic raptor iudicatus. ‖ Non causa tua illum ⟨premit⟩, sed optio, dum unusquisque iudex dicit: 'quid habet quod tantopere re-

1 magis **T** *s. s.* ‖ quoque magis *W. Müller* ‖ 2 cusasse **A** ‖ 4 sollicitos faciles **O**, *corr. Schult.* ‖ aieretur **B** ‖ 8 dicente **Ta** ‖ 9 necscire **O** ‖ 10 uirum **T** ‖ 12 *uerba* secuti . . . inultam *om.* **A** ‖ puella **B** ‖ 13 inuita **B** inuitā **Ta** ‖ 14 adulencentem **B** ‖ 18 non *add. ego*, *N. Madvig* ‖ 19 illi *om.* **T** ‖ 21 illi sed **T** ‖ Digne **C** ‖ inquam *Burs.* ‖ 22 misecors **A** ‖ 23 Romanus **T** ‖ illo sodales **B** ‖ 24 noctē **C**, *corr. Burs.* ‖ 25 aliā **A** ‖ mitti timuit **T** mittimuit **C**, fuit timuit *Burs.* ‖ 26 uelle **CTa** ‖ 27 optasse **A** ‖ 28 premit *om.* **CTa**, uicit *N. Madvig* ‖ 29 quod]

cuset? putes de capite agi; et ipse ait se non nolle ducere uxorem, sed titulum recusare. nempe uictus ducet uxorem. non est sollicite de eo iudicandum cui damnato gratulandum est'. Silo hoc colore usus est: confusum adulescentem subito et tanto tumultu parum sibi constitisse; et negasse quia perturbatus erat, ⟨et⟩ perseuerasse quia negauerat. ‖

qūa **Ab** quātū **Aa**? ‖ tanto opse **T** ‖ 1 pute **C** puta **T**, *corr. Burs.* non uelle **CTa** ‖ 2 uxore **B** ‖ 4 est *om.* **T** ‖ Solo **B** ‖ 7 et *add. Haase* ‖ necauerat **B** ‖ *In fine:* LANNEI SENECAE SENTENTIARū LIB. IIII. EXPLICIT FELICITER. INCIPIT ⁀, LIBER. ū ⁖ **C** L·ANNei Senece sententiarū liber IIII' explicit . Incipit lib. · V **T**

# ⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM⟩ LIBER SEPTIMVS.

---

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### AB ARCHIPIRATA FILIO DIMISSVS.

Duobus filiis quidam superduxit nouercam. alterum domi parricidii damnauit; tradidit fratri puniendum. ille eum exarmato nauigio inposuit. delatus adolescens ad piratas, archipirata factus peregrinantem patrem cepit et remisit. reuersus pater abdicat filium.

Tanta tempestate confusus dispicere nil potui nec satis memineram, tale ministerium mihi pater an nouerca mandassed, ministerium an poenam esse uoluissed, uindictam parricidii an parricidium. Insui fratrem culleo iubes? non possum. non ignoscis? an non credis? ego contendo ne te quidem posse. Nemo repertus est naufragii comes; omnia instrumenta circumcisa sunt, adminiculum spei nullum. patri sum excusandus an fratri? 'Hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam, licuisse mihi per fra-

1 EXPLICIT LIBER VI INCIPIT LIBER VII **M**; **Mb** *ascr.* VTERE FELIX QVERELẸ *et* hic insunt CIII et e c̄tra ꝗII . *inscriptionem excipit praefatio libri* VII (*p.* 292—297). || 11 despicere **M** || 13 nouercam **Ma** || 13. 14 esse uoluisseṣ (d *superscr.*) **M** || 14 *uerba* an parricidium *om.* **M**; *an* uindictam an parricidium ? || 16 nec te **Mb** || 20 feros **Ma**

trem aliter quam parricidae mori'. Viuit, inquid, frater. non credo. seruauit, inquit, me. fecisti ut crederem. In domo in qua tam facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. Descriptio tempestatis: emicabant densis undique nubibus fulmina et tempestates horridae ‖ absconderant diem; intumuerat mare iustis quoque nauigiis horrendum. Habes, inquam, frater, si innocens es, nauigium, si nocens, culleum. Non potui facere parricidium — quam facile erramus omnes — et factum putaui. Frater, inquid, tu primus in domo parricidium facies. Iacebat in litore nauigium, quod etiam integrum infeliciter uexerat. Credam parricidam, si tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subito mihi cum animo pariter excidit ferrum, et nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis. intellexi quam difficile esset parricidium facere, etiam quod imperasset pater. Ita mihi, quae sola miseros in domo nostra respicit, Fortuna succurrat. Profectus pater tranquillo mari, auspicato itinere, integra naui. quid hoc est? felicius nauigauit dampnatus quam qui damnauerat. Vtrum uobis uidetur innocentiam apud piratas didicisse an ne apud piratas quidem perdidisse? Perieras, pater, nisi in parricidam incidisses. Scissa quoque uela fecerant sinus et instructas classes naufraga praecesserat nauis. scires nauigare qui seruaturus esset patrem. Erat nauigium, immo fuerat. O crudelis et pertinax nouerca! nihilominus saeuit; maria iam quiescunt, praedones miserentur, irati parcunt. Veni ad uos ut probem me parricidam.

3 tamen **M**, *corr. Burs.* ‖ 5 patrem. Emicabant descripti tempestatis densis **M**, *corr. Burs.* ‖ 8. 9 *uerba* si innocens es nauigium *om.* **Ma** ‖ 12 in domo in̈ **Ma** ‖ 13 uixerat **Ma** ‖ 16 quo **Ma** ‖ 26 instructis (a over i) **M** ‖ 26. 27 naufragia **Ma** naufragio **Ma** ‖ 27 naues **Ma** ‖ 29 nihil ominis **Ma**

Multas rerum natura mortis uias aperuit et multis itineribus fata decurrunt. O maria iustiora iudiciis! o mitiores procellae patre! Non putatis misericordem qui quem damnauit puniendum fratri dedit? Centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere, Mithridaten, dii boni, quam non dubium parricidam! Gaude, pater, neuter ex filiis tuis parricidium fecit. Narra, pater, quomodo te dimiserit sic dimissus. 'Nocens est iste'; sed mihi || frater est. Naturae iura sacra sunt etiam aput piratas. Dixisses, inquit, te non posse. ita tu nesciebas? Non licuit, non debui, non potui.

Pars altera. Nega nunc parricidam fuisse quem scis esse piratam. Dimisit me in patrocinium suum, ut quia non occiderat, uideretur nec ante uoluisse. Quis porro me uno miserior est? uitam parricidae debeo.

Extra. Magna nouorum rhetorum manus in hanc partem transiit, ut aliquid dici debuerit in nouercam; fuerunt et illi qui non quidem palam dicerent, sed per suspicionem et figuras; quod PASSIENVS non probabat adserens minus uerecundum esse aut tolerabile infamare nouercam quam accusare. quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, post ablati sunt impetu. excusatius est autem in malum colorem incidere quam transire. HISPANVS duro colore usus, hoc se tamquam grauius elegisse dixit supplicii genus: qui color prudentibus displicebat; quam enim spem habet absolutionis, si nec paruit nec pepercit?

4 puniendem (v over e) **M** || 5 Luculli *expunxit* **Mb** || Mithridatem **M** || 14 *fuit* paratam *in* **M** *sed corr.* || patrodium **Ma** || 18 bonorum **M**, *corr. Gron.* || 21 per *om.* **Ma** || 27 set **Ma** sed **Mb** || eligisse **Ma**

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### POPILIVS CICERONIS INTERFECTOR.

De moribus sit actio. Popilium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. proscriptum Tullium ab Antonio missus occidit; caput ad Antonium retulit. accusatur de moribus.

Occidit Ciceronem Popilius. Iamne creditis occisum ab isto patrem? Occisurus Ciceronem debuit incipere a patre. Antonius, inquid, iussit. Non te pudet, Popili? imperator ‖ tuus te credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum. minus in illo crimen est, quod Ciceronem occidit. Pro dii boni! occisum Ciceronem malos mores uoco. Hoc unum feliciter, quod ante occidisti patrem quam Ciceronem. Facilius pro parricida Cicero iudicem mouit quam pro se clientem. Ad uos hoc, patroni, spectat exemplum: nullos magis odit Popilius quam quibus plurimum debet. Abscidit ceruices. Parce iam, Popili; nihil tibi nisi occidendum mandauit Antonius. Pudeat te, Popili: accusator tuus uiuit. Non credidisset Popilium facturum Antonius, nisi parricidium fecisse meminisset. Dii manes Popili senis et inultae patris umbrae te, Cicero, persecuntur, ut quem negasti sentias parricidam. Non hausit Minturnensis palus exulem Marium; Cimber etiam in capto uidit imperantem. Cn. Pompeius terrarum marisque domitor libenter se Hortensi clientem professus est; et Hortensius bona Pompei, non Pompeium defenderat. Ita tu, Popili, si Antonius iussisset, et patrem occidisses?

Pars altera. Si illa tempora in crimen uocas, dicis non de hominis, sed de reipublicae moribus.

3 accio M ‖ 6 ac,sutor (cu, n above) M ‖ 7 Occidit cidit M ‖ 23 poli senes sed M ‖ 25 ausit Ma ‖ 28 Hortensii Mb ‖ 32 rej̄ M

Miraris si eo tempore necesse fuit Popilio occidere quo Ciceroni mori? Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere. iussit imperator, iussit uictor: ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat respublica?

Extra. Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque non parricidii reum a Cicerone defensum, sed in priuato iudicio. ‖

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### TER ABDICATVS VENENVM TENENS.

Ter abdicatus, ter absolutus conprehensus est in secreta domus parte a patre medicamentum tenens. interrogatus quid esset, ait uenenum; uelle se mori; et effudit. accusatur parricidii.

Dic quid commiserim: certe ⟨te⟩ nec secreta fallunt. Vt interuenit pater, in has cogitationes abii: quisquamne tam infelix fuit? quisquamne me magis odit quam ego? misereri mei coepi. Ter causam dixi; accessit ad haec supplicia mea uenenum; uiuam si nec hoc tibi satis est. Habuit uenenum Mithridates, habuit Demosthenes.

Pars altera. Cum se mori uelle dicat, uitam rogat. Teneo parricidam etiam in suam mortem paratum. Quantum est quod negas, cum tantum sit quod fateris? Venenum quaesisti, uenenum emisti, uenenum intulisti in eam domum in qua habebas inimicum patrem. Indica quis uendiderit; dicetur illi: tu uendebas cuiquam uenenum? tu abdicato? nesciebas cui daturus esset? Quaeritis cui uenenum

T

1 Popili **Ma** ‖ 8 ac Cicerone **M** ‖ 10 ABDICANDVS **M** ‖ TERENS **M**, *corr. Burs.* ‖ 12 terrens **M**, *corr. Burs.* ‖ 13 ait *om.* **Ma** ‖ 15 te *add. Burs.* ‖ 21 Mithridatis **M** ‖ Demostenis **M** ‖ 23 in *om.* **Ma** ‖ 26 eam **Mb** am **Ma**

parauerit? non bibit. Quod negat parricidium est, quod confitetur ueneficium. Mihi, inquid, paraui; ne quis dubitet an alium possit occidere. Tam inuisum tibi fuisse patrem dico, ut occidere uolueris; tam inuisum ipse confiteris, ut mori uolueris.

Extra. Coniectura duplex a persona una: an sibi parauerit, an patri. Laberium diuus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri ordini reddidit. quem cum ‖ iussisset ire sessum, omnes equites ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Multos tunc in senatum legerat Caesar, et ut repleret exhaustum bello ciuili ordinem et ut his qui bene de partibus meruerant gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus mandauit Laberio transeunti: recepissem te, nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronem remisit: adqui soles duabus sellis sedere. quia Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adulator.

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### MATER CAECA FILIVM RETINENS.

Liberi parentes alant aut uinciantur. Quidam habens uxorem et filium profectus in piratas incidit. scripsit utrique de redemtione. uxor flendo caeca facta est; filium euntem ad redemtionem alimenta poscit; non remanentem alligare uult.

Nauigaturus uxori filium reliquid, nec adhuc caeca erat. Non est quod mulieris affectum lege aestimetis qua minatur; omnia facit ne filius alli-

4 pater rem **Ma** ‖ 9 reddit **M** ‖ 10 corartauerunt **M** ‖ 12 exaustum **M** ‖ 13 de departibus **M** ‖ 19 dolator **Ma** ‖ 23 in *om.* **M** ‖ 24 utriusque **Ma** ‖ 26 nec **Mb** ‖ 30 quia **M**

getur. Quotiens duobus est communio, potestas eius fit tota qui praesens est.

Pars altera. Vnus uinculis duos alligat. Victo mater catenas denuntiat, uictori ad piratas eundum est. Filius familiae nulli possum seruire nisi patri. Petis ab eo alimenta quem pater peregre mittat. primae partes patris sunt, secundae matris. ille peregre est, tu domi; ille captus, tu libera; ille inter piratas, tu inter ciues; ille alligatus, tu so|luta. at tu caeca es. infelicior ille quod uidet catenas suas et caedes et uulnera et cruces eorum qui non redimuntur. At periculosum est. quam multi nihil pro patribus periculosum putarunt! Non, inquit, uindictam sed misericordiam quaerit. Ita quisquam exigit pietatem, ut impediat?

Extra. Calvvs, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiae principatu habuit, usque eo concitatus actor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus: rogo uos, iudices, num si iste dissertus est, ideo me dampnari oportet?

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### QVINQVENNIS TESTIS IN PROCVRATOREM.

Mortua quidam uxore ex qua filium habebat, duxit aliam; sustulit ex ea filium. habebat speciosum procuratorem. cum saepe iurgarent nouerca et priuignus, iussit eum semigrare; ille trans parietem habitationem conduxit. rumor erat de adulterio matris et procuratoris. quodam tempore pater in cubiculo suo occisus inuentus est, uxor uulnerata, communis paries perfossus. pla-

2 sit **M** fit *scripsi* ‖ praesus **Ma** ‖ 3 unis **P** unius *Burs.* ‖ 6 mittit **Mm.2** ‖ 12 Ad **Ma** ‖ 16 com ciceronem iniquissimum **Ma** ‖ 19 uacinius **M** ‖ non si **M** ‖ 25 iugarent **Ma** obiurgarent **Mb**

cuit propinquis quaeri a filio quinquenni qui una dormierat, quem percussorem cognosceret; ille procuratorem digito monstrauit. accusat filius procuratorem caedis, ille eum parricidii.

Vt audiui clamorem, si qua fides est, deprehensos adulteros credidi. Da puerum. aliquis non est uno teste contentus? da populum. Obicit priuigno parricidium, filio ‖ mendacium. Dic, puer, quis occiderit patrem; dic audaciter; eundem nominas quem populus. Nox placet sceleri, adulterii tempus. O magna in contrarium peruersitas seculi! inuentus est qui patrem posset occidere, non posset nouercam. Ostende istud non uulnus, sed argumentum. ostende uulnus: percussor ille quam timuit ne occideret! Tam leuiter te uulnerauit illa dextera, cui nec paries obstitit nec pater? Nihil est puero teste certius; nam et ad eos annos peruenit ut intellegat et non ad eos quibus fingat.

Extra. VINICIVS, exactissimi uir ingenii, nec dicere res ineptas nec ferre poterat.

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### DEMENS QVI SERVO FILIAM IVNXIT.

Tyrannus permisit seruis dominas suas rapere. profugerunt principes ciuitatis et simul qui filium habebat et filiam. cum omnes serui dominas uitiassent, seruus eius uirginem seruauit. occiso tyranno reuersi sunt principes; in crucem seruos sustulerunt; ille manumisso filiam iunxit. reus est a filio dementiae.

6 *et hic et l. sq.* Do *mauult Burs., cui ante hoc uerbum excidisse uidentur haec:* Aliquis uno teste contentus est? *cf. p.* 335, 8 ‖ 7 Obicite **M** ‖ 8 mendatium **M**. *Post h. u.* **m.2** *adscr.:* PARS ALTERA ‖ 9 audacter (ci) **M** ‖ 19 q · uinicius (÷) **M** ‖ 29 a *om* **Ma**

Haberemus solatium, si has nuptias tyrannus fecisset, non pater. Sanum putatis esse qui imitari tyrannum maluit quam seruum? Fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. Plus permisit seruo dominus quam tyrannus. Quisquis has nuptias facit, aut insanus est aut tyrannus. Egregius gener, cui nihil est gloriosius quam quod inter cruciarios non est. Virginitatem sub patre perdidit quam seruauerat sub tyranno. Itane est nuptiis dignus, quia ‖ indignus est cruce? Melior condicio uitiatarum quam uirginis est: illis mutare nuptias contigit. Propitius pater ita conlocauit filiam suam, ut iratus tyrannus alienas. Cum sanus esset pater, ne has uideret nuptias, fugit. Miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannum desideras. Non est illi praemium, unum spectare omnium cruces? Dominam non stuprauit. auge beneficia: nec dominum occidit nec uenenum dedit. non est beneficium scelere abstinere. Quod aliae in tyrannide passae sunt, haec in libertate; ceterae absentibus suis, haec praesentibus; in aliis stuprum uocatur, in hac matrimonium. Timuit ille supplicium; sciuit rempublicam liberandam, daturos poenas qui contaminassent; et aduentare tyrannidi tempus ultimum uidit. Conuenite seruuli, conuenite liberti, emta cognatio.

Pars altera. Si quis tyranno indicasset, solus hic in cruce pependisset. Licet cui uolo filiam conlocare. Marcus Cato coloni sui filiam duxit uxorem. Filia non mariti petulantiam timebit, non uerborum contumeliam, non pelicem, non repudium. Neminem natura liberum fecit, neminem seruum; inposuit haec fortuna postea singulis nomina. Nuper et nos serui fuimus. Seruus rex fuit. ‖

4 cruciaris **M** ‖ 8 crucarius **Ma** ‖ 9 tiranno **M** ‖ 10 qui **Ma** ‖ 16 *fort. scr.* illud *Burs.* ‖ 34 Seruius **Mb**

## ⟨CONTROVERSIA VII.⟩

### CAVETE PRODITOREM.

Pater et filius imperium petebant; praelatus est filius. commisso bello captus est. missi sunt decem legati ad redimendum imperatorem. euntibus occurrit pater, dixit sero se aurum ad redemptionem tulisse, filium crucifixum esse. illi peruenerunt, quibus imperator ex cruce dixit: cauete proditorem. reus fit pater proditionis.

Imperator supplicium tulit, proditor pretium. Tristiorem istum uidimus, cum filius imperator renuntiatus est, quam cum captus. Quemadmodum redisti tutus, senex, solus, cum auro, cum etiam imperatores capiantur? Plus accepit auri, quam quod posset abscondi. nolite mirari: et imperatorem et filium uendiderat. 'Cauete proditorem'. iam comitiis cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes, nisi dedissent. 'Cauete proditorem'. indicium fuit morientis breue, filii uerecundum. Cur dimissus es? si nihil aliud, et ducem genuisti et dux esse uoluisti. Candidatus processit contra patrem: iam tunc nobis uerecunde indicauit. filius tuus tibi credere rempublicam noluit. Legati nostri aurum ferebant, pater auferebat. Non immobilis deriguisti, non illic quasi et ipso affixus haesisti. quid tam cito recedis? adhuc et uiuit et loquitur. Voce proditionem indicauit, silentio proditorem. Optimus imperator ⟨curare rempublicam⟩ ne in cruce quidem desiit. Tibi non dixit: caue proditionem. Nec imperator potuit tacere proditionem, nec loqui filius proditorem. Expecta dum mittantur legati. dicis: affectus non sus-

5 XL legati **M** ‖ 9 prodicionis **M** ‖ 19 braeue **M** ‖ dimissis **M** ‖ 24 afferebat **M**, *corr. Burs.* ‖ diriguisti **MbP** ‖ 27. 28 *uerba* curare rempublicam *om.* **M** ‖ 28 nec **Mb** ‖ 29 protionem **M**

tinet moram. ergo si redimere non potes ‖ uiuum, saltim mortuum redime. numquam tam durus hostis fuit, ut paternis lacrimis non flecteretur. 'Cauete proditionem'; id est, ne quis insciis custodibus exeat, ne quis ignorante republica ad hostem perueniat, ne quis ex hostium castris grauis auro reuertatur. Indicio nihil deest: de proditione uobis dicit imperator, de proditore legati. Sublata quaestio est. quaeritis quem dixit? uidete cui nihil dixerit.

Pars altera. In comitiis filio meo cessi. Decretum non expectaui, sed amens et attonitus protinus cucurri. ad summam, festinaui nec occurri. Sciebam hostes patrum lacrimis saepe flecti.

Extra. LATRO non curauit dicere nullam factam esse proditionem, set se proditorem non esse. Suspectus est, inquid, iudici qui plus quam se defendit. CESTIVS posita suasoria: 'deliberat Alexander an Oceanum nauiget, cum exaudita uox esset: quousque, inuicte'? describenti discipulo late Alexandri uictorias gentesque perdomitas addentique: 'quousque post ista'? exclamauit: 'et tu quousque'?

## ⟨CONTROVERSIA VIII.⟩

### MVTANDA OPTIO RAPTORE CONVICTO.

Rapta ⟨raptoris⟩ aut mortem aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. iuuenis raptorem se negauit. conuictus est. illa mortem petit. raptor contradicit.

Optare tibi non amplius quam semel licuit. Proponite supplicii faciem, carnificem, securim: hoc

5 ostem **M** ‖ 7 nihil est **M** ‖ 9 duxit **M** ‖ 10 duxerit **Ma** | 13 admſ **Ma** ‖ 20 deſſibenti **M** ‖ 25 raptoris *om.* **M** ‖ 27 conuicus **M** ‖ 28 C∂ **M** ‖ 29 liceat *Burs.*

semel licere ‖ nimium est. In hac perturbatione deductus sum, ut ignorarem quid fecissem. Grauius punior, cum me peccasse pudet, quam cum peccaui. Optauit nuptias; nec adhuc sciebat, quam uerecundum maritum esset habitura. Raptorem dimisisti, uirum occides? Minus est ergo quod uitiauit quam quod negauit? Ergo nos iniuriam periculosius negauimus quam fecimus? Quadam nocte — quid dicam? non negare iam non pudet. nox, uinum, error — quid irasceris, puella? iam non negat. Iudex de reo tabellam reuocare quam tulit, non potest; quaesitor non mutat pronuntiationem. Nihil tam ciuile, tam utile, quam breuem potestatem esse quae magna est. Si mortem optaueris hodie, facies quod numquam factum est: utrumque optaueris.

Pars altera. Id egit priore iudicio, ne quam omnino poenam stupri penderet; hoc id agit, ut ipse optet. Vtinam non illum liberaret metu quod iudicis sui clementiam nouit. Est quaedam proxima innocentiae uerecundia, praebere se legibus. Lex non adicit quotiens optet, sed ex quibus: aut hoc, inquid, aut illud; non adicit: ne amplius quam semel.

tū
1 liceret **M** ‖ 5 mariam **M** ‖ demisisti **Ma** ‖ 10. 11 Iudex da tabellam **M**, *corr. Burs.* ‖ 13 ui ille **Ma** ‖ 14 *fuit* quam magna *in* **M** *sed corr.* **Ma** ‖ 17 id *del.* **Mb**

# LIBER OCTAVVS.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### ORBATA POST LAQVEVM SACRILEGA.

Magistratus de confessa sumat supplicium. Amisso quaedam uiro cum duobus liberis, suspendit se. incidit ei laqueum tertius filius. illa, cum sacrilegio facto sacrilegus quaereretur, dixit magistratui se fecisse sacrilegium. uult magistratus tamquam de confessa supplicium sumere; filius contradicit.

Facio, iudices, in foro quod domi feci: matrem mori prohibeo. Quomodo, inquid, fecisti? quo loco quae sustuleras condidisti? haerebat nec quicquam sacrilegi nisi poenam nouerat. Amissis duobus liberis sacrilega sibi uidebatur quod uiuebat. Non adfuturus ueni, sed seruaturus. Alii pro reis rogant, ego rogabo ream. Nullum habet accusator nisi in subselliis meis testem. Non est confessio nisi cum accusator eruit, negat rea, tortor expressit. Fertur quaedam uiso contra spem filio expirasse. si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater, habes non mediocre solatium: uides aliquid et deos perdere. Magis deos miseri quam

1 ЄXPLICIT LIBER ·VII· INCIPIT LIBER ·VIII· **M**; **Mb** *ascr.*: hic insunt CIII et e contra CIII. ‖ 7 quereretur **M** ‖ magistratu **Ma** ‖ 10 c7d. **M** ‖ 17 reum **Ma** ‖ 18 c$\overset{v}{o}$m **M** quam *uulgo*

beati colunt. Non fecit sacrilegium mulier, non fecit anus, non fecit orbata, non fecit quae custoditur, non fecit quae confitetur. Irata, inquid, dis sacrilegium potuit committere. Frangitur calamitosis animus et ipsa se infelicitas dampnat et hoc condicio humana uel pessimum habet, quod fortuna quos miseros fecit etiam superstitiosos facit. Diligentius dii coluntur irati. Quis ergo fecit? Vnde scire possum qui matrem custodii? Ago causam legum, ne carnificem quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant. Deos ita coluit ut quae tam pro multis timeret.

⟨Pars altera.⟩ Confessio conscientiae uox est. Confessio coacti et quae fecit agnoscentis uerbum est. Omnium uox erat: 'sacrilegium latere non poterit; quisquis est, non ipse bonum exitum faciet, non quisquam suorum; et si nemo fuerit accusator, ipse narrabit'. Concita processit, uelut diis ipsis persequentibus; 'feci', inquit. Supplicium de ea uel nunc exigamus homines, de qua dii olim exigere coeperunt. Violatorum numinum maiestate conpulsa est, ut mori et uellet et deberet et non posset. Incisus est ei laqueus. Ita putabas te, sacrilega, secreto mori posse? Omnia fecit ut taceret, quae ne confiteretur etiam mori uoluit. Si crimen quaeritis, factum est sacrilegium, si sacrilegum, fatetur. Facti quaeritis causam? si priusquam amitteret liberos, auara; si postquam amisit, irata. ‖

4 ammittere **Ma** ‖ calamitosus **Mb** ‖ 9 custodi$^{t}$ **M**, *corr. Burs.* ‖ 13 *uerba* Pars altera *om.* **M**, *add. Gron.* ‖ 15 *post* est **M** *addit:* PARS ALTERA ‖ 18 Concitata **Mb** ‖ 26 si sacrilegium **M**, *corr. Burs.* ‖ 27 ammitteret **M**

## <CONTROVERSIA II.>

### PHIDIAS AMISSIS MANIBVS.

Sacrilego manus praecidantur. Elii ab Atheniensibus Fidian acceperunt, ut his Iouem Olympium faceret, pacto interposito, ut aut Fidian aut centum talenta redderent. perfecto Ioue Elii Fidian aurum rapuisse dixerunt et manus tamquam sacrilego praeciderunt, truncatum Atheniensibus reddunt. petunt Athenienses centum talenta. contradicunt.

Iam Fidian commodare non possum. Tunc demum illa maiestas exprimi potest, cum animus opera prospexit, manus duxit. Ante sibi quam operi Iouem fecit. Sacrilegi uos estis qui praecidistis consecratas manus. Primum sanguinem deus sui uidit artificis. Testor Iouem, proprium iam Fidiae deum. Ars alios in miseria sustinet, te miserrimum fecit. Paciscendum Fidian manus fecerant. Sine eo Fidian nos recepturos putatis, sine quo uos accepturi non fuistis? Commodauimus qui facere posset deos, recepimus qui ne adorare quidem possit. Non pudet uos Iouem debere sacrilego? Superest homo, sed artifex periit. Poenam nobis Fidiae, non Fidian redditis. Manus quae solebant deos facere, nunc ne homines quidem rogare possunt. Talem fecit Iouem, ut hoc eius opus Elii esse ultimum uellent. Manus commodauimus, manus reposcimus. Elius est testis, Elius accusator, Elius iudex, Atheniensis tantum reus. Inuoco deos, et illos quos fecit Fidias et illos quos facere potuit. Recepimus Fidian: confiteor, si possumus commodare. ‖

Pars altera. Habuimus aurum olim sacrum, ha-

5 fidiam **M** ‖ 10 Cↄ **M** ‖ 11 possumus ? ‖ 18 fidiam *bis* **M** ‖ 21 nec **Mb** ‖ 28 Athenienses **Ma**

buimus ebur; sacrae materiae artificem quaesiuimus. disposueramus quidem ut aliis quoque templis simulacra Fidias faceret, sed non erat tam necesse ornare deos quam uindicare.

## <CONTROVERSIA III.>

### INFAMIS IN NVRVM.

Duorum iuuenum pater uni uxorem dedit, quo peregre profecto infamari coepit socer in nurum. maritus reuersus abduxit ancillam uxoris et torsit. illa in tormentis periit. maritus incerto quid quaesierit, se suspendit. imperat alteri filio pater ut eandem ducat; nolentem abdicat.

Duc, inquid, fratris uxorem. si hoc fieri potest, adulterum frater inuenit. Haec est mihi causa abdicationis quae fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratris uxorem. temtari me, si qua est fides, credidi. Mulier, si nubere lugenti potes, facis ut de te omnia credantur. Cogor eam ducere, quae mihi abdicationis est causa, populo rumoris, uiro mortis. Legi iam uxorem quae, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari uelit, quae, si uiro aliquid acciderit, nubere alii nolit. Qui me abdicari audiunt, putant fratrem de me aliquid suspicatum.

Pars altera. Obiecisti mihi ultimum nefas et quod qui tantum suspicatus est, noluit uiuere. Inpulsu tuo frater torsit ancillam et quia nihil repperit, falsas suspiciones morte expiauit. ||

27 suspitiones M

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### HOMICIDA IN SE.

Homicida insepultus abiciatur. Quidam se occidit; petitur ut insepultus abiciatur. contradicitur.

Adferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summam infelicitatum suarum in hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adolescens, cum te prohiberi etiam sepultura uideo, mirari desino quod peristi. Tales inimicos habes, ut etiam mortuum persequantur. Facilius miserum quam sceleratum fortuna uincit. Sumpsisti hoc ferrum, Cato, et quam inuidiosum, quod Catonem occideris? Curti, perdideras sepulturam, nisi in morte reperisses. Quid est in uita miserius quam mori uelle? quid in morte quam non posse sepeliri? Quis miretur eum mori uoluisse, quem fugientem quoque fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturam dedit: naufragos idem fluctus qui expulit ⟨sepelit⟩; suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt; eos qui uiui uruntur, poena funerat. Irascere interfectori, sed miserere interfecti. Homicida, inquid, est, quia se occidit. Huic irasceris? pro quo irasceris? Non aliud Scaeuolae Mucïo cognomen dedit et capto contra Porsennam regem libertatem reliquid, quam uilitas sui. non aliud Codrum illud ceteris imperatoribus exemplum dedit quam quod positis imperatoris insignibus ad mortem cucur||rit, nec ullo maior dux fuit quam quod se ducem non esse mentitus est. Non postulo ut glorio-

3 Homicida in se insepultus **Mb** || abitiatur **M** || 4 abitiatur **M** || C∂ **M** || 8 prohibere (i *supra*) **M** || sepultura *om.* **Ma** || 10 mor · uestra (tuum *supra*) (uestra *del.*) **M** || 16 figientem **Ma** || quoquo *Schott* || 17 sepultum **Ma** || 18 sepelit *om.* **M** || 19 suffisorum **Ma** || 23 Mutio **M** || 24 legem **M**

sum mori, sed ⟨ut⟩ tutum sit. Non magis crudeles sunt qui uolentes uiuere occidunt, quam qui uolentes mori non sinunt. Curtius deiciendo se in praecipitem locum fatum sepulturae miscuit; celebretur Cato: huic miserrimo, quod aliquid non ignaue de spiritu suo statuit, tantum inpune sit. Etiam uulnera infelicis in crimen scrutantur. Aestimate an uiuere licuerit, cui ne mori quidem licuit.

Pars altera. Facinus indignum si inueniuntur manus, quae sepeliant eum quem occiderunt suae. Sumsit gladium, uideo ardentes oculos — in quem, nescio; quod solum scio, scelus cogitat. Nescio cuius sibi criminis conscius confugit ad mortem, cuius inter scelera etiam hoc est, quod dampnari non potest. Contra hos inuentum est, ut aliquid post mortem timerent, ⟨qui⟩ non timent mortem. Nihil non ausurus fuit qui se potuit occidere.

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### FORTIS NOLENS AD PATREM FORTEM REDIRE.

Abdicauit quidam filium; ille tacuit. fortiter fecit; petiit praemio ad patrem reditum; pater contradixit. postea pater fortiter fecit; petit ad se filii reditum; filius contradicit.

Ego fortior sum: post tuam pugnam pugnauimus, post meam uicimus. Reuertere, dignam te domum feci. Isti oculi mei sunt, istae manus meae sunt, ista contumacia mea ‖ est. Si mereor praemium, mihi date, si non mereor, isti suum reddite. 'Ego, inquid, eadem lege praemium non accepi'. Hoc est unde abdicatus es, quod putas nihil inter te et

1 ut *add. W. Müller* ‖ 3 non si non **Ma** ‖ 4 factum **M** ‖ 8 nec **Mb** ‖ 15 aliquit **Ma** ‖ 16 non (*om.* qui) **M** ‖ timen **Ma** ‖ 21 petit **M**, *corr. Burs.* ‖ 23 Cd **M** ‖ 27 contumatia **M** ‖ 29 inquit **Mb** ‖ 30 es. Cum patas (r **Mb**) **M**, *corr. Burs.*

patrem interesse. Post tam similia opera, si tantum commilito esses, patrem me adoptare debueras. Ammoneo te, iuuenis: hoc praemium qui recusauerat petit. ‘Timeo ne me iterum abdices’. Commissurum me putas ut iterum rogem? Bello grauiore pugnaui, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerunt etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit, ego uici meos. Tu fregisti bellum, ego sustuli. Quanta exhortatio iuuenum fui senex fortis! Vtrique nostrum praemium reddite. Militaui senex, militaui exanguis, militaui qui iam uicarium dederam. Vterque nostrum cum rogatur fastidit, cum relinquitur rogat. Quid nos suspicari cogis, quod non uis in paternam domum uenire nisi tuo praemio? Turpe erat uirum fortem nisi a patre coacto non recipi.

Pars altera. Quid me captiuum ex libero cupis? quid ignominiae subicis uirum fortem? quid efficis ut possit abdicari? ‘Meus, inquid, es filius’. Quid opus est praemio, si tuus sum? ||

## <CONTROVERSIA VI.>

### PAVPER NAVFRAGVS DIVITIS SOCER.

Vitiata uitiatoris aut mortem aut indotatas nuptias petat. Diues pauperem de nuptiis filiae interpellauit tertio; ter pauper negauit; profectus cum filia naufragio expulsus est in diuitis fundum; appellauit illum diues de nuptiis filiae; pauper tacuit et fleuit. diues nuptias fecit. redierunt in urbem. uult pauper educere puellam ad magistratum. diues contradicit.

4 abdicis **Ma** || 11 anguis **Ma** || 15 sine **M**, nisi *Gron.* || 19 possim **Mb** || 23 Vitia **Ma** || 24 spectat **M**, *corr. Burs.* || 30 magg. **Ma** || C∂ **M**

Educatur ad magistratum puella. quid times? certe uxor est tua. Queri nec de morte poteris, si hanc puella maluerit. Nemo umquam raptor serius periit. Vt litus agnoui, naufragus in altum nataui. Quid times, si exorasti? Accessit ad me primum; 'filiam tuam ducere uolo, inquid, uxorem'. Non fleui; tunc enim licuit negare. Nuptias filiae tamquam naufragium meum fleui. Naufragus plus de litore queror. Inter naufragium quidem et nuptias ne una quidem nox interfuit. Differ nuptias dum flere socer desinat. Putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic se necdum committat uxori. Lacrimis inter uerba manantibus uenio: talis et filiae nuptiis fui. Si rapta est, cur optionem recusas? si uxor est, cur times? Loquor ubi primum licet. Procul a conspectu reliqueram patriam, nondum tamen possessionem diuitis praeterieram. subito fluctibus inhorruit mare ac discordes in pernitiem nostram flauere uenti; demissa nox caelo est et tantum fulminibus dies redditur; inter caelum terramque dubii pependimus. adhuc tamen bene, iudices, || nauigamus; naufragium maius restat in litore. Erat in summis montium iugis ardua diuitis specula: illic iste naufragiorum reliquias conputabat, illic uectigal infelix et quantum sibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptiis filiae, cum adhuc pulsaret aures meas fluctus; feci quod debui: et captus et naufragus inimico stuprum lacrimis negaui. Delicatus diues, qui amare etiam inter naufragia potest. Matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abscondis; ibi facis nuptias quo nemo ⟨nisi⟩ naufragus uenit. Lacrima semper indicium est inoptatae rei; lacrimae pignora sunt nolentium et repugnantis animi

1 * magistratus **M** || 3 puellam **Ma** || 4 perit **M** || 6 inquit **Mb** || 9 de **Ma** nec **Mb** || 10 Differt **M**, *corr. Burs.* || 11 commississe **M** || 20 coelum **M** || 21 ben **Ma** || 25 Interrogo **Ma** Interrogat **Mb** || 31 nisi *om.* **M** || 32 Lacrimas **M**

uultus index. nemo umquam quod cupiit deflet. Lacrimae coacti doloris intra praecordia et intolerabilis silentii eruptio. Sic ille qui super cinerem deflet patrimonium, odit incendium; sic qui naufragium deflet, maria detestatur. fletus humanarum necessitatum uerecunda execratio est. Tuae nunc sunt partes, puella; discedo et quod prius etiam feci, taceo. si nupta es, habes quod optes, si uitiata, quod imperes.

Pars altera. Naufragum duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium et adfinitas: alterum praestiti, alterum etiam rogaui. Oblatas conciliante fortuna nuptias, quod erat amantis, saepius rogaui, quod festinantis, non distuli. Quid hic raptoris est, nisi quod indotatam duxi? Errat socer qui putat mihi cariorem futuram puellam, si me potuerit occidere. Quid enim superest? preces meae quas totiens adhibui an istius lacrimae quas moui? Nihil mihi inimicus obicere praeter matrimonium potest. Magnus est amor qui ex misericordia uenit. Fundebamus lacrimas ex paenitentia discidii prioris nec plura aut me proloqui aut istum respondere passae sunt mentes gaudiis occupatae. || Nulla integritas tantum sibi etiam explorata confidit, ut causam uelit dicere. Si interrogaueris filiam, partem legis inputaturus es; si non interrogaueris, legem. Si genero uitam daturus esset, etiam innocentiam reliquisset. Quaeritis, quid dum fleret fecerit? non negauit; et solebat negare, si nollet. Mortem optaturus est; non enim potest eas partes legis desiderare quas habet.

1 cupit **M**, *corr. W. Müller* || 4 sic *om.* **Ma** || 12 alteram etiam *Burs.* || 18 quos **M** || noui ? || 29 obtaturus **M**

# ⟨M. ANNAEI SENECAE ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE DIVISIONES COLORES CONTROVERSIARVM. LIBER VIIII.⟩

---

Seneca Nouato, ⟨Senecae⟩, Melae filiis salutem.

Iam uidebar promissum meum implesse; circum- 1
spiciebam tamen, numquid me praeterisset. Vltro Votieni Montani mentionem intulistis; et uelim uos subinde aliqua nomina mihi offerre quibus euocetur memoria mea quae quomodo senilis per se marcet, ⟨ita⟩ admonita et aliquando lacessita facile se colliget. MONTANVS VOTIENVS adeo nunquam ostentationis declamauit causa, ut ne exercitationis quidem declamauerit. rationem quaerenti mihi ait: utram uis? honestam an ueram? si honestam, ne male adsuescam. qui declamationem parat scribit non ut uincat, sed ut placeat. omnia itaque lenocinia [ita] conquirit; argumentationes, quia molestae sunt et minimum habent floris, relinquit; sententiis, explicationibus audientis delinire contentus est. cupit

5 Senecae *addidi* || malę **A** || filio **T** || 7 preteriret **C**, *corr. W. Müller* || 9 nominam' **A** || uocetur **O**, *corr. Schult.* || 10 memoriā et que **O**, *corr. Burs.* || 11 ita *add. O. Iahn* || 13 clamauit **CTa** || exercitatis (exercitatus **T**) *corr. N. Faber* || 16 scripsit **O** || 17 Omnia altaquae **C** || ita *del. Burs., Haase* || 20 audienti **Ta** || deliniri **O**, *corr.*

2 enim se adprobare, non causam. Sequitur autem
hoc usque in forum declamatores uitium, ut neces-
saria deserant dum speciosa sectantur. Accedit etiam
illud quod aduersarios quamuis ‖ fatuos fingunt:
respondent illis et quae uolunt et cum uolunt.
Praeterea nihil est quod errorem aliquo damno ca-
stiget; stultitia eorum gratuita est. uix itaque in
foro futurus periculosus stupor discuti potest, qui
creuit dum tutus est. Quid quod laudationibus cre-
bris sustinentur et memoria illorum adsueuit certis
interuallis quiescere? cum uentum est in forum et
desiit illos ad omnem gestum plausus excipere, aut
3 deficiunt aut labant. Adice nunc quod bilis nullius
interuentu excutitur: nemo ridet, nemo ex industria
obloquitur: familiares sunt omnium uultus. in foro,
ut nihil aliut, ipsum illos forum turbat. Hoc quod
uulgo narratur, an uerum sit tu melius potes scire:
Latronem Porcivm declamatoriae uirtutis unicum
exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio
propinquo suo diceret, usque eo esse confusum, ut
a soloecismo inciperet nec ante potuisse confirmari
⟨atria⟩ ac parietem desiderantem, quam impetrauit,
4 ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vs-
que ⟨eo⟩ ingenia in scolasticis exercitationibus de-
licate nutriuntur, ut clamorem, silentium, risum,
caelum denique pati nesciant. Non est autem utilis
exercitatio, nisi quae operi simillima est in quod
exercet; itaque durior solet esse uero certamine.
Gladiatores grauioribus armis discunt quam pugnant;

2 huc **T** ‖ inferor **T** ‖ 4 fingant **O** ‖ 5 respondeant **BT** ‖ 7 stitia **A** ‖ 10 et **Tb** ubi **Ta** ‖ adsuebit **CTa** ‖ 13 deificiunt **B** ‖ adici **CTa** ‖ in hanc **A** in hunc **BT** ‖ * ab illis **O**, animus illis *W. Müller*, *N. Madvig* ‖ 17 scit **Ta** ‖ 19 templum **CTa** ‖ Portior **ABa** ‖ 21 solacismo **A** solocismo **B** ‖ negante **O** ‖ confirmari hac **O**; patria *addidi* ‖ 22 impetrarit *N. Madvig* ‖ 23 basilica **A** ‖ 24 eo *om.* **C** ‖ 24. 25 delicata enutriuntur **O** ‖ 25 clamarem **C** ‖ 26 ut illis **O** ‖ 27 ex[—xs **B**]ecrationi siq; **C** ‖ operis millima **A** ‖ in quo **B** illi quod **T** ‖ 28 exerceat **T** ‖ esse . at uero **T** ‖ certam̃ **T** certãne **C**

diutius illos magister armatos quam aduersarius retinet. athletae binos simul ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistant. cursores, quom intra exiguum spatium de uelocitate eorum iudicetur, id saepe in exercitationem decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine. multiplicatur ex industria labor quo condiscimus, ut leuetur quo decernimus. In scolasticis declamationibus contra euenit: omnia molliora ‖ et solutiora sunt. in foro partem accipiunt, in schola eligunt; illic iudici blandiuntur, hic inperant; illic inter fremitum consonantis turbae intendendus animus est, uox ad aures iudicis perferenda: hic ex uultu dicentis pendent omnium uultus. Itaque uelut ex umbroso et obscuro prodeuntes loco clarae lucis fulgor obcaecat, sic istos ⟨e⟩ scolis in forum transeuntes omnia tamquam noua et inusitata perturbant, nec ante in oratorem conroborantur, quam multis perdomiti contumeliis puerilem animum scolasticis deliciis languidum uero labore durarunt. LEPIDVS, uir egregius et qui declamatorio non studio * *

## ⟨CONTROVERSIA XXIIII.⟩

Adulterum cum adultera qui deprenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Miltiades peculatus damnatus, in car-

1 diutqus **A** ‖ aduersarios **C** ‖ 1. 2 sustinet iunctathenas **T** teti une tathe [tate **Ba**] nas **C**, *corr. Burs.*: *an* luctantes athletas ? ‖ 3 * quod **O**, quo *Burs.* ‖ 4 bellocitate **C** ‖ 5 in ercitationem **A** ‖ 6 *uerba* in certamine *bis scr.* **B** ‖ 7 qđ cernimus **O** ‖ 8 uenit omnino **O** ‖ 9 solitiora **B** ‖ 11 inserant **CTa**, *corr. Gron.* ‖ 12 perforenda **A** referenda *W. Müller* ‖ 13 dicentes **CTa** ‖ pendunt **O** ‖ omnia **Ta** ‖ 14 uel **C** ‖ umbros **A** ‖ 15 dare lucis **C** ‖ 15. 16 nistos inscis forum **A** instos in ſciſi forum **B**, stos ın soci⁹ in forum **Ta** *corr.* **Tmg**, *Burs.* ‖ 17 negant et in **C** ‖ 18 pro dm **Ta** ‖ 19 delictis **C** ‖ lauguidum **A** laugidum **B** ‖ 20 lapidus **A** ‖ 24 interficeat **B** ‖ 25 Militiades (*et sic semper in hac controu.*) **O**

cere alligatus decessit; Cimon filius eius, ut eum sepeliret, uicarium se pro corpore patris dedit. Callias diues sordide natus redemit eum a republica et pecuniam soluit; filiam ei suam conlocauit, quam ille deprensam in adulterio deprecante patre occidit. Ingrati reus est.

1 Albvci Sili. Non mouet me periculum meum: semper nos in malis nostris non fortunam, sed causam spectauimus. Non dubito quin Callias redempturus fuerit Miltiadem, si iam habuisset filiam nubilem. Mvsae. Alius aliud pati non potest. mihi adulterium carcer est. Arelli Fvsci patris. Nihil, inquit, filiae plus possum dare quam Cimonem uirum. quando mihi ex eo contingent nepotes? Ferrum a lege mihi ‖ traditum ad uindictam pudicitiae proiciam? Perdidisti pecuniam, Callia, si tales soluisti manus. Damnatus peculatus nihil aliud he-
2 redi suo reliquit quam se patrem. Cesti Pii. Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone habere nepotes concupisti. Quid magis in me probasti quam carcerem? non sum innocentior quam pater, ne felicior quidem; hoc unum interest inter parentis et fili fortunam quod illius calamitatium exitium fuit carcer, mearum initium. Exponam uobis quam in neminem meorum ingratus sim. unus Miltiadis census inuentus est Cimon filius; ne hic quidem quicquam habuit quod daret pro patre praeter se. Poteram in Cynegiri domo sperare nuptias, poteram in Callimachi, nec uerebar

1 alligatur **B** ‖ gimon **C** ‖ 3 Calhas **B** ‖ 4 soluit *om.* **A** ‖ 5 illi **C** ‖ praẽsam **B** ‖ 6 deprecantē **C** ‖ Ingratu **B** ‖ 9 Callius **CTa** ‖ 10 fuerit *om.* **T** ‖ 11 nobilem **O** ‖ 12 carcerē **A** ‖ 13 filia **O** ‖ utrum **CTa** ‖ 15 an ad u. **T** ‖ 16 proiciamus **T** ‖ Gallias **A** ‖ 17 Damnatos **C** ‖ 18 relinquit **O**, *corr. Haase* ‖ 22 ne licior **C** nec[e]licior quam licior **T**, infelicior *Schult.* ‖ 24 * exitum **C** exitus **ETa** ‖ carcerem arum **C** ‖ 26 sum **T** ‖ sensus **Ta** ‖ 27 nec **T** ‖ dare **O**, *corr. Burs.* ‖ 28 poterat **T** ‖ 29 Challi machin haec uerebar nec sine girus **CTa**

ne Cynegirus suas pluris aestimaret manus. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est. VOTIENI 3 MONTANI. Facis iam ut dicam: non accepi beneficium aut reddidi. certius reddam cum tam honeste desideraris quam dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem si ⟨adhuc⟩ alligatas haberem manus? Egit me attonitum dolor. non mehercules me exorasset Miltiades pater. Nihil Calliae debeo nisi liber sum. est uir egregius Callias, est misericors; sed utinam tantum aduersus bonos! Maior iniuria est si nunc manus Cimonis alligantur quam fuit beneficium quod tunc solutae sunt. Non iste iniquiore animo filiam amisit quam ego uxorem, sed aequiore animo inpudicam pati uoluit. Vis tu diuitias tuas abscondere, cum in eos inciderint qui mendicitate censentur? Nihil habet domus nostra melius quod ostendat quam paupertatem. Da pecuniam Miltiadi qua damnationem luat, nocens erit; da Cimoni qua patrem redimat, pius non erit. VIBI 4 GALLI. Nullo mihi felicior uideor quam quod Miltiadis pretium fui. Alligatus iacebat Persicae potentiae uindex, libertatis publicae adsertor, alligatus iacebat crimen ingratae ciuitatis. Adulteram dimittam patri? adulteram qui non tam glorior quod filius sum Miltiadis quam quod uicarius? Quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari? Si alterum solum occidero, exulandum est. quid faciam? occi-

2 omon **B** ‖ est *om.* **B** ‖ 3 * Faciamus dicat **C** fatiam dicat **T** ‖ 4 alter reddidit **O**, *corr. Gron.* aliter reddendi certus **N**, *Madvig an* reddidi certe ? ‖ 5 desiderareris qua **B** ‖ 6 adhuc *add.* **E** ‖ 7 manibus **B** ‖ me ercule si **T** ‖ 8 Casliae **O** ‖ 9 libertum **O** ‖ 10 tandum **C** ‖ 12 quo **T** ‖ 13 amisit filiam **T** ‖ 14 noluit **CTa** ‖ 15 inciderit **A** *m. pr.* **BTa** ‖ 17 De **C** ‖ 18 militiandi **C** ‖ dampnatorem **Ta** ‖ erat **T** ‖ 19 dedimat **C** ‖ nerit **A** ‖ 20 nulli **T** ‖ 21 fuit **Ta** ‖ perfice **A** ‖ impotentiae *Gron.* ‖ 22 uindet **A** ‖ adsertos **C** ‖ 23 adulterum dimittam ? patiar adulteram ? *Kon.* patiax **Tmg** ‖ 24 *alterum* adulteram *del.* **Ab** ‖ cui **O**, *corr. Grut.* ‖ 27 occidere **C** occiderem **T** ‖ exulendum **C**

dam? plus quam praestitisti exigis: pro carcere exilium. non occidam? plus quam praestitisti exigis: unum beneficium dedisti, duo petis. [Vterque magnum beneficium dedistis et statim dum datis, recepistis: Cimon quod Miltiadem redemit, tu quod Cimonem.] Videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium: ubi sunt illae manus quae soluere Miltiadem? Non mihi occurrit indulgentia uxoris, non Callias socer, non ullius aut rei aut benefici memoria; feci quod soleo,
5 nihil aliud respexi quam patrem. MENTONIS. Cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualium misereri soleas: turpe est ab eodem dimitti et adulteros et Cimonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem desino: ita mihi ueros habere liberos contingat; quod quantum esset Miltiades exper-
6 tus est. PORCI LATRONIS. Ego adulteros dimittam? ardet cupiditate uindictae animus. Has manus continere non posset Miltiades quas alligare potuit. Si in hoc soluisti, redde me carceri. Ille Graeciae seruator et uindex Persarum orientisque domitor, cui modo tam insignem triumphum fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc uidelicet ipsum, ut innocentia eius quae alioqui latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur. damnatus est innocens. quis in ciuitate misericors est? nunc occasio misericordiae uenit: Miltiades redimen||dus est. Redemi corpus tuum, Miltiade, ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipsum inpenderam. Misereor accusatoris mei, non quia perdidit filiam, sed

3—6 *seclus. Haase, Kon.* || 4 dedisti statim dum **A** dedieti statim dum **B** dedistis. Tantūdem **T** || recipistis **O** || 6 ci-$^{\text{v}}$monest **A** || magorem **B** || 10 nullius **C** || 16 contingut **A** || 18 animi **Ta** || continerem **B** || 20 * solutus **C** solutus sum **Tb** || carcere **Ba** || 22 fortunā **Ta** || 23 ab hoc **B** || 24 innocentiam **O** || 26 ciuitatem **O** || 27 inuenit **C Ta**, *unde* occasionem *Burs.* || 28 redimi **Aa**

quia habuit. dignus erat Callias tales habere quales redemit. Quod si me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerem praefero. honestius patri alligor quam adultero soluor. Vt audiui esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in ciuitate nostra quemquam qui Cimonem redimere quam Miltiaden maluisset. Ego ne patrem quidem meum, nisi innocens fuisset, redemissem. 7 BLANDI. Obiciat licet uincula, numquam tamen efficiet ut non magis carcere glorier quam matrimonio. Diuersi sunt hominum adfectus: tu fortasse, Callia, uincula non potes ferre, ego adulteram uxorem. Effugient ergo adulteri tamquam alligatas Cimonis manus? ARGENTARI. Redemptum me protinus appellare coepit de filiae nuptiis. Statim, inquam, Callias experitur an gratus sim: † habes in Gallias sine Cimone. Pro uno rogat, duos eripit. FVLVI SPARSI. Dic nunc: 'ego te carceri exemi', dum ego respondeam 'ego me carceri tradidi'. Numquam effici poterit ut melius actum putem quod a Callia redemptus sum quam quod pro Miltiade alligatus. Filia tua abstulit tibi generum Cimonem. Ductus est pater meus in carcerem etiamnunc captiuis suis plenum. 8 IVNI GALLIONIS. Beneficium, inquit, tibi dedi quod filiam tibi collocaui. Nunc uere, Miltiade, grauiorem fortunam carcere sustines: Callias tecum communicare dignatus est. Ego me redemptum putabam; filiae istius emptus sum. Steterunt ante oculos meos maiorum imagines emissusque sede

1 Dignū **CTa** ‖ gallias **O** *et hinc fere semper G pro* **C** ‖ haberet **Ta** ‖ 2 redimisti **C** ‖ 3 Praefera **B** ‖ 6 fuis **B** ‖ qui *om.* **B** ‖ 8 quid est meum **C** meum **T** ‖ redemisset **B** ‖ 9 Obiceat **O** ‖ 10 glorior **BT** ‖ 11 omnium **O** ‖ Callias **T** ‖ 12 potest **C** ‖ 16 gallian **BTV** ‖ 17 cimonem **B** habes en Callian sine Cimone *Schott*, gratum habes: sine, Callia, sine Cimonem *Schult.* habes in Calliam, sine in Cimonem *N. Madvig* ‖ eripit̃ Fullui **B** ‖ 18 dicunt **B** ‖ 20 factum *Studemund* ‖ 21 alligatis **C** ‖ 23 est *om.* **A** ‖ 24. 25 inquid dedit (dedi **Tb**) **T** ‖ 25 collocaui collocaui **C** ‖ uero **T** ‖ 26 sustinetes **Ta** ‖ 29 emisusque **B**

sua Miltiades maiestate imperatoria refulsit et iterum meas inuocauit manus. Ivli Bassi. Calliae filiam uxorem duxi: hanc tibi, pater, iniuriam feci || dum ingratus esse nolo. Placeas tibi licet et istas iactes diuitias: tantidem tamen redemi patrem, quanti a te redemptus sum.

9 Divisio. Latro in has quaestiones diuisit: an non quisquis gratiam non retulit, cum posset, ingrati teneatur. Multa, inquit, interueniunt propter quae non debeam facere, etiamsi possum. Si non tenetur quisquis non retulit gratiam cum posset, an hic teneatur. Hoc in haec diuisit: an non possit ob id damnari quod lege fecit; deinde, an facere debuerit; nouissime, an si adfectu et indignatione ablatus non fuit in sua potestate, ignoscendum illi sit. hoc non tamquam quaestionem, sed, ut illi
10 mos erat, pro tractatione aut loco. Montanvs Votienvs quaestionem hanc adiecit: an gratiam retulerit Cimon Calliae. Tuli, inquit, filiam tuam uxorem; filia tua Miltiadis nurus facta est. non putas beneficium communes cum Miltiade nepotes? Gallio illam quaestionem duram mouit, sed diligenter executus est, quae solet esse ⟨in⟩ ingrati controuersiis prima: an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi poena in carcere esse: mea uoluntate illo perueneram. Ita ⟨tu⟩ putas me libentius in cubiculo meo iacuisse? nullus tunc erat locus Athenis honestior quam qui Miltiaden habuerat. Deinde et illam subiunxit quaestionem: an teneatur is qui beneficium accepit quod non petiit. Non rogaui, inquit, te; dedisti istud iactationi tuae; pu-

1 imperia **A** imperatori et **B** || 4 places **A** || 8 quisq; **Ta** || gratia **C** || 9 inteueniant **AT** intetieniant **B** || 10 quen **A** || 12 an id possit **O**, *corr. Burs.* id *del. H. Müller* || 14 adfectū **C** || 18 notienus **A**, *om.* **B** || haec **C** || 19 retuli, inquit. filia tua uxor mea *Schult.* || 20 uxorem et **T** || militianus **C** || nutus **B** || 21 cummunes **C** || n̄potes **A** || 23 in *om.* **CTa** || 24 acciperit **B** || 26 tu *addidi* || 30 his **C** || accipit **C** || petiuit **T** petit **C** || rogauit **CTa** || 31 illud **T**

tasti ad gloriam tuam pertinere. Ita tu non accepisses beneficium si tibi soluere Miltiaden contigisset? SILO POMPEIVS a parte Calliae duo beneficia se 11 dixit dedisse, quod redemisset et quod egenti filiam conlocasset. Hoc quod secundum posuit nemo alius pro beneficio inputauit, in quo adeo non est dubium an beneficium non dederit, ut dubium sit an receperit. BRVTVS BRVTTEDIVS illas praeterea quaestiones fecit: an si sua causa fecit hoc Callias, ut redimeret ‖ Cimoni sit beneficium. ⟨Beneficium⟩ enim est, inquit, quod totum eius causa praestatur in quem confertur. ubi aliquis ex eo aut sperat quid aut praeparat, non est beneficium, consilium est. et diu executus est et argumentis et exemplis. Deinde, an sua causa Callias fecerit. Voluisti, inquit, opinionem sordium inlustri facto effugere; petisti ex hoc aeternam memoriam. non magis poterat ignotum esse a quo Cimon solutus esset quam pro quo alligatus. Voluisti habere generum nobilem, pium. HISPO ROMANIVS duram quaestionem fecit: an retulerit gratiam hoc ipso quod occidit. Liberaui te, inquit, summo dedecore; inuito tibi beneficium dedi. non est quod mireris; nam et tu me non rogantem redemisti. Hoc loco ⟨Virginios et⟩ illos patres qui filias uitiatas occiderunt, qui incluserunt.

Color et GALLIONI et LATRONI et MONTANO 12 placuit, ut nihil in Callian diceretur contumeliose, et redemptorem et socerum et infelicem. CESTIVS multa in auarum et feneratorem et mensularium et lenonem dixit, dum uult illud probare, reddidisse

3 apte **C** ‖ 7 sit ac **C** ‖ 8 Brutedius **AT** Brutaedius **B** ‖ illis illas **O** illic illas *Schott* ‖ 9 caslias **C** ‖ 10 Cimonia sit **C** Cimonem an sit **T**, *corr. H. Müller* ‖ beneficiam **B** ‖ *alterum* beneficium *add.* **ET** ‖ 11 tutum **C** ‖ 13. 14 concilium et diu **T** ‖ 16 sordum **A** ‖ industri **B** ‖ facta **C** ‖ 18 esse et quo **B** ‖ 20 Romanus **T** ‖ 22 dedecore summo **T** ‖ 23 et tamen non **O**, *corr. Haase* ‖ 24 Virginios et *add.* **E** ‖ 29 multa et in **T** ‖ feneratoram **Bb** ‖ 30 reddisse **B**

se beneficium, quod talem socerum habere sustinuisset. Latro dixit: filiam tuam dimittam; quid adultero faciam? pro uno rogas, duos eripis. Hanc Hybreas aliter dixit sententiam: σοὶ δέ, μοιχέ, τί ποιήσω; μὴ καὶ σοῦ Καλλίας πατήρ ἐστιν; Haec tota diuersa sententia est a priore, etiamsi ex eadem est petita materia. Illa non est similis sed eadem, quam dixit prior Adaevs rhetor, ex Asianis non proiecti nominis, deinde Arellivs Fvscvs: ἀχάριστός σοι δοκῶ, Καλλία; οὐκ οἶδας ποῦ μοι τὴν

13 χάριν ἔδωκας; Hanc sic mutauit Arellivs Fvscvs: non dices me, Callia, ingratum: unde redemeris, cogita. Memini deinde ‖ Fuscum, cum haec Adaei sententia obiceretur, non infitiari transtulisse se eam in latinum, et aiebat non commendationis id se aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operam, ut cum optimis sententiis certem, nec illas corrumpere conor sed uincere. Tunc deinde retulit ⟨ali⟩quam Thucydidis sententiam: [Demosth. in Phil. epist. 13] δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα, deinde Sallustianam: [hist. I, frg. 49, 24 ed. Kritz] res secundae mire sunt uitiis optentui. cum sit praecipua in Thucydide uirtus breuitas, hac eum Sallustius uicit et in suis illum castris cecidit; nam in sententia Graeca tam breui habes quae saluo sensu detrahas: deme

1 se *om.* **B** ‖ 3 una **ATV** ‖ erisis **B** ‖ anc **O** ‖ 4 alter **A** ‖ COIAXXEI XEI ΠΙΠΟΙΝCΩ MH[ΛΛΝ **A**]KAICOY KAΛAIAC ΠΥΗR ЄCTIN **O** ‖ 6 est *om.* **T** ‖ 7 materiā illā **C** materia est illa **T** ‖ 8 addeus **O** ‖ 9 proiectis **C** ‖ 10 AOKΩ **O** ‖ KAMIA **TV** ‖ OIΛCAC **C** OIACAC **TV** ‖ MOΠHN **TV** MΠHN **B** MICHN **A** ‖ KAPIN **O** ‖ ЄΛΩKAS HANC **O** ‖ 12 nunc dicis *Schult.* ‖ putauit **O**, *corr. Burs.* ‖ 13 Fuscus **B** ‖ 13. 14 addeis sententiā **C** adis sententia **TV**, *corr. Burs.* ‖ 14 se *om.* **B** ‖ 15 agebat **A** ‖ commendatione in se **O**, *corr. Burs.* ‖ 17 ut eum **TaV** ‖ 18 surripere ? ‖ 19 qua thycydedi **O**, *corr. Burs.* hanc *W. Müller* ‖ 19 *sq.* ΛЄINAITAPAIЄY [ЄI **B**]ΠPAΞINCYNKPYΨAIKAICYNCKIACAITAЄKATCΩNAMAPTHΛΛATA [NMATA **A**] **O** ‖ 21 Salustianam **O** ‖ mere **B** ‖ 22 uitis **CTaV** ‖ Tutidide **B** ‖ 23 breuitate **TaV** [—tis **Tb**] ‖ 25 saluo sen **TV** saluu sensus . . . **A** saluus ensuis **B**

uel συγκρύψαι uel συσκιάσαι, deme ἑκάστων: constabit sensus, etiamsi non aeque comptus, aeque tamen integer. at ex Sallusti sententia nihil demi sine detrimento sensus potest. T. autem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam et tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret Sallustio. nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat quem non timet et facilius putat posse a se Sallustium uinci, si ante a Thucydide uincatur. CESTIVS colorem pro Callia hunc habuit: obiecit ultro Cimoni quod passus esset uxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superueniret pater, ut spectator calamitatis suae fieret. iam, inquit, etiamsi dimiseris, ingratus es. ego non expectaueram dum rogarer. HISPO ROMANIVS hunc colorem secutus est: dixit adulescentem tumidum et nobilitatis suae ‖ cogitatione insolentem inuisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem socerum suum dici Callian; itaque omnem operam dedisse, ut mores puellae in uitia non tantum labi pateretur, set ipse impelleret, ut haberet iustam dimittendi causam. Nanctum occasionem non interemisse, expectasse tamen dum superueniret pater. Hoc se cogitasse: expectat me; uult mecum pares rationes facere. fecisset, si non ostendisset patri adulteram filiam. GARGONIVS in hac controuersia foedo genere cacozeliae usus dixit: istud publicum adulterium est, sub Miltiadis tropaeis concumbere. DORION

1 CYNKPITAI **O** ‖ CYNCKIACAI **TV** ‖ CYNKIACNΔEME **C** ‖ 1. 2 constañ **A** constauit **B** ‖ 3 an **Ta** ad **C** ‖ dimi **A** ‖ 4 detrimentis **O**, *corr.* **E** ‖ leuius **C** ‖ 8 faciet illum **C** ‖ sed *om.* **T** ‖ 9 putas **C** ‖ 10 Tucydedi **B** ‖ uincitur **O**, *corr.* **E** ‖ 11 Cinoni **C** ‖ 14 exspectator **A** ‖ 16 spectaueram **O**, *corr.* **E** ‖ 18 cogitationem **C** ‖ 21 in uita **C** ‖ leui **A** laui **B** ‖ 21. 22 et ipse impellet **C** ‖ 23 nanctam **T** ‖ intermisse **C** inter misisse **T** omisisse **E**, *corr. Schult.* ‖ expectasset **B** ‖ 27 genera **B** ‖ 29 tropheis **O**, *fort. add.* cum adultero *O. Iahn*

cum descripsisset, gloriae sibi fuisse carcerem, numquam non se illam fortunam ostentasse dixit: *ὅτε εἰσῆλθεν Καλλίας, τὰς πέδας ἀπεκάλυψα.* Hybreas dixit: *συγγνώμην ἔχω μοι.*

## ⟨CONTROVERSIA XXV.⟩

Maiestatis laesae sit actio. Flamininus proconsul inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat se numquam uidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. accusatur maiestatis.

1 Mentonis. Iam etiam perituri dormiebant. Peragitur totus ordo supplici, ne quid se meretrix negaret uidisse. O miserum si quis meretricem offendit! o miseram matrem familiae si quoius formae meretrix inuidet! nihil petenti praetor negaturus est. Mvsae. Hic est Flamininus, qui exiturus in prouinciam uxorem a porta dimisit. Argentari. Obicio luxuriam, obicio histrionum iocos? an uos [reuixerunt:] in conuiuio nihil aliud nisi occiditis? Qui in
2 carcere uixerunt, ‖ in conuiuio perierunt. Blandi. Feriatur in foro; omnes uideant, meretrix audiat. Reliquiae praetoris unco trahebantur. Maiestatem laesam dixissem, si exeunti tibi lictor a conspectu meretricem non summouisset. Vibi Rvfi. Paratus erat accusator cum commentariis, aiebat quidquid meretrix desiderauit. In hoc tecum uxorem non misimus? ut salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem? dedimus tibi legatum, dedi-

2 se non se **A** ‖ ostentasset **TaV** ‖ ΟΤΕΕΙϹΗΛΟΕΝ ΚΑΛ-ΛΙΑϹΤΑϹΠΕΑΑϹ [ΠΕΑϹ **TV**] ΑΠΕΚΑΛΥΨΑ HYBREAC DIXIT ϹΥΝΓΝΩ-ΜΕΝΕΧΟ [ΕΧG **BTV**] ΜΟΥ **O** ‖ 6 Flaminius *ubique* **O** ‖ 9 accusator **C** ‖ 10 Montanus **A** ‖ 13 coius **B** ‖ 14 p̄ter necaturus **CTa** ‖ 17 histrioniam **E** ‖ reuixerunt *quod ex u.* 19 *inrepsit deleui* ‖ 21 relique **C** ‖ 23 Vlbi **C** ‖ 24 aiebat *om.* **B** ‖ quidsi **O**, *corr. Gron.* ‖ 25 * desiderarit **O**, desiderabat *Gron.* ‖ 26 optimus **C** optimi **Ta** ‖ 27 dedimur **C**

mus quaestorem, ut tu cum meretrice cenares? meretrix uxoris loco accubuit, immo praetoris. P. 3
Asprenatis. Vni fortasse osculo donauit homicidium. Etiam carnifices cenaturi manus abluunt. Porci Latronis. Ne a sobrio quidem lictore percussus est. Non inquiro in totum annum, una nocte contentus sum. 'Bibe, lictor, ut fortius feras'. Ecquid intellegitis, quemadmodum damnatus sit qui sic occisus est? qui scio, an in cuius gratiam occisus est in eiusdem etiam damnatus sit? Quantum tibi populus Romanus dederat tantum tu meretrici dedisti. Si negaret, quos testes haberem? quis enim in illo conuiuio fuit quoi esset credendum? Facilius est ut qui alia meretrici dederit homicidium neget, quam ut qui hoc quoque dederit quicquam ⟨negarit⟩. Videlicet numquam istud mulierum oculis ostendi solet, aut ista iam saepe uidisset. Ivli 4
Bassi. Inter temulentas reliquias sumtuosissimae cenae et fastidiosos ob ebrietatem cibos modo excisum humanum caput fertur; inter purgamenta et iactus cenantium et sparsam in conuiuio scobem humanus sanguis euerritur. Gratulor sorti tuae, prouincia, quod desiderante tale spectaculum meretrice plenum carcerem damnatis habuisti. Seruum si uerberari uoluisses extra conuiuium abduxisses. Romani Hisponis. Quis ferret te, si in triclinio tuo iudicium coegisses? Scelus est in conuiuio ‖ damnare hominem: quid occidere? Ad arbitrium meretricis de reis pronuntiasti: nisi forte facilius in honorem

1 conares **T** ‖ 2 accibuit **A** ‖ 3 uno *Haase* ‖ 6 ulla **C** ‖ 7 ut **C Tb** h' **Ta** ‖ ecqui **A Tb** et qui **B Ta** ‖ 9 quid **O**, *corr. Haase; W. Müller* ‖ 11 PR dederit [diderit **A**] **C** pdiderat **T**, *corr. Petreius* ‖ 13 quot **A** quod **B** cui **T** ‖ essent **A** te est **Ta** de te est **Tb** ‖ 14 multa **E** ‖ negaret **Ta** ‖ 15 negarit *add.* **E** ‖ 16 * uidimirum **O**, nimirum *Burs.* VIBI RVFI *Sander* ‖ istum **C** ‖ 18 Basi **B** ‖ temulentes **C** tremulentas **Ta** ‖ 18. 19 sumtuosissima etenee **Ta** ‖ 19 * sub **O** ‖ 20 capud humanum **T** ‖ 21 scrobem **C Ta** ‖ 23 tales **Ta** ‖ 23 *sq. uerba* meretrice . . . uoluisses *om.* **B** ‖ 25 adduxisses **T** ‖ 27 * damnari **O**

5 eius decollas quam iudicas. Fvlvi Sparsi. Contactam sanguine humano mensam loquor, strictas in triclinio secures: quis credat ista aut concupisse meretricem aut fecisse praetorem? Cadauer, secures, sanguinem loquor: quis inter haec de conuiuio cogitat? 'Hominem', inquit, 'occidi numquam uidi'. alioqui Flaminino praetore omnia alia uidisti? Silonis Pompei. Virum nobilissimum et tantis honoribus functum turpiter meretrix clementem fecisset: crudelem fecit. 'Numquam uidi'. adice si uis: 'nec

6 alio praetore uidere potero'. Albvci Sili. Si quis autem est, iudices, qui desideret ut praetoris referam crudelitatem, quot praeter hunc iugulauerit, quot innoxios damnauerit, quot carcere incluserit, huic ego me satisfacturum esse ⟨non⟩ polliceor: uno conuiuio cum sua praetura reum euoluam. Instituuntur ab isto in prouincia epulae et magnifico apparatu exstruitur conuiuium; distinguntur argenteis poculis aurea. quid multa, iudices? conuiuii eius apparatum sensit prouincia. extrahitur quidam e carcere in conuiuium praetoris, cui stupenti misero meretrix arridet. interim uirgae promuntur et uictuma crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur.

7 Me miserum, imperi Romani terrore lusisti. O qui crudelitate omnis superasti tyrannos! soli tibi inter epulas uoluptati sunt morientium gemitus: hic ultimus apparatus cenae fuit. In eodem triclinio uideo praetorem amatorem, scorta, caedis; et meretrix praetori, praetor prouinciae imperat. ⟨In conuiui⟩o

1 Fuluius parsi **C** ‖ 2 scriptas **CTa** ‖ 3 quid **Ta** ‖ isca **B** ‖ 4 securus **Ba** ‖ 5 concitat **C** ‖ 7 alio quid [quod **Ba**] **C** alioquē **Ta** alio quam **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 9 clement̃ **C** ‖ 11 potest **Ta** potes **Tb** ‖ 13. 14 *ter* quod **CTa** ‖ 14 ınoxios **A** ‖ 15 non *add. Burs.* ‖ 17 apparatum **CTa** ‖ 19. 20 *uerba* iud ... quidam *om.* **T** ‖ 20 e] ei **B** ‖ 23 deo **B** ‖ 25 crudelitatem **Ta** ‖ superatis tyrannus **C** ‖ 26 * uoluptatis est **O** ‖ 27 caena **C** ‖ 28 cedis set **BT** uidisset **A**, et *Burs.* ecce *Schult.* ‖ 29 im perato constituitur **C**; imperat c. *Burs.*

constituitur catenatus, qui cum languentis praetoris istius aspexit oculos, existimans ipsum praetoris beneficio dimitti, gratias isti agens et utrisque manibus mensam tenens, 'di tibi', inquit, 'immortales parem gratiam referant'. Quicumque in eodem accubabant triclinio alius ubertim demisso capite flebat, alius auertebat ab illa crudelitate oculos, alius ridebat
quo gratior esset meretrici. Hic iste inter uarios 8
conuiuarum uultus submoueri iubet et miserum stare ad praebendas ceruices immotum: interim distinguitur mors poculis. ne sobri quidem carnificis manu ciuis Romanus occisus est. Non ueto quominus securi percutiatur: illud rogo, legi potius quam scorto cadat. memento terrorem imperio quaeri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nunc referam, iudices, ludorum genera, saltationes et illud dedecoris certamen, praetorne se mollius moueret
an meretrix? CAPITONIS. Exsurgite nunc Bruti, 9
Horatii, Decii et cetera imperi decora: uestri fasces, uestrae secures in quantum, pro bone Iuppiter, dedecus recciderunt! istis obscenae puellae iocantur. Quodsi, per deos inmortales, nullo sollemni die populo inspectante in foro conuiuium habuisses, non minuisses maiestatem imperii nostri? atqui quid interest conuiuium in forum ⟨an forum⟩ in conui-
uium adtrahas? Deinde descripsit quanto aliter in 10
foro decolletur. Ascendit praetor tribunal spectante prouincia; noxio pos terga deligantur manus,

1 con languetis **C** ‖ 3 iste **T** ‖ agere **O**, *corr. Burs.* ‖ 4 patrē **A** ‖ 5 accubabat **C** accubebat **T**, *corr. Schult.* ‖ 6 aliualius **C** ‖ demissa **C** ‖ 7 euertebat **A** ‖ 10 iniotū **A** in iocum **T** inotum **B** ‖ 11 * mora **O** ‖ 12 esset **O** ‖ peto **O**, *corr. Gron.* ‖ cominus **Ta** ‖ 16 genere **Ta** ‖ 18 in **B** ‖ 19 orati dici **C** ‖ 20 nestri secures **CTa** ‖ 21 reciderunt **BT** ‖ 22 * quid si **O** ‖ 24 ad quidquid **C** ‖ 25 an forum *om.* **C** ‖ 26 qualiter **O**, *corr. W. Müller* ‖ 27 tribunalis pectante **C** tribunal ĩ spectante **T**, *corr. Burs.* ‖ 28 noxia **T** ‖ diligantur **C** ĩligantur **T**

stat intento ac tristi omnium uultu; fit a praecone si-
lentium; adhibentur deinde legitima uerba; canitur
ex altera parte classicum. numquid uobis uideor
describere conuiuales iocos? Heu quam dissimiles
exitus initiis habes! accusauit te eques Romanus,
iudicauerunt te equites Romani, praetor damnatum
11 pronuntiauit, occidit meretrix. BVTEONIS. Vt iste
cum amica cenaret iucundius, homo occisus est.
Numquid, iudices, inquit, pro rostris uidistis prae-
torem cum meretrice cenantem? VOTIENI MONTANI.
Qui sic conuiuatur, quomodo irascitur? Damnaturi
iurant nihil se gratiae, nihil precibus ‖ dare: po-
stulo, ut in hanc legem iures. Maiestas populi
Romani per omnes nationes, per omnes diffusa
prouincias, in sinu meretricum iacet; ea imperat
praetori nostro quae prostitit, cuius osculo nemo
se abstinuit nisi qui pepercit suo. Conuiuas tuos
ipse narra: fuere, credo, tribuni, fuere praefecti,
fuere equites Romani: cum his ergo praetor . . . .
12 CASSI SEVERI. Ne de seruo quidem aut captiuo
omni loco aut omni genere aut per quos libebit
aut cum libebit supplicium sumi fas est adhibetur-
que ad ea magistratus ob custodiam, non ob laeti-
tiam. TRIARII. Quo crimine damnatus erat? caedis.
non tamen in conuiuio occiderat. Animaduerte di-
ligenter, meretrix, ne iterum homicidium roges.
13 MONTANVS VOTIENVS has putabat quaestiones
esse: an quidquid in magistratu peccauit proconsul

1 stat ĩtento **C** statim tento **T**, *corr. Vahlen* ‖ 2 at libenter **Ta** ‖ legituma **Ab B** ‖ 5 imtis **A** ınitis **B Ta** ‖ abest **T** abes **B** ‖ accusabis te aq̃ · ſr · **B** actus ab iste aeq; ſr · **A** accusante qui ſ · r · **T**, *corr. Burs.* ‖ 6 iudicauerint te quit. R [qui. TR **T**] praetor **O** ‖ 8 canaret **A** ‖ 9 iud iqđ **C** uidi qđ **T**, *corr. H. Müller* uidisti **O**, *corr. Schott* ‖ 11 conuitiatur **Ta** ‖ damnatur **A** ‖ 13 hac **C** ‖ 15 acet **A** ‖ 16 PR nr̃o **C** ‖ 17 percit **C**, parcit *Burs.* ‖ 18 ipsa **O**, *corr. Schult.* ‖ 19 cum his ego praetores cenare scio *Burs.* ‖ 20 Cas sis **B** ‖ 21 genere **O** tempore *Konitzer* ‖ 22 *uerba* aut cum libebit *om.* **A** ‖ sūmi **O** ‖ 24 credis **O** ‖ 28 quid quis **O** (quod quis **Tb**), *corr. N. Faber* ‖ protinus uindicari *N. Madvig*

uindicari possit maiestatis lege. Reus enim qui tueri se facto non potest, ad ius confugit et dicit hac se lege non teneri. Non quidquid peccauit aliquis in magistratu maiestatem laedit. Puta aliquem, dum magistratus est, patrem suum occidere, ueneno uxorem suam necare: puto, non hac lege causam dicet sed illis, parricidii et ueneficii. Vis scire non a quo fiat ad rem pertinere, sed quid fiat? priuatus potest accusari maiestatis laesae, si quid fecit quo maiestatem populi Romani laederet. Puta amicam habet proconsul: ideo maiestatis damnabitur? quod amplius est dico, puta matronam corrumpit, dum proconsul est: adulterii causam dicet, non maiestatis. Singula, inquit, aestima quae 14
obicis. si tantum amicam habuisset, numquid accusares? si animaduertisset in aliquem nullo rogante numquid accusari posset? Si non omne non recte factum hac lege uindicari potest, an id quod sub auctoritate publica geritur. Nam cum adulterium committit, cum ueneficium, tamquam ciuis peccat, cum animaduertit, auctoritate publica utitur. in eo autem quod sub praetexto publicae maiestatis ⟨agitur, quidquid peccatur maiestatis⟩ actione uindicandum est. Dic enim mihi, si cum animaduertere debeat non legitimo cultu ac more sollemni usus interdiu tribunal conscenderit conuiuali ueste, si cum classicum canere debeat, synphoniam canere iusserit, non laedet maiestatem? atqui quod fecit

1 reus unum enim **AT** reus unum **B** ‖ quid ueri **B** quid tueri **T** *an* reus enim, inquit, tueri? ‖ 2 confuit **B** ‖ 3 se non lege t. **O** ‖ 6 necapere **A** ‖ 7 illi **O** ‖ beneficii **C** ‖ uis⟨tu⟩ scire *Gron.* ‖ 9 lęsenquid **A** ‖ 10 populi .PR. lederet **O** ‖ 11 proquos **C** ‖ 12 matronem **CTa** ‖ 16 qui **CTa** q̨ **Tb**, si *Burs.* ‖ enim aduertisset **Ta** ‖ nullo] alio *Schult.* ‖ rogantem **C** ‖ 17 accusare **O** ‖ possit **O**, *corr. W. Müller* ‖ si non oñs recte **A** ‖ o ń **BTa** ‖ 18 uindicare **CTa** ‖ 19 auctoritatem **ATa** ‖ geretur **T** ‖ 20 committat **T** ‖ *tamquam ciuis peccat cum beneficium **O**, t. c. p. item cum ueneficium **Tmg** ‖ 21 animaduerterit **O**, *corr.* **Tmg** ‖ 23 *uerba* agitur . . . maiestatis *add.* **E** ‖ uindicatum **B**, *corr. m. pr.* ‖ 25 debeat ne **T** ‖ 26 conuali **B**

15 foedius est: et comparauit. Deinde, si potest uindicari maiestatis lege id quod proconsul maiestatis publicae et iure et apparatu usus peccauit, an hoc possit. Non potest, inquit; nihil enim detractum est populi Romani magnitudini. Is laedit populi Romani maiestatem qui aliquid publico nomine facit: tamquam legatus falsa mandata adfert, sic audiuntur tamquam illa populus Romanus dederit; imperator foedus percussit, uidetur populus Romanus percussisse et continetur indigno foedere: nunc nec uiribus quicquam populi Romani detractum est nec opinioni; ⟨proconsuli⟩ enim inputatur si quid fecit, non populo Romano. At ex te ceteros aestimant. Non: nam et ante hunc alii fuerunt ex quibus aestimari possent et post hunc erunt, et
16 singulorum uitia nemo urbibus adscribit. Attamen factum ipsum turpe est. set ⟨et⟩ multa alia, nec ideo illis maiestas laeditur. Nemo paene sine uitio est: ille iracundus est, ille libidinosus; non tamen, si quid in aliquo mutatum malis, eo statim maiestas laeditur. Deinde ad facti ipsius aestimationem uenit et dixit haec obici, quod meretricem habuit, quod aliquem in domo occidit, quod nocte, quod in con-
17 uiuio, quod rogante meretrice. SILO POM|PEIVS has adiecit quaestiones: an si quod facere ei licuit fecit, non possit maiestatis lege accusari. Potest, inquit; haec enim lex quid oporteat quaerit, aliae quid liceat. Licet ire in lupanar; si praecedentibus fascibus praetor deducetur in lupanar, maiestatem

2 procos. ⟨dum cum⟩ . . . apparatu est *Burs.* ‖ 3 et *om.* **T** ‖ apparatus est peccauit **O**, *corr. N. Madvig* ‖ 4 potest enim nihil inquit d. **T** ‖ 5 P̄R magnitudine **C** ‖ 6 omine **Ta** ‖ 7 aufer **C Ta** ‖ 8 audıtintur **A** audit intus **B** audit intui **T** ‖ illā **Ta** ‖ 10 continetur et *Schult.* ‖ 11 ꝑ populi detractum **O** ‖ 12 proconsuli *add. Burs.* ‖ 13 ec te **B** ‖ 14 nonne et **Tb**; *an* non, ⟨inquit⟩, nam ? ‖ 15 stimari **A** ‖ possit **O**, *corr.* **E** ‖ 17 * sed multa **O** ‖ 19 illi iracundus **C Ta** ‖ 19. 20 sicut **C Ta** ‖ 21 fecti **C Ta** ‖ stimationem **A** ‖ conuenit **Aa** ‖ 27 hoc **O** ‖ quod **T** ‖ 28 lupinar **C** ‖ 29 deducet **Ta** ‖ lupinar **B**

laedet, et quod licet fecerit. Licet qua quis uelit ueste uti; si praetor ius in ueste seruili uel muliebri dixerit, uiolabit maiestatem. Deinde illam fecit quaestionem: an hoc facere ei licuerit. Non licuit, inquit, illo loco aut illo tempore aut ex illa causa occidere. quaedam quae licent, tempore et loco mutato non licent. De colore, inquit, quaeritur quo 18 uti debeat is qui pro Flaminino dicit. Quaedam controuersiae sunt in quibus factum defendi potest, excusari non potest; ex quibus est et haec. non possumus efficere ut propter hoc non sit reprehendendus; non speramus, ut illum iudex probet, sed ut dimittat; itaque sic agere debemus tamquam pro facto non emendato, non scelerato tamen. Itaque negabat se pro Flaminino narraturum MONTANVS, sed iis quae obiciuntur responsurum. aiebat autem illam sententiam RVFI VIBII colorem actionis esse: 19 bonum se animum habere pro reo in quo libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem. Ipse Montanus illum locum pulcherrime tractauit, quam multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit: in Gurgite luxuriam, in Manlio inpotentiam cui non nocuit et filium et uictorem occidere, in Sylla crudelitatem, in Lucullo auaritiam. ⟨In⟩ praetore, inquit, cum illi constiterit abstinentia, diligentia, ne excutiatis, quomodo una nocte cenauerit. Vtrum tamen, inquit, iniquius est? quod obiciunt, quod damnatus perierit meretrici, ⟨an

2 uti isti **Ta** ‖ 3 uiolauit **O**, *corr. Burs.* ‖ 4 in hoc **CTa** ‖ 7 de colare **B** ‖ 9. 10 defendi non potest excusari potest **O**, *corr.* **E** ‖ 11 hos **T** ‖ sit reprehendendus [reprehendus **B**] sit **AaBTa** ‖ 12 illum iubet **CTa** ‖ 13 pro *om.* **A** ‖ 14 fato **Ta** ‖ 16 sed is **O**, *corr. Burs.* ‖ 17 biuii **O** ‖ 17. 18 * bo-
seccionis
num setionis esse bonum se animum **C** bonum se animum **Ta**, Senecionis **Tmg** ‖ 19 esse **B** ‖ 24 scylla **T** ‖ lucullo luxuriam in multis au. **E** ‖ 25 inquit praetore cum **CTa** ‖ abstinentiā diligentiā **CTa** ‖ 26 conauerit **CTa** ‖ 27 iniqui est **O**, *corr. N. Faber* ‖ 28 an quod *add. Burs.*

20 quod⟩ postulant pro‖consulem perire damnato? Colorem FVSCVS ARELLIVS hunc introduxit: ebrium fuisse nec scisse quid fecerit. SILO POMPEIVS hoc colore usus est: non putauit, inquit, in rem pertinere ubi aut quando periret qui perire deberet. TRIARIVS ineptum introduxit colorem: sermo erat, inquit, in conuiuio contemni nimiam praetoris lenitatem; alios fuisse proconsules qui cotidie animaduerterent, huius anno nullum esse occisum. Dixit aliquis ex conuiuis: 'ego numquam [iratus] . . . . .' dixit et mulier: 'et ego numquam'. Iratus, quod clementia sua contemptui esset, 'curabo, inquit, sciant non deesse mihi ⟨seueritatem'. adducitur⟩ sceleratus quem uidere lucem ultra non oportet. occisus est quis? damnatus; ubi? in praetorio; quo tempore? est enim

21 ullum quo nocens perire non debeat? GALLVS VIBIVS dixit: meretrix orauit. timebam mehercules ne exorasset ut aut indemnatus ⟨occideretur aut damnatus⟩ uiueret. Ex altera parte multa bene dicta sunt, multa corrupte: in descriptione supplici utique illi qui uoluerunt omnia legitima supplici uerba in sententias trahere in uitia inciderunt, tamquam dixit TRIARIVS: 'summoue': audis lictor? summoue a praetore meretricem. hoc non male. adiecit: 'uerbera', sed uide ne uirgae tuae pocula nostra disturbent; 'despolia': meretrix, agnoscis hoc

22 uerbum? certe prouincia agnoscit. SILO POMPEIVS, homo qui iudicio censebatur, et ipse ad hanc descriptionem accessit, minimum tamen mali fecit; ait: animaduertit meretrix; 'age lege'; quicquam

1 postu[—o **A**]lante ꝑcons **O** ‖ 4 putaui **E** ‖ ad rem **TbE** ‖ 7 inquit in contemni in conuiuio [conuio **A**] nimiam **O** ‖ 10 *in lacuna intercidisse* uidi hominem occidi *susp. Burs.* ‖ 12 dementia **A** ‖ 13 *uerba* seu. add. *add. N. Madvig* ‖ sceleratum **Tb** ‖ 14 qui **O**, *corr.* **E** ‖ 15 sub in **B** subis **Ta** ‖ ee̅ enim **O**, *corr.* **E** ‖ 16 illum **B** ‖ debeas? **CTa** ‖ Gallius **B** ‖ 17 meretrix *om.* **B** ‖ meercules **C** ‖ 18. 19 *uerba* occideretur aut damnatus *add.* **Tmg** *Burs.* ‖ 22 scientias **T** ‖ 26 disturbent. silo pōpeius dixit despolia **O** ‖ 30 animaduerti **A**

enim lege hic agitur? Hispanvs dixit: 'age lege' tibi dicitur, Flaminine: uiue sine meretrice, cena sine carnifice. Argentarivs in quae solebat scemata minuta tractationem uiolentissimam fregit: 'age lege' scis, inquit, quid dicat? interdiu age, in foro age. stupet lictor; idem dicit quod meretrix tua: hoc || numquam se uidisse. Montanvs Votienvs dixit: percussurus lictor ad praetorem respexit, praetor ad meretricem. Vibivs Gallvs dixit: li- 23
ctori, quia bene percusserat, propinatum est. Illud quod tamquam Latronis circumfertur non esse Latronis pro testimonio dico et Latronem a sententia inepte tumultuosa uindico; ipse enim audiui Florvm quendam, auditorem Latronis, dicentem non apud Latronem. neque enim illi mos erat quemquam audire declamantem; declamabat ipse tantum et aiebat se non esse magistrum sed exemplum; nec ulli ali contigisse scio quam apud Graecos Niceti, apud Romanos Latroni, ut discipuli non audiri desiderarent, sed contenti essent audire. initio contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores uocabantur; deinde in usu uerbum esse coepit et promiscue poni pro discipulo auditor. hoc erat non patientiam suam sed eloquentiam uendere.
Vt ad Florum reuertar, ille dixit in Flaminino: 24
refulsit inter priuata pocula publicae securis acies; inter temulentas ebriorum reliquias humanum euerritur caput. Numquam Latro sic composuisset ut, quia publicam securem dicturus erat, diceret priuata

2 Flamini **O** ‖ 3. 4 scematã in ut a tractatione **O**, *corr. Burs.* ‖ 4 uiolentissime infregit *W. Müller* ‖ 9 Viuius Callus **O** ‖ lictore **A** ‖ 11 Latronis *bis scriptum* **C** ‖ 14 quodam **C**, *corr. Sander* ‖ 15 erit **C** ‖ quemcũ **C** quemcumque **T**, *corr. N. Faber* ‖ 17 agebat **A** ‖ 17. 18 nec nili [nec Iulio **Tmg**] ne cali nec ali conticisses [conticesses **Ta**] **CTa** ‖ 18 suo **Ta** ‖ Niceci **C** ‖ 19 Latro **CTa** ‖ 21 latonis **A** ‖ 22 usũ **A** usus **Ta** ‖ 25 Flamininum *Schult.* ‖ 27 tremulentas **Ta** temulames **A** *m. pr.* ‖ 27 euerritũ **A**

pocula, nec in tam mollem conpositionem sententia eius euanuisset; nec tam incredibilis umquam figuras concipiebat, ut in ipso triclinio inter lectos et iocos et mensas percussum describeret. Ille ⟨cum⟩ in hac controuersia descripsisset atrocitatem supplicii adiecit: quid exhorruistis, iudices? meretricios lusus loquor. Et illam dixit minus notam sententiam, sed non minus bonam: in socium nostrum praetor populi Romani animaduertit in priuato, nocte, tumultuario tribunali, ebrius fortasse, ne calciatus quidem, nisi si ut omnia spectaret meretrix diligenter
25 exegit. RVFVS VIBIVS erat qui antiquo genere diceret; belle cessit illi sententia sordidioris notae: praetor ad occidendum hominem soleas poposcit. Altera eiusdem generis, sed non eiusdem successus sententia: cum deplorasset condicionem uiolatam maiestatis, consuetudinem maiorum descripsisset qua semper uoluissent ad supplicium aduocari, sententiam dixit: at nunc a praetore lege actum est ad lucernam. POLLIO tamen ASINIVS aiebat hanc se
26 sententiam recipere. LIVIVS de oratoribus qui uerba antiqua et sordida consectantur et orationis obscuritatem seueritatem putant aiebat MILTIADEN rhetorem eleganter dixisse: *ἐπὶ τὸ λεξικὸν μαίνονται.* Tamen in his etiamsi minus est insaniae minus spei est; illi qui tument, illi qui abundantia labo-

1 sententiā **C** ‖ 2 tamen credibilis **C** ‖ 3 *concupiebat **O**, *corr. ego, N. Madvig* cū cōpīgebat **T** ‖ ipse **B** ‖ in in ipso **T** ‖ intel-lectos et loco et mense **C** ‖ 4 cum *om.* **C** ‖ 5 descrisisset **B** ‖ 6 quod **B** ‖ 7 ille **T** ‖ dixi **C** ‖ nontam **C** ‖ 8 uestrum *Gron.* ‖ 9 animaduertit enim priuata noctae **O**, *corr. Gron.* ‖ 10 nec **T** ‖ 11 si et **O** ‖ expetaret **T** ‖ 12 Rurfus **C** ‖ quantiquo **B** ‖ 12.13 rediceret · bellae **C** ‖ 13 sententiā **C** ‖ 14 pat̃ **Ta** ·P̄R̄· **C** ‖ 16 sententiam **O**, *corr. Schult.* ‖ uiolata **A** ‖ 17 et consuetudinem **Tb** ‖ 18 media die uocari *ci. Iahn* luci claro u. *Vahlen* ‖ 19 P̄R̄ **C** ‖ 20 agebat *corr.* **A** ‖ 21 sententiam *hinc desunt in* **A** *duo folia usque ad* 416, 18 egit ‖ 23 aiebant **BTV** ‖ 24 ΤΟΝ ΛΕΞΙΟΝΛΛΑΙΝΟΝΤΑΙ **O**, *corr. Burs.* *ἐπὶ τὸ δεξιὸν N. Madvig* ‖ 26 speciei **T** speciae **B**, *corr.* **E**

rant plus habent furoris, set plus et corporis; semper autem ad sanitatem procliuius est quod potest detractione curari; illi succurri non potest qui simul
et insanit et deficit. Set ne hoc genus furoris pro- 27
tegere uidear, in Flaminino tumidissime dixit MVRREDIVS: praetorem nostrum in illa ferali cena saginatum meretricis sinu excitauit securis. Et illud tetracolon: seruiebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut impleretur <numerus; quem enim sensum habet: 'seruiebat> dies nocti'? Hanc ideo sententiam rettuli quia et in tricolis et in omnibus huius generis sententiis curamus ut numerus constet, non curamus an sensus. Omnia autem genera corruptarum quoque sententiarum de industria pono, quia facilius et quid imitandum et
quid uitandum sit docemur exemplo. Ecce et illud 28
genus || cacozeliae est quod amaritudinem uerborum quasi adgrauaturam res petit; ut in hac controuersia LICINIVS NEPOS dixit: reus damnatus est legi, periit fornici. Et illud quod SENIANVS dixit habet sui generis insaniam, cum diceret nocte non debere sumi supplicium post longam descriptionem conclusit:
noctu ne uictumae quidem occiduntur. Et ad hanc con- 29
trouersiam Graeci porrexerunt manum. dixit in hac NICETES: ὡς δ' ἤκουσεν ὅτι συμπόσιόν ἐστιν, ἤλπιζεν. EVCTEMON dixit: πάντες ἐνόμιζον ὅτι ЄCΛΤO. GLAV-

1 et plus **B T**, *corr.* **E** || et *om.* **T** || 3 detractatione **B Tb** || 4 et sanis et defecisset ne **B** || 5 Flamininum *Schult.* || 6 P̃R̄ **B** || ferari **B** || 7 excitabit successuri **O**, *corr. Burs.* succussus securis *N. Madvig* || 8 PR· **B** || 9 conuo¹ **B** || 10 ut in impleretur **BT** numerus *add. Burs.*, *H. Müller*, *reliqua add.* **E** || 12 rectuli **B** retuli **T** || 14 curamus ut **E** || 16 et **E** *om.* **T** est **B** || imittendum **B** || 17 ultandum **BTa** || ducemur **T** || 18 catozeliae **BV** || 19 adgrauatur iam **O**, *corr. Burs.* || 23 sūmi **T** || discriptionem **BV** || 24 cum nunc **C**, conclusit: noctu *N. Madvig* || de uictū equidem **O** || 26 Niceces **B** || ωcaΗκoycaN **O**, *corr. Schult.* || 27 ΗΡΙΖΟΝ **O**, *corr. Schult.* || ΠΑΝΤЄCЄΜΟΝΖΟ ΟΠЄCΝΑΤΟ **O**, *corr.*

CIPPVS CAPPADOX cum cenam luxuriosam descripsisset indignam maiestate praetoris adiecit: *Διηγήσομαι νῦν καὶ τὸν κῶμον.* Hoc idem elegantius dixit ADAEVS cum descripsisset cenam nocturnam: *ὡς ἐρωτικὸς ὁ κῶμος!* NICETES dixit: *οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον. ἂν ἡ πόλις εὐτυχῇ οὐδὲ ὄψῃ.* ARTEMON eodem loco aliam dixit sententiam: *οὐδέποτε τεθέαμαι ἀναιρούμενον. γύναι, οὐ κώμου δέησις.* GLYCON dixit: *ὡς δὲ ἀπηγγέλθη τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· πότος ἐστὶ καὶ ἑταίρας κλῆσις· ἀνέκραγέ τις τάλας· ἐμὲ ἄπαγε, ἐγὼ γὰρ ἀδίκως κατεκρίθην.*

## ⟨CONTROVERSIA XXVI.⟩

Per uim metumque gesta ne sint rata. Pacta conuenta legibus facta ⟨rata⟩ sint. Expositum qui agnouerit solutis alimentis recipiat. Quidam duos filios expositos sustulit, educauit. quaerenti patri naturali pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. pactum interpositum est. reddit illi duos filios, repetit unum.

1 ARELLI FVSCI patris. Aecum est ut cum alienis diuidamus liberos, quos non diuidimus cum matri-

*Burs. qui in fine coniecit* σεσῷτο ‖ 1 Capradox **B** ‖ rescripsisset **B** ‖ 2 maiestatem ·P̄R̄· **O**, *an* maiestate imperii *uel* m. populi Romani ? ‖ adiciet **B** ‖ ΔΙΗΓ[ΔΙΝΤ **TV**]ΗCΟΜΙΝΙΝΚΑΠΟΝΚωΛΛΟΝ **B**, *corr. Burs.* ‖ 3 addeus **O** ‖ 4 cedam **B** ‖ 5 ΚωΜΟC **O** ‖ ΤΕΘΕΛΛΙΑΙ **O** ‖ 6 ΑΝΗΠΟΛCΕΥΤΥΧΗΟΥΛΕΟΨΗ **O**, *corr. Burs.* ‖ 7 *sqq.* ΟΥΛΕΠΟΤΕΤΕΘΕΛΛΛΑΙΑΝΑΙΡΟΥΛΛΕΝΟΝΓΥΝΑΙΟΥΤωΛΛΝΟΥΑΕΙ ſιc · Clicon dixit ωCΛΕΑΠΗΝΓΗΛΗΟΙCΕΝΤωΛΕCΛΛωΤΗΡΙωΡΠΟΥΟC [ΠΟΓΟC **TV**]ΕCCΙ **O**, *corr. Burs.* ‖ 10 * ΕΤΛΙΡΛΚΑΗCΙCΕΝΕΚΡΛΓΕ **O** ‖ ΤΛΛΑCΕΜΕΑΠΑΤΕ[ΑΠΑΠΑΓΕ **TV**]ΕΤωΡΑΡΑΛΙΚωΟΚΑΤΑΙΓΡΙΤΕΝ **O**, *corr. Burs.* ‖ 13 uim utique **BT**, *corr.* **E** ‖ 14 rata *om.* **BT** *add.* **TbE** ‖ 15 agnouerint salustis salumentis recipit **B** ‖ 16. 17 sustulisse ducauit. querenti **B** ‖ 18 si *om.* **B** ‖ 19 illis **BTa** ‖ uos **B** suos **T**, *corr.* **E** ‖ 21 alternis **BTa**, alteris *Burs.* ‖ 22 quorum **B** qđuos non **Ta**

bus? 'si alterum non abstuleris, utrumque habebis'.
Quid faciam? utrumque genui, utrumque desideraui,
pro utroque pactus sum. ALBVCI SILI. Vna nati
sunt, una expositi, una educati; redditi potissimum
distrahuntur. distraxit illos fortuna aliquando ⟨a⟩
parentibus, numquam ab ipsis. Miseremini, iudices;
grauis indicina est. IVNI GALLIONIS. Duos exposui 2
quia alterum eligere non poteram. Periclitor ne
qui cum duobus liberis in iudicium ueni sine ullo
reuertar; nam quem perdam eligere non possum.
causa pacti mei fuit ut haberem filios, consummatio
ut perderem. Pro filiis tibi debeo, non filios: pete
quantum uis pro disciplinis, inputa quantum uis
pro alimentis; licet plus petas, dum ⟨ne⟩ minus
reddas. Maiores nostri uiderunt quam effusa esset
indulgentia pro suis timentium, quam parata quicquid
posceretur dare; itaque pro patre lex nostra
cum educatore pacta est. Non potui obligari de 3
eis qui in mea potestate non erant. si ex ‖ aequo
diuidimus, habeatur utriusque ratio: habeam ego
tamdiu duos quamdiu tu habuisti. Nolite timere,
pueri, non diducam uos: aut utrumque habebo, aut
neutrum. In auctione fratres quamuis hostilis hasta
non diuidit; plus quiddam est geminos esse quam
fratres, perdit uterque gratiam suam nisi cum altero .
est. FVLVI SPARSI. Ignoscere mihi aduersarius debet 4
meos retinenti, cum ipse alienos concupiscat. repetit
quos adhuc habuit, retineo quos modo agnoui.
Agnitio diuidet quos iunxit etiam expositio? COR-

1 abstulerit **B** abstulerim **T** ‖ 2 pro utrũque **B** ‖ 5 distrahantur *Burs.* distrahentur *Gron.* ‖ a *add.* **E** ‖ 6 miserem · iud · **B** ‖ 7 indie iuua **BTa**, *corr. Vahlen* iudices . . . uis indiuidua *Madvig* ‖ 8 qui **B** ‖ 9 qui tum **B** ‖ 14 lumentis **B** ‖ ne *om.* **O** ‖ 15 inciderunt **BTa** ‖ essent **B** ‖ 16 parat **B** ‖ 17 dere **B** ‖ lex non cum **O**, *corr. Schult.*; l. iam c. *Burs.* l. non pro e. facta *N. Faber* ‖ 19 non e non erant **B** ‖ 20 ateatur **B** atrahatur **T**, *corr.* **Tmg** *Burs.* ‖ 22 habeo **T** ‖ 23 actione **Ta** ‖ 28 quod adhuc **O**, *corr. Burs.* ‖ quod **T** ‖ 29 iuncxit **B** ‖ inpósitio **BTa**

NELI HISPANI. Dic uter obsequentior sit, uter indulgentior. 'uterque', inquis. Miraris, si tam binos diuidere non possum? Omnia pro filio paciscor
5 praeter filium. VOTIENI MONTANI. Ego uero ne patrocinium quidem habebo: si tam facile liberos remitto, libenter exposui. Reddere est istud liberos an eripere? Vtroque modo perdendi erant, uel paciscenti uel neganti. Pactus sum flens, tremens, tamquam cum exponerem. CESTI PII. Ne diuiderem filios una exposui. Iste quoque duos sustulit, qui tantum uno contentus est. Iterum cogor exponere.

6 IVNI GALLIONIS contra. Expeditae partes uestrae sunt: utrumque potestis ex hoc iudicio patrem dimittere. MENTONIS. Iste adsueuit carere liberis, ⟨ego⟩ etiamsi unum accipiam tamen necesse est torquear: duobus adsueui. Quid⟨quid⟩ umquam commisi — et habes domi quos de me interroges — nihil umquam sine illis feci nisi indicium. Vim uocas quae te patrem fecit? Sine herede ero qui paulo ⟨ante⟩ habui filios duos tales, ut ex illis uel unus cuilubet satis sit? POMPEI SILONIS. Videte quam modeste agam: ego sustuli, ego educaui, ego red-
7 didi; iste eligat. VIBI RVFI. Salui sunt, inquam, liberi tui. post hanc uim meam iste me osculatus est. PASSIENI. Cedo mihi tabulas testamenti: plures in testamento || habeo quam in pacto. hoc testamentum delere non cogito; si meos filios heredes facere non possum, tuos faciam. preces meas ad filios transferam: hoc enim nomen licebit, puto, mihi usurpare dum litigo. ARELLI FVSCI patris.

2 in his **O** || bios **B** os **T**, *corr. Burs.* pios *Madvig* || 5 habeo **O**, *corr. Schult.* || 6 illud **T** || 8 paciscent **B Ta** || 9 Certi **B** || 11 rex ponere **Ta** || 14 Mentionis **B** || 15 ego *add.* **E** || uno **B Ta** || 16 quid **O**, *corr. R. Wachsmuth* || commissi **B** || 19 herede herere qui **O**, *corr. Burs.* sine h. habere me qui *Schult.* || 20 ante *om.* **O** || 21 qui iubet **B Ta**, *corr. Burs.* quilibet **Tb** *Gron.* || 25 Parsenne **B** parsene **T** || cede **O** || 27 testamento **B** || si in eo filios **B**

Fertis hoc, optimi iuuenes? ego uos expositos sustuli, ego educaui, ego aegrotantibus adsedi, senem me fecistis et relinquitis? Argentari. In ista ui duos filios perdidi.

8 Divisio. Latro sic diuisit: ⟨an⟩ in re uis aut necessitas sit. Nulla, inquit, uis est; arma lex et uincula et ultimum periculum conplectitur, quorum nihil fuit in tua persona. Ille ait: uis est et necessitas ubi, uelim nolim, subcumbendum est mihi. fuit autem necesse mihi; non enim poteram habere alterum filium, nisi alterum promisissem. Respondetur: primum non est uis ubi aliquid expediendae rei causa patiendum est, sed pactio: tamquam non possum domum habere, nisi hanc emero; nulla alia uenalis est; hanc occasionem uidit uenditor et premit. non tamen hanc emptionem rescindes, alioqui in infinitum calumnia excedet. Dicit alius: necesse mihi erat. Tibi necesse? carcere primum etiamnum poteras; deinde et alia uia poteras inuenire, sperare alium indicem. an aliter inuenire non poteras? ergo hoc tibi plus praestiti. 9 An si in re uis et necessitas est, ita tantum rescindantur quae per uim et necessitatem gesta sunt, si uis et necessitas a paciscente adhibita est. Nihil, inquit, ⟨refert⟩ mea an tu cogaris, si non a me cogeris; meam culpam esse oportet, ut mea poena sit. Non, inquit; neque enim lex adhibenti uim irascitur, sed passo succurrit et iniquum illi uidetur id ratum esse quod aliquis non quia uoluit pactus est, sed quia coactus est. nihil autem refert, inquam, per quem illi necesse

1 festis **Ta** || 2 ego ė uos **B** || 3 relinquistis **B** || 5 an *add. N. Faber* || 9 mihi tū [cū **T**] aū **O**, *corr. Iahn* || 13 ratio **O**, *corr. Iahn* || tamen quā **B** tam̃ quia **T** || 14 haec **O** || 16 aliqui **BTa** || 17 Dicet **O**, *corr. Burs.* || 18 * etiam non **O** || 22 est *om.* **T** || tamen **O**, *corr. Iahn* || 23 hac paciscente **B** || 24 adhibitas **T** || refert *add. Vahlen* || 26 oportet esse ut **T** || ut me ut mea sit **B** || 27 si passos ū currit **Ta** || 28 inquum **B** || 30 refer quā per **B** refert quam per **T**, *corr. Burs.*

fuit; iniquum enim quod rescinditur facit fortuna eius qui passus est, non persona facientis. Deinde an ab || hoc uis admota sit. Tu, inquit, mihi uim admouisti qui non aliter indicabas quam si pactus essem. Non est, inquit, admouere uim aliquid sub certa condicione promittere. si qua uis est, a te tibi adhibita est, quod exponere .... et ad exorandum se uenisse ut tantum patri redderet quantum educatori superfuisset.

10 Pro educatore GALLIO hunc colorem secutus est, se misericordia motum. Cum uiderem, inquit, orbum sine herede, dixi mihi ipse: quid auidus es? possumus duo patres esse. et dixit illam amabilem sententiam: do itaque nunc poenas misericors. MONTANVS VOTIENVS sic coepit: si quis me uidet, iudices, modo duorum liberorum patrem, nunc sollicitudine periclitantem, certum habeo dicit crudelem iudicem. et summisse cum aduersario egit: rogauit ut altero contentus esset; et illam sumpsit contradictionem: nescio, inquit, utrum; et dixit: mihi crede qui illos optume noui: utrumuis elige; ideo

11 sic pactus sum, quia nihil intererat. HISPO ROMANIVS erat natura qui asperiorem dicendi uiam sequeretur; itaque hoc colore egit ut inueheretur tamquam in malum patrem et diceret crudeliter exponentem, perfide recipientem. In hoc, inquit, repetit, non quia habere uult, sed quia eripere;

1 fuerit *W. Müller* || quot res cingitur **BTa** || 3 ob **T** | Tum quit **B** || 4 amouere **T** || 5 * sum **B** cum **T** || 7 quom exponeres ad exonerandum te, si euenisset, ut *ci. N. Madvig* *lacunam indicauit Bursian sic fere explendam*: exponere ⟨tuos sustinuisti. Et ait istum sponte⟩ ad, || 7 exoneranda **BT**, *corr. N. Faber* || 8 est uenisset uı tantum **BTa** || 10 p̃ ducatore **B** || 12 heredem **BTa** || dix̃ **B** || auidus est **O**, *corr. Burs.* || 13 dicit **BT** || illem **Ba** || 14 da **BT**, *corr. Burs.* || 15 si coepit **BT** || * uidit **BT** || 16 solitudine *uolgo* || 18 egit: *hinc incipit rursus* **A** || 19 ÷ et illam **CTa** || 21 optū **A** || 22 Romanus **O**, *corr. Burs.* || 23 naturam **C** || 25 ea ponentem **CTa** || 27 qui eripere **C**

irascitur mihi quod duos educaui, quod indicaui.
Et cum descripsisset saeuitiam exponentis adiecit:
etiamnum mihi uidetur eiusdem animi, eiusdem
duritiae, quia nihil putat se debere ei qui liberos
suos educauit. Durus est pater, crudelis est; nolite
credere ex illa feritate tam subitam mutationem.
sinite me in filio uno non experiri. Dixerat ⟨Ce-
stivs⟩ in hac controuersia in illa quaestione qua
dicebat se nequa⟨quam⟩ uim adhibuisse: quid ergo?
quis adhibuit uim? tu tibi. non est quod dicat
alius: quis sibi ipse uim adhibet? solet fieri; ecce
ego ipse mihi nocui. et illud dixerat: placet mihi
in inritum reuocari quae gesta sunt. quid do ne
indicauerim? Argentarivs dixit ex altera parte 12
miseriorem se nunc esse quam cum ignoraret suos;
et cum tormenta paterni animi descripsisset, ait:
etiamnunc pacisci uolo. quid do ne liberos meos
recipiam? quid do ne agnouerim? Indignabatur
Cestivs detorqueri ab illo totiens et mutari sen-
tentias suas. quid putatis, aiebat, Argentarium esse?
Cesti simius est. solebat et Graece dicere: ὁ πίθη-
κός μου. Fuerat enim Argentarius Cesti auditor et
erat imitator. aiebat inuicem: quid putatis esse
Cestium nisi Cesti cinerem? et sic solebat iurare:
'per manes praeceptoris mei Cesti', cum Cestius
uiueret. Omnibus autem insistebat Cesti uestigiis: 13
aeque ex tempore dicebat, aeque contumeliose multa

1 duo **B**; *an* uos? ‖ inducaui **A** indacauit **Ta** ‖ 2 discripsisset **B** ‖ seuitia **C** ‖ 3 anime **B** ‖ 4 duritia et **A** ‖ 6 feritatem **C** ‖ subita **C** ‖ 7 Sinitae **CTa** ‖ in filuminu **C**, *corr. Burs.*, infidum illum *ci. Iahn* ‖ non *om.* **T** ‖ Cestius *add. Burs.* ‖ 8 in *om.* **T** ‖ illā **T** ‖ questionē **T** ‖ 9 nequa uim **C** nequaquam **Ta** ‖ 11 alios **A** alio **B** *om.* **T**, *corr. Konitzer* aliquis *Burs.* ‖ 13 gestas **Ta** ‖ quod done **C** Dono quod **T**, *corr. Burs.* ‖ 15 ignorares **C** ‖ 17 ut **C** ne *Schult.* 18 agnouerit **BTa** ‖ 19 Certius **B** ‖ multari **C** ‖ 20 agebat **C** ‖ argentarius **T** ‖ 21 cestissim' **A** cestissimū **T** cestisimius (s *suprascr.*) **Ba** est ius et graece **T** ‖ 21. 22 ΟΠΙΤΕΚΟϹΑΛΟΥ **O** ‖ 23 immittator **A** ‖ 27 contumeliqose **A**

interponebat; illud tamen optima fide praestitit, cum uterque Graecus esset, ut numquam Graece declamaret, illos semper admiraretur qui non fuerunt contenti unius linguae eloquentia, ⟨ac⟩ cum Latine declamauerant, toga posita sumpto pallio quasi persona mutata rediebant et Graece declamabant; ex quibus fuit SABINVS CLODIVS, in quem uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta
14 sunt. dixit HATERIVS quibusdam querentibus pusillas mercedes eum accepisse, cum duas res doceret: numquam magnas mercedes accepisse eos qui ermeneumata docerent. MAECENAS dixit: *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.* [Iliad. E, 85.] CASSIVS SEVERVS uenustissimam rem ex omnibus, qui ⟨ab⟩ auditione eius cum rediret inter||rogatus quomodo dixisset respondit: male ⟨*καὶ κακῶς.*⟩ GLYCON dixit: *ἂν ἀμφοτέρους μοι μὴ ἀποδῷς, ἀπολέσεις αὐτῶν τὸ δίδυμον.* GALLIO autem elegantissime dixit a parte patris, cum ultima per testamenti figuram tractaret: quandoque ego mortuus ero tunc mihi heres sit: uis interrogem uter? TRIARIVS dixit a parte educatoris: ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui?

## ⟨CONTROVERSIA XXVII.⟩

Qui patrem pulsauerit manus ei praecidantur. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis

1 illum **C** ‖ fidē **C** ‖ 3 declararet **C** ‖ admiraret **C Ta** ‖ 4 contempto **A Ta** ‖ ac *addidi* ‖ 5 personā **C Ta** ‖ 6 et orece **C** ‖ 8 dictae **B** ‖ 9 aterrius **O**, *corr.* **E** ‖ 11. 12 ermeneūatta **C** ermeniumacta **T** ‖ 12 doceret **B Ta** ‖ ΤΥDΕΙaΕΛaa **A** ΤΥΔΕΙaΕΛΛΔ **B T** ‖ 13 ΓΝΟΙΝCΡΟΤΕΡΟΙCΙ **C V** ‖ ΛaΕΤΕΙΝ **A** ΜΕΤΕΙΝ **T V** ‖ Casius **B** ‖ 14 uenunissimam **B** ‖ ab *add.* **E** ‖ 16 *καὶ κακῶς add.* **E** ‖ 16. 17 aΝΜΦΟΤΕΡΟΥC **V** ‖ 16 aΠΟaωC **O** ‖ aΝΟΛΕCΕΙC **V** aΝaΕCΕΙC (o superscr.) **A** aΝΟΕCΕΙC (a superscr.) **B** ‖ aΥΤaΝ **A** ‖ ΔΙaΥΜΟΝ **O** ‖ 19 cum ultimā partem **Ta** cum ut ultimam par [parte **BV**] **C V**, *corr. Burs.* ‖ 20 ergo **T V** ‖ 25 plus haberit manus si **C** ‖ 26 carcerem **A** ‖ filis arcersit **C**, *corr.* **T**

arcessiit; inperauit adolescentibus ut patrem caederent. alter ex his praecipitauit se, alter cecidit. postea in amicitiam tyranni receptus occiso tyranno praemium accepit. Petuntur manus eius; pater defendit.

CESTI PII. Felicior essem si plures reos defen- 1
derem. TRIARI. Haec uulnera quae in ore uidetis meo postea feci quam dimissus sum. IVNI GALLIONIS. Gratias ago filio, quod me non reliquit solum tyranno. Quod manus illius ausae sunt ego iussi, itaque crimini meo adsum. 'Amicus, inquit, tyranni fuit'. an hoc tantum filius meus in arce simulauit? Procumbo ad genua uestra, iudices, ille contumax,
qui cum uapularem non rogaui. MVSAE. Occisus 2
est tyrannus; a quo putatis nisi ab eo qui patrem pulsare [non] poterat? Praecidetis tyrannicidae manus? quid hoc est? integer tyrannus iacet. praecisas tyrannicidae manus arci praefigite. Non uindicem filium propter quem ne a tyranno quidem inpune uapulaui? ‖ Postquam occupauit arcem, secuti sunt illum homicidae, secuti uenefici, secutus quisquis patrem pulsare poterat. Necesse fuit patrem caedere, tam hercules quam necesse fuit spoliare templa, uirgines rapere. Aiebam: fili, fortius feri; tyrannus spectat. Si talis erat filius meus qualem describitis nescio cui magis expedierit tyrannum uiuere. O quantum istis debemus manibus

1 aduliscentibus **B** ‖ 2 Aliter **B** ‖ praecitauit **B** ‖ 3 amicitia **O** ‖ 4 petentur **Ta** ‖ 7 in hore **C** ‖ 8 dimissum. Iuni **C** ‖ gallianis **A** ‖ 9 ego **Ba** ‖ 10 usum ego **O**, *corr. Schult.*, manu i. caesus sum *O. Iahn: an* manus i. sensi ? ‖ iussit **A** ‖ 12 age hoc **O**, *corr. Petreius* ‖ 16 non *del. Burs.* ‖ 17 qui **B** ‖ inter tyrannos **O**, *corr.* **E** ‖ 17 praecisa **O**, *corr. Burs.* ‖ 18 tyrannicida **O** ‖ praegitę **O**, *corr. Burs.* ‖ ne **T** ‖ 19 quem mea **C** ‖ 20 uapulabis **C** ‖ *uerba* postquam . . . rapere (*l.* 24) *post* 423, 8 *transponit Burs.*; *audaciora molitur R. Wachsmuth* ‖ 21 sicuti benefeci **C** ‖ 23 cederet **O**, *corr.* **E** ‖ 24 parere **O**, *corr.* **E** ‖ Agebam **C** ‖ *uerba* Aiebam .. spectat *Burs. ponenda uidentur post* sum 420, 10

per quas iam nihil necesse est! Occidit tyrannum: sic huius iratae manus feriunt. Cum occideret tyrannum aiebat: 'frater te ferit, pater ferit'. sic feriunt qui uolunt. Tecum, fili inconsideratae pietatis, queror: ualidius patrem cecidisti quam iussit tyrannus. Iratus iacenti ipsas cadaueris manus in me
3 ingessi. FVLVI SPARSI. Tales fuerunt ex quibus posset alter tyrannum contemnere, alter occidere. IVLI BASSI. Conpressas fili manus in os meum inpegi, caedentem consolatus sum. PORCI LATRONIS. 'Caede, inquit, patrem': dum ego neglegens sum occupauit <praecipitare> se ex arce filius. hoc non est patri parcere sed sibi. Dura, fili; ad tyrannum tibi per patrem eundum est. Tenent ecce cruen-
4 tum tyranni caput; nunc illas praecidite. BLANDI. Vt uidi tyrannicidam ex arce descendentem, nihil prius quam manus osculatus sum. POMPEI SILONIS. Vtrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. Nemo ius habet in istas manus, meae sunt; istae etiam cum tyranno seruirent mihi paruerunt. Ita mihi superstite filio mori liceat, ut ego illum qui mori maluit parricidam uocaui. ARELLI FVSCI patris. Rogo uos <per> securitatem publicam, per modo restitutae libertatis laetitiam, per coniuges liberosque uestros. nemo tam suppliciter audiit me rogantem cum uapularem. Quam languidae caedentis manus erant! non putarem illum ‖ posse tyrannicidium facere. Istae mihi salutares porrexe-

2 si cuius **O** ‖ 3 te fecit **C** te interficit **T**, *corr. Burs.* ‖ 5 languidius *Haase* ‖ occidisti **C** ‖ iusit **B** ‖ 6—8 iacent ipsas cadaueris manus manus alter occidere **B** *rel. omissis* ‖ cadaueras **A** ‖ manus man' **ATa** ‖ 7 ingressi **AT** ‖ 9 conprehensas *Gron.* ‖ 10 credentem **C** ‖ 12 praecipitare *add. Burs.* ‖ 14 meum dum **C** *Verba* Tenent ... praecidite *Burs. ponenda uidentur l.* 17 *post* sum ‖ cruentum *om.* **Ta** ‖ 15 tyrannū **T** ‖ precipite **B** ‖ 16 uidit **C** ‖ descendendum **BTa** descendū **A** ‖ 19 mae **C** ‖ 22 uocauit **C** ‖ 23 *prius* per *om.* **C** ‖ 24 restituet **C** ‖ coniuies **A** ‖ 25 audite me **C** ‖ 26 languido **A** ‖ 27 putarent **C** putares **T**, *corr. Burs.* ‖ illam **B** illas **T** ‖ posset **Ta**

runt cibos, istae potiones; numquam tamen indulgentiores sensi manus quam cum me caederent. VOTIENI MONTANI. 'Pereat, inquit, potius'. Cum sit 5 qui tam fortiter loquatur, uix inuentus est qui tyrannum occideret. Fili, fortius, inquam, feri, ne nos colludere tyrannus intellegat. Suspensas leuiter admouebat manus; filius simulabat ictus, pater gemitus. Si qua est fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat. Necessitas magnum humanae inbecillitatis patrocinium est: haec excusat Saguntinos, quamuis non ceciderint patres sed occiderint; haec excusat Romanos, quos ad seruilem dilectum Cannensis ruina conpulit; quae quidquid coegit, defendit. Ille quoque mihi ⟨non⟩ pepercisset, si unicus fuisset. Ille me fratri relinquebat: ⟨relinqueret⟩ hic tyranno? 'Etiamnunc, inquit, in facie tua uulnera apparent'. Fili, nocet tibi quod tam cito occidisti tyrannum. MENTONIS. Quaeritis quis haec fecerit uulnera? ille cuius in funere me cecidi. Ita mihi libero et uiuere contingat et mori, ita oculos meos fili manus operiant, ut ego inter liberos meos fortior steti.

Ex altera parte. ARELLI FVSCI patris. Tamdiu 6 cecidit patrem, donec placeret tyranno satelles. Quid? tu tyrannicidium facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? 'Pater, inquit, adest'. malo; non enim tantum patrem, etiam patronum cecidisti. IVLI BASSI. Quoniam usque eo saeculum mutatum est, ⟨ut⟩ parricidae pater adsit, nos istius

3 Voti enī n̄ tā **A** ‖ qui sint **T** cum sint *Burs.* ‖ 4 * loquantur **O** ‖ 7 similabat **T** ‖ genitus **A** ‖ 10 infelicitatis **E** ‖ 11 occiderunt **O**, *corr.* **E** ‖ 12 Romanus **C** ‖ quae **C** qduos **T** ‖ 14 cogit **T** ‖ non *add. N. Faber* ‖ perpercit sed **O** ‖ 15 fuisses **CTa** ‖ relinquebant **C** reliquerat **E** ‖ relinqueret *add. R. Wachsmuth* ‖ 16 faci **C** ‖ 17 apparerent **C** ‖ 19 illa **CTa** ‖ cecidit **Ta** ‖ 22 stetit **Ta** ‖ 23 arellius **A** ‖ 24 donec donec **B** ‖ setelles **C** ‖ 25 tu *bis scr.* **C** ‖ fecere **A** ‖ 26 atest **Ba** ‖ 28 cedisti **C** ‖ usque *om.* **T** ‖ 29 putatum **O**, *corr. Burs.* ‖ ut *om.* **CTa** ‖ non istius **O**, *corr. Burs.*

aduocationi adsumus. Defendit quamuis nocentem: ecquid agnoscitis indulgentiam? illius frater, qui maluit perire quam patrem caedere, infelix ⟨est quod⟩ causam suam cum fratre ⟨non⟩ iungebat. Exclamat iste: nihil illi mandaui. ego tibi et pro illo satisfaciam. 'Vt ualidius caederem pro republica, inquit, feci'. Vis tu pudorem habere nec inputare idem ⟨et⟩ reipublicae ⟨et⟩ tyranno? 'Pater, inquit, mihi adest'. At mehercules frater non adesset. Habuisti quod tyranno iactares: frater maluit mori. Quisquis caedendus erat isti tradebatur. 'Tyrannum, inquit, occidi'. At patrem quantulo minus quam
7 occidisti? POMPEI SILONIS. Gaudeo in subselliis istius esse patrem. quomodo enim aliter efficere potuissem ut uulnera eius uideretis? non multum refert mea ubi sit: ab hac parte crimen obicitur, ab illa ostenditur. grauior esse testis solet qui a reo surgit. Talis prorsus pater quem nemo alius posset caedere, nisi ⟨qui⟩ amicus esse posset tyranni. ⟨Frater⟩ periit, ne parricidium aut faceret aut uideret: in illo praecipitio non minus, inquam,
8 fratrem fugit quam tyrannum. CORNELI HISPANI. Descendebat cruentus pater, uexato laceratoque ore uix agnoscendus; putares duos fuisse qui cecidissent. Fecit quod debebat qui patrem ceciderat: amicum occidit. CESTI PII. 'Ego, inquit, caesus sum; poenam remitto'. Mirarer nisi pro tam bono patre fuisset qui mori uellet. dignus est quem in-

1 adsum **A T** ‖ 2 haec quid **B** ‖ adnoscitis **C** ‖ illius ∸ pat̄ **C** ‖ 3 est quod *add. Schult.* ‖ 4 non *add. Schult.* ‖ 5 mandauit **Ta** ‖ pro illos **C** ‖ 6 cederet ꝑ rem . P̄R̃· **O**, *corr.* **E** *Schult.* ‖ 7 habere ∸ nec **C** ‖ 8 et *add.* **E** ‖ reipus **C** ‖ et *add.* **TbE** ‖ 10 tyrannos **C** tyrannus **Ta** ‖ 11 cedendus erat que uis quisquis iste **O** ‖ 14 alitter **C** ‖ 15 uideritis **A** ‖ 16 ab ac **B** ‖ 17 grauiores [grauiore **A**] secestis **C** ‖ qui a] qua **Ta** ‖ 19 qui *add. R. Wachsmuth* ‖ 20 Frater *add.* **E** ‖ perit **C** ‖ 21 illa praecipitia (e) **O**, *corr. N. Madvig* ‖ nominus **C** ‖ 23 lacerato Quaere [quarę **A**] **C** laceratoque corpore **T**, *corr. Burs.* ‖ 25 debebāt **Ta** ‖ 27 poena **B**

uitum uindicetis; an apud nos tantum crudeles patres uindicantur? 'Pater, inquit, iussit'. ergo frater tuus impius fuit qui patri non paruit? Si quando lente parebant satellites aiebat tyrannus: non spectastis quemadmodum patrem ceciderit? 'Qui patrem ceciderit, manus eius praecidantur'. hanc legem moriens laudauit tyrannus. Nouissime inter filium et patrem tyrannus intercessit.

⟨DIVISIO. LATRO in has quaestiones diuisit⟩: an 9
non quisquis patrem ceciderit puniatur. In lege, inquit, nihil excipitur. Sed multa quamuis non excipiantur intelleguntur, ⟨et scriptum legis angustum, interpretatio⟩ diffusa est; quaedam uero tam manifesta sunt ut nullam cautionem desiderent: nam quid interest lege excipere ne fraudi ‖ sit ei qui per insaniam patrem pulsauit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit? quid opus est caueri lege ne puniatur infans si pulsauerit patrem? quid opus est legem cauere ne puniatur, si quis ui patrem sopitum et subita corporis grauitate conlapsum excitauit, cum illa non iniuria sed medicina fuerit? Nondum de propria sed de communi causa loquor. Si officiose quisquis cecidit patrem possit absolui, pro hoc animosius agam, ut dignus sit supplicio nisi praemio fuerit. Si quisquis 10
patrem pulsauit non puniri debet, ⟨an hic debeat⟩. Hanc quaestionem in partes plures diuisit: an tutus sit qui tyranno iubente fecit. Cogitate quam multa

1 qui apud **ATa** qui haput **B**, an apud *Burs.* ‖ crudes **CTa** ‖ 2 iussi **ATa** iusi **B** ‖ 4 spectatis **O**, *corr. Iahn* ‖ 6 occiderit **C** ‖ *uerba* qui patrem ceciderit *om.* **T** ‖ 9 *uerba* Diuisio. Latro . . . diuisit *add. Schult.*, *Kon.* ‖ 10 occiderit **A** ‖ 12 *uerba* et scriptum .. interpretatio *add.* **E** ‖ 13 manifestas **Ta** ‖ 14 quā **O**, nam *Burs.* ‖ quis inter ē legē **C** quis inte in legem **T**, *corr.* **E** ‖ 15 ei *om.* **B** ‖ 18 lege **T** ‖ cauere non **B** ‖ 19 * quis ut [aut **T**] patrem **O** ‖ et] aut **T** ‖ 20 granitatem **C** ‖ 22 efficio si **O**, *corr. Heru.* ‖ quis qui **C**, *corr. H. Müller* ‖ ceciderit **A** ‖ 23 *sq. uerba* possit .. patrem *om.* **T** ‖ 23 absoluit **A** ‖ 25 non pulsauit **O**, *corr. H. Müller* ‖ ⟨an hic debeat⟩ *add. Konitzer* ‖ 27 libente **CTa** ‖ multa quam **O**

tyrannus exegerit. pro publica innocentia est non licere hoc quoque tyrannis, ut nos faciant nocentes. ⟨Hoc qui cogente⟩ tyranno fecit, miserior fuit ipso uapulante. Illa ⟨non est inpudica quae arcessita est a tyranno; ille⟩ non dicitur sacrilegus qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyrannum aut qui funestas tyranni imagines inter effigies
11 deorum immortalium consecrauit. An tutus sit qui patre iubente fecit. Non cecidit, sed paruit. Et illud dixit in narratione: stabat contumaci frater uoltu; intellexi non posse cogi ⟨a⟩ tyranno. An tutus sit qui pro patria fecit; an hic pro patria fecerit, id est: an illo iam tempore cogitationem tyrannicidi habuerit et hoc animo ceciderit, ut aditum faceret sibi ad amicitiam tyranni. Montanvs et illam quaestionem ultimam fecit: an etiamsi quid
12 peccatum est tanto merito redemptum sit. Gallio illam quaestionem primam fecit: an ultio caesi patris nullius sit nisi patris. Inuitum, inquit, me non uindicabitis. Si ⟨a⟩ quolibet alieno caesus essem et nollem agere iniuriarum, nemo nomine meo ageret. atqui nihil interest: poena maior est eius ⟨qui cecidit, ius idem eius⟩ qui caesus || est. Contra ait omnibus actionem dari; non enim priuatam iniuriam esse sed publicam; itaque nec taxatione defungi damnatum aut iniuriarum poena, sed manus perdere; ad omnes patres pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, ad ipsam rempublicam: tales esse
13 qui fiant tyranni, certe qui tyrannorum amici. Et

2 ut n̄ faciant **O** || 3 *uerba* hoc qui cogente *add.* **E** || misereor **B** || 4 ille **T** || 4. 5 *uerba* non .. tyranno *add.* **E** || 6 mortalium **C** || 7 effugies **A** || 9 iubenter [iubente[r] **A**] fuit **C** || 10 illudixit **B** || * narrationibus **O** || fraterno uultu **O** || 12 a *om.* **CTa** || 12 facit **T** fit **C**, *corr. Burs.* || 15 sibi facere sibi ad **C** facere sibi ad **Ta** || 19 nullus **C** || inuiti **Ta** || 20 * uindicauit **CTa**, uindicabit **Tb** *Burs.* || a *om.* **CTa** || caesus sū **A** || 22. 23 *uerba* qui .. eius *add.* **E** || 25 ne **B** || taxationē **A** || 27 pendere **Ta** pedere **C**, *an* debere ? || 28 adōem remp **T** || esset **C**

ultimas fecit has quaestiones: an si pio animo fecit non teneatur; an pio animo fecerit. Et illi quaestioni Latronis: 'an tutus sit qui patre uolente fecerit', nunc, inquit, fingit in fili patrocinium, sed tunc noluit; et adiecit: ne dixeris idem uoluisse patrem quod tyrannum. quaeritis utri paruerit? tyrannus illum amauit tamquam sibi paruisset. 'Pater, inquit, uoluit': ita tu non tyranno tantum, sed etiam patri dignus parricidio uisus es? Cum descripsisset impium in fratrem, impium in patrem, adiecit: tyrannum quoque tunc cum amare deberes, occidisti.

MONTANVS partem accusatoris declamauit et hoc 14 colore usus est: indulgentissimum fuisse in liberos patrem; nimiam eius pietatem tyranno notam fuisse; itaque illum, qui quaereret pudicis dolorem ex inpudicitia, contumacibus ex seruitute, piissimo patri tormentum quaesisse ex filiorum impietate; et induxit illum animose loquentem qui iussus est prior patrem caedere: 'quid, si non cecidero', inquit, 'quid facturus es? torquebis? occides? plus est quod imperas quam quod minaris'. Certamen erat in uno homine utrum plus posset natura an tyrannus. 'Caede', inquit: 'non caedo'; 'uerbera': 'non ferio'. haec fratre audiente. Et illud dixit: cum promitteret amicitiam tyrannus magis praemium extimuit tyrannici imperi quam imperium. Et cum descripsisset cicatrices pulsati patris et deformem adhuc faciem, dixit: ab utroque caesum putes. MONTANVS 15 tamen aiebat nihil ⟨hoc⟩ posse melius dici: ex hac

2 an bono **O**, an pio *Schult.* ‖ 3 * sit] est **AbBT** ‖ patrē **Ta** ‖ 4 fecerit' ⟨occurrit⟩ *N. Madvig* ‖ pacinium **B** ‖ 5 * uoluisti **O** noluisti *uolgo* ‖ *uerba* sed tunc uoluisti (*sic*) *bis scripta* **B** ‖ dixerit **O** ‖ 6 paruerat **AT** pauerat **B** ‖ 9 dignus parricidio dignus est **CTa**, *an* parricidio dignus es ? ‖ 10 *alterum* in *om.* **C** ‖ 11 quaque **C** ‖ 14 natam **A** ‖ 15 colorem **CTa** ‖ 17. 18 et dixit illum animos [anim' **A**] eloquentem **O** ‖ 18 priori **C** ‖ 20 quid *om.* **A** ‖ facturus ex torquebis **C** ‖ 22 tyrannis **C** ‖ 23 Crede **CTa** ‖ 25 extinuit **A** ‖ 27 et forma ÷ **T** ‖ 29 tamen *om.* **B** ‖ hoc *add.* *Schult.*

parte tyrannus iubet, ex altera ‖ lex uetat: morieris ni cecideris; morere ne caedas. Cestivs dixit: tyrannus imperat ut patrem caedas: non est nouum. Noluisti facere: laudaturum me putas? ego uero non laudo; alterius ista gloria est: tu fratrem imitatus esses. Argentarivs dixit: tu patrem cecidisti cum et legem nosses et fratrem. Montanvs dixit: parricida, [uoluisti] uiolasti patris corpus, fratris
16 beneficium. Ab altera parte hoc colore omnes declamauerunt tamquam patre iubente fecisset. Triarivs dixit: in fili mei manus incucurri. Bassvs Ivlivs dixit: ego me fili mei manibus cecidi. Haterivs dixit: ago gratias tyranno quod alterum filium meum custodiri iussit ne mori posset. Cestivs ait in narratione: tyrannus iubet caedere, exposita tormenta sunt, quid faciet? moriatur, inquis. hoc dicis: ne caedat patrem occidat. Fvscvs Arellivs dixit: conplecti uolo istas manus optume de me etiam ante tyrannicidium meritas. Gallio dixit: uiderit quantum tibi se putet debere respublica; ego plus me quam illam debere tibi iudico: difficilius est quod me iubente fecisti. Montanvs Votienvs dixit in narratione: si perseueras, fili, fratrem sequar: uideris utrum caedere patrem malis
17 an occidere. Hanc controuersiam et ab Ivlio Sabino bene declamari memini. Describe, inquit, describe tyrannum occisum et te cum ingenti gloria ex arce deductum. O te parricidam, nisi post tyrannicidium quoque intellegis, quanto frater tuus honestius perierit quam tu occideris. Illud non probaui quod multa in re seuera temptauit salse dicere. erat

2 si cecideris **O**, *corr. N. Faber* ‖ 4 noluistis **A** ‖ lauda **C** ‖ 6 es **O**, esses *N. Madvig* ‖ 7 nosse sed **B** ‖ 8 uoluisti *del. Burs.* esse uol. **Tb** *uolgo* ‖ 11 incurri **T** ‖ 14 custori **C** ‖ mox iubet posset **Ta** ‖ 16 Faciat **T** ‖ 17 caedas **CTa** ‖ 20 sibi se **CTa** ‖ uidere **Ta** ‖ 21 sibi **CTa** ‖ 22 difficius **C** ‖ iubentē **CTa** ‖ 25 ab tullio et a Sabino **O** a Clodio Sabino *Schott* ‖ 29. 30 tuus benefitius perierit **T** ‖ 30 quantu occiderit **C** ‖ 31 temptaui **Ta** ‖ ducere **Ta**

autem urbanissimus homo, ut uobis saepe narraui, ut quidquid in eloquentia illi deerat urbanitate pensaret. Memini illum, cum Syriacus Vallius, homo 18
disertus, accusaret et uideretur laturus calumniam, tristem circa coronam iudici obuersari et ‖ totiens occurrere eunti Syriaco et quaerere, quid haberet spei, deinde post iudicium cum Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curam sui egisset: at mehercules, inquit, timebam, ne uno rhetore plus haberemus. Et testis productus cum interrogatus esset an accepisset a patre ... sestertia? sestertia dixit accepisse; an haberet? negauit; deinde interrogatus, an calumniam haberet? ipsi, inquit, neglegentiam meam nostis: an habeam nescio, accepisse me scio. Et in Domitium nobilissimum uirum in consulatu cum thermas prospicientis uiam sacram aedificasset ⟨et⟩ coepisset deinde rhetores circumire et declamare: ego, inquit, sciebam hoc te facturum et matri tuae querenti de tua desidia dixeram: *πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα.* Duas eius urbanas 19
res praeterire non possum. Secutus erat in prouinciam Cretam Occium Flammam proconsulem. Graeci coeperunt in theatro postulare ut Sabinus maximum magistratum gereret. mos autem est barbam ⟨ac⟩ capillum magistratui Cretensium summittere. surrexit Sabinus et silentium manu fecit, deinde ait: hunc magistratum ego Romae bis gessi. bis causam dixerat. Graeci non intellexerunt, sed bene precati

1 urbanissimū **C** ‖ 2 et quidquid **O** ‖ 3 meminnus **V** ‖ *illum **C** cum illum **TV**, cum *N. Madvig* ‖ Syricus **B** ‖ Valius **O** ‖ 4 uideret **ATV** ‖ Latinus **O**, *corr. Madvig* ‖ Calumnia **TV** ‖ 5 testem **TV** *uolgo* ‖ 7 gratias gratias **V** ‖ 8 tantum **C** ‖ suo **C** sub **Va** ‖ 9 ne uno Romanum Kappa p. h. *Gron.* ne in uno rh. duos h. *Burs.* ‖ 10 et cum **C** ‖ 11 sestertia *alterum om.* **TV** ‖ dixit quod **TV** ‖ 12 accepisset **O**, *corr.* **Vb** accepisse se *Burs.* ‖ 13 * ipse **O** ‖ 14 * nosti **O** ‖ nescio an accepisse **B** ‖ me sci **A** ‖ 17 * et *om.* **O** ‖ 19 de tu **B** ‖ 20 ΛΕΥΤΕΡΟΝΛΕ **CV** ‖ ΤΡΑΜΜΑ **B** ‖ 22 Oppius *est in* **E** ‖ 24 est *om.* **A** ‖ ac *add.* **E** ‖ 25 summitte **CTa** ‖ resurrexit **Ta** ‖ 27 Roma eius **C** ‖ 28 p̄dicati **B**

Caesari petebant ut honorem Sabinus et tertio ge-
20 reret. Postea deinde offendit illos tota comitum cohors: oppressi sunt in templo ab omni multitudine, quae postulabat ut Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur. erat inter infames maxime et inuisos homines Turdus. cum Turdus promitteret iturum se, ut inde posset exire, Sabinus ‖ silentio facto ait: ego ad Caesarem non sum iturus cum mattea. Postea hoc Sabino cum causam diceret obiectum est. Multa illum diserte dixisse memini, cum introductus est ex carcere in senatum postulaturus ut diaria acciperet. tunc dixit de fame questus: nihil onerosum a uobis peto, sed ut me aut mori uelitis, aut uiuere. et illud dixit: nolite, inquam, superbe audire hominem calamitosum:

Palliat. inc. inc. 92 Ribb. saepe qui misereri potuit misericordiam rogat.

21 et cum dixisset Seianianos locupletes in carcere esse: homo, inquit, adhuc indemnatus ut possim uiuere parricidas panem rogo. cum mouisset homines et flebili oratione et diserta, rediit tamen ad sales: rogauit, ut ⟨in⟩ lautumias transferretur: non est, inquit, quod quemquam uestrum decipiat nomen ipsum lautumiae; illa enim minime lauta res est. Hoc rettuli ut et ipsum hominem ex aliqua parte nossetis et illud sciretis, quam difficile esset naturam suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri ne in declamationibus iocaretur, qui iocatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari eum non
22 debuisse quis nescit, potuisse quis credit? Mvrre-

1 pebant **CTa** ‖ 2 deinde *om.* **Ba** postera dein die *Schult.* ‖ 3 et oppressi *Schult.* ‖ 4 rumam **C** ‖ 10 illum et tunc *Burs.* ‖ 14 uuere **B** ‖ aut illud **O**, *corr. Burs.* ‖ 15 calimitosum **B** ‖ 16 miseri **B** ‖ 17 se anianos **O**, *corr. I. Lipsius* se ..., alios *N. Madvig* ‖ 18 indenatus **C** ‖ 19 uenisset **C** uenissēt **Ta** ‖ 20 orationes **C** ‖ 21 sale **C** ‖ in *add.* **E** ‖ transferetur **C** ‖ 22 ne inquit **T** ‖ 23 laudatumiae **CTa** ‖ illae [ille **AT**] minime **O**, *corr. Burs.* est *om.* **B** ‖ 24 homine **C** ‖ 25 ē **O**, *corr. Burs.* ‖ 27 uocatur **A** ‖ 28 miseris **BTa** miserit **A** (?)

DIVS non degenerauit in hac controuersia; nam colorem stultissimum induxit: uoluit, inquit, et hic sequi fratris exemplum: dum retineo, dum luctor, uisus est patrem cecidisse. Vnum ex his quos audiui declamantis scio MENTONEM usum non patrono patre sed aduocato; ipsum tyrannicidam induxit dicentem et colore usus est: non iussum se a patre, quia aiebat incredibile omnibus uideri patrem coram tyranno caedi se iussisse, sed iniisse se tyrannicidi consilium, ut per hoc ad amicitiam perueniret, per amicitiam ad tyrannicidium. Haec eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus adferentem: nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. et illud dixit: iam tum factum esset tyrannicidium, si me frater non dereliquisset. et illud dixit: uos ego tunc respexi, templa leges rempublicam; nam si me tantum spectassem, facile tyrannidem effugissem illa qua frater effugerat.

## <CONTROVERSIA XXVIII.>

De ui sit actio. Quidam duos filios sub nouerca amisit: dubia cruditatis et ueneni signa insecuta sunt. Tertium filium eius maternus auus rapuit, qui ad uisendos aegros non fuerat admissus. quaerenti per praeconem dixit apud se esse. accusatur de ui.

2 noluit **C Ta** ‖ 3. 4 lucto risus **C** ‖ 4 Vnum *om.* **B** ‖ 7 colorē **B** ‖ 9 credisse **B** credi se **A** cedisse **Va** ‖ sed sed **B** ‖ in his se se **C** in his esse **T**, *corr. N. Faber* ‖ tyrannicide **T**, patris caedendi *Gron.* ‖ 10 peruenirent **O** ‖ consilium <et patrem cecidisse> ut *Kon.* ‖ 11 sententiā **A** ‖ 13 adferente **C Ta** ‖ faciet **C** fecit **T**, feci. et *corr. Gron.* ‖ 14 quāntum **O** ‖ 15 reliquisset **AT** ‖ 15. 16 *uerba* uos e. t. respexit *bis* **B** ‖ 16 respexit **C** resurrexi **Ta** ‖ resp. **Ta** ‖ 17 expectassem **O** ‖ faci ē **B** faci . . **A** ‖ tyrannicidem **C** tyrannicidan **Ta**, *corr. Burs.* tyranni caedem *H. Müller* ‖ 18 illā **B Ta** ‖ quā **Ta** ‖ 20 Diuisio . quidam **T** ‖ 21 crudelitatis **T** ‖ uenena **B** ‖ 23 rapuit *om.* **B** ‖ 25 accusatus **B**

1 Ivni Gallionis. Violentus et inpotens senex hominem liberum sinu meo rapui. Quod seruare tibi difficile est auo dona. Quotiens, miserrume puer, audies ⟨a⟩ nouerca: 'quis es, fugitiue? reductus es'? Habui filiam, quamuis iste unum filium habeat, fecundam. quam indulgenter puerperia diuisit! natus est filius, dixit: 'filius hic meus est'; natus est alter, dixit: 'hic patris est'; natus est tertius, dixit: 'hic aui est'. Cum quaereret iste filium erant qui suaderent et dicerent: 'tace, meruit excludi'. Cesti Pii. Quam causam rapiendi habui, inpotens senex? numquid fratres eius occideram? Ignoscite mihi, si tantum filiae meae mandata narro: hanc solam ex meis morientem uidi. Habui filiam: de omnibus meis habeo dicendum 'habui'. Vagabatur lugu‖bri sordidaque praetexta; omnes illius miserebantur, quosdam etiam dicentis audiui: 'quid? iste puer matrem non habet? patrem non habet?
2 auum non habet'? Arelli Fvsci patris. Tres filios filiae meae debes, unum mihi; sine apud me nutriatur. Quid times? ⟨ne⟩ non admittare, cum ueneris? Exposuisse hactenus iuuat; iam nunc fortuna aut nouerca narranda est. Vt uidit me haesit complexibus meis puer; osculabar miser, interrogabam de fratribus; dum interrogo, dum fleo, perueneram domum. Rogo ne hoc causam meam peiorem
3 fecerit quod ille quem rapui unicus erat. Votieni Montani. Mittis praeconem; adice illi omnia in-

3 miser [mirer **B**] uim me **C** miserū me **T**, *corr. Burs.* ‖ 4 a *om.* **O** ‖ nouercā **Tb** ‖ quid **T** est **O**, *corr. Burs.* ‖ 5 habuit **CTa** habeat **Tb** ‖ 6 habeā **A** ‖ fecundum **C** scd'm **T** ‖ indulcenter **C** ‖ 7 filius ē tertius dixit **C** filius tertius dixit **T** ‖ 8 matris **O**, patris *Burs.* ‖ 9 iste *om.* **T** ‖ 11 * habeo ut **CTa** habeo **Tb** habebam *N. Madvig* ‖ 12 in potest **C** ‖ 14 merientem **B** ‖ 15 habui (eo) **AT** ‖ dicendam **Ba** ‖ habitū **T** ‖ 16 lucubri **C** ‖ illi **O** ‖ 17 qd' **T** ‖ 21 non **CTa** ne **Tb**, ne non **E** ‖ 24 puerum **T** ‖ osculabor **B** ‖ 25 *prius* dum *om.* **B** ‖ 27 Votie **C**

signia: 'hic puer matrem perdidit, fratres amisit, nouercam habet': adfirmo tibi, non indicabit quisquis fauerit. Erras et uehementer erras: filios quos perdidisti non quaeris, ⟨quaeris quem⟩ non perdidisti. Vtra tandem iustior querela est? pater ab auo unum repetit, auus duos a patre. VIBI RVFI. Raptor ille et inpotens dum moriuntur nepotes mei ad ianuam steti: plus habeo quod auo quam quod reo timendum sit. FVLVI SPARSI. Vnus perit, alter 4
perit: totiens fortunam accusas, numquam nouercam. Facinus indignum! puer ad supplicium indicina patris quaeritur. Ad aegrotantem nepotem ueni, non sum admissus: haec uera ⟨uis⟩ fuit. ARGENTARI. 'Puer quos conscios habuit'? nescio; domi non fui. Amissa filia uolui quem adoptare ex nepotibus, sed aiebam: quid necesse est? quotiens uidere uolam [in] domum ueniam, quotiens uolam domum abducam; agamus tamquam adfines: tres habes filios, diuidamus; et uide quam non inprobam diuisionem desiderem: ex tribus unum posco. Vtinam omnis quos perdidit quaereret! BLANDI. Cum 5
tradere uellem puerum nescio quis exclamauit: 'puer, nunc peristi'. nihil uobis subtraham; quidni? praeconi ‖ quoque omnia indicaui. MENTONIS. Rapui nepotem, habeo; redderem, si pater quaereret.

DIVISIO. MONTANVS VOTIENVS in has quae- 6
stiones diuisit: an in re uis sit. Nulla, inquit, uis

2 indicauit **CTa** ‖ 3 fuerit **O**, *corr. N. Faber, N. Madvig* sciuerit *Burs.* audiuerit *R. Wachsmuth* ‖ Errasset **C** ‖ 4 quaeris quem *add.* **TE** ‖ 6 Vbi **B** ‖ 7 in potest **C** ‖ 8 *uerba* auo quam quod *bis* **C** ‖ 9. 10 alter perit *om.* **Ta** ‖ 10 accusans **C** ‖ 10. 11 numquam fortunā nouercam facienus **T** ‖ 11 facimus **A** ‖ indicaua **CTmg** indicatā **Ta**, *corr. O. Iahn* indicatura *N. Madvig* ‖ 12 nopotē **B** ‖ 13 solum **CTa** ‖ admis **A** ‖ uis *add.* **TbE** ‖ 14 p quos **O**, *corr. Burs.* ‖ 17 in *del. Gron.* ‖ 18 in domum **T** ‖ adducam **A** ‖ 19 non *om.* **B** ‖ 20 et ex tribunum **C** Et ex tri b; unum **T** ‖ 21 perdidit . credq;reret **A** ‖ 22 puerit **A** (?) ‖ 27 uisus **A** uisu **Ta** usus **B**

est: quae arma, quam pugnam, quae uulnera habet? Volo mihi describi comitatum istius tumultus: quae turba est unus puer et unus senex? Rapuisti, inquit, filium meum: immo nepotem suum sustulit, immo uenientem non potuit excludere. An si pro illo fuit fieri uim quoi facta dicitur, non teneatur qui fecit. Vis iniuriosa damnatur; solet enim esse et salutaris. cum latrones aliquem obsiderent, si perfodissem uillam ⟨et⟩ armata manu coniugem liberos eius rapuissem, accusari posset beneficium meum? Et medici alligant et corporibus nostris ut medeantur uim adferunt. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accusatio nouercae et insectatio patris tam
7 patienter suos perdentis. GALLIO et illam quaestionem fecit et prius sumendam quaestionem putauit ex persona quam ex re: an cum auo nepotis nomine agi possit: non magis, inquit, quam cum patre fili nomine, non magis quam cum matre. habet sua iura natura et hoc inter auum patremque interest quod auo suos seruare licet, patri et occidere. Non potes, inquit, sic mecum agere tamquam cum alieno, ut dicas: 'quid tibi ⟨cum⟩ illo? qui es tu'? Cuius intestati filius tuus heres futurus est, quem dementem alligaturus est. Quaedam iura non lege, sed natura nobis adtributa. nepotem suum auus peccantem aliquid et inter pueriles iocos petulantius lasciuientem feriet nec iniuriarum quisquam cum
8 illo aget. Et ultimam illam GALLIO fecit, cum tractasset illa: 'licet mihi ut prosim uim facere', deinde,

1 quae pugnam **Tb** ‖ uulnera non habet **E Tb** ‖ 2 ipsius **A** tumulus **C** ‖ 4 sustuli **Tb** ‖ 5 potui **Tb** ‖ 7 qui **Ta** que **Tb** ‖ 8 latrone **B** latronē **A** ‖ aliquit **T** ‖ obsidarent **T** ‖ 9 et *add. Schult.* ‖ armatā **B** ‖ 10 liberosque **E** *Schult.* ‖ rapuisset **C Ta** an accusari *Schult.* ‖ posse **Ta** ‖ 12 rapui **C Ta** ‖ 14 uos **C Ta** 17 agi ñ possit **A** ‖ 19. 20 interest qđ auos uosq; int̃ ē quod auos uos **C** ‖ 21 sit **Ta** ‖ 22 dicat **Ta** ‖ cum *add.* **Tb** ‖ 22. 23 qui et tu intestati **T** ‖ 23 sit quem **O**, *corr. Schult.* ‖ 24 leges **C** legem **Ta** ‖ 27 fieret **B** feriret **T** ‖ 29 proximum facere **O**, *corr. Schult.*

'huic profuit': an auo ignoscendum sit, cum pro nepote adfectu ablatus fecerit. Hoc loco tractauit quam indignum esset damnari illum ob hoc. LATRO duas ultumas quaestiones aliter posuit et plus conplexus est: ‖ etiamsi uim fecit, an tamen damnari non possit, si bono animo fecerit; ⟨an bono animo fecerit⟩. ait enim et de animo fieri controuersiam auo et dicere patrem: non ut nepotem seruaret fecit, sed ut infamaret uxorem meam tamquam ueneficam, me tamquam ueneficae emancipatum, quoi male liberi sui committerentur.

Colore ergo LATRO hoc eodem usus est pro 9
patre, ut diceret ne uiua quidem uxore bene sibi cum socero conuenisse, ⟨mor⟩tua uero professas inimicitias illum gessisse secum. languente puero uenisse illum cum conuitio, cum uociferatione, nefaria et dicentem et auspicantem: auctores amicos fuisse ne admitteret hominem non ad officium nepotum sed ad inuidiam et contumeliam generi uenientem, qui ad sanos nepotes numquam dignatus esset accedere; medicos uero suasisse ne ueniret et puerum confunderet et impleret suspicionibus. SILONIS POM- 10
PEI color fuit, ut Latroni uidebatur, qui controuersiae repugnaret; dixit enim uenisse auum ad inbecillum puerum. ad aegros non semper admitti, utique ad eos qui grauiter aegrotant; saepe et patrem non admissum; sic auo quoque intempestiue uenienti dictum: 'nunc non potes'; statim cum conuitio abisse. in altero idem fecisse. LATRO aiebat,

1 an alio **CTa** ‖ 2 nepotē **A** ‖ latus **O**, *corr. Gron.* ‖ 3 ab hoc **CTa** ‖ 4 hoc plus *W. Müller* ‖ 5 etiam suū **A** ‖ 6 bona **B** ‖ 6. 7 ⟨an bono animo fecerit⟩ *add. Schult.* ‖ 8 et *om.* **B** ‖ 10 quo **O**, quoi *Burs.* ‖ 11 commiterentur **B** commuterentur **A** ‖ 14 tua uero **C** tuas uero **Ta**, *corr.* **E** ‖ professa sim (si ĩ **T**) inim. **CT**, *corr. Burs.* ‖ inimititiam **A** ‖ 15 languentē **CTa** ‖ 16 nefariā **CTa** ‖ 17 se **O**, fuisse *Burs.* habuisse *Schult.* ‖ 19 ad uidiam **B** ad niduā **A** ‖ geri **O** ‖ 28 conuiuio **C** ‖ 29 abissis **A**

hunc colorem optimum esse, si res ita esset, sed recipi non posse, quia ponatur: 'non est admissus'; sub hoc themate intellegere nos non hoc illi dictum:
11 'nunc non potes', sed 'ex toto non potes'. Gallio utrumque miscuit et hoc colore, qui uideri potest alioqui thema euertere, apertius usus est. Dictum est, inquit, illi: 'quiescit puer, paulum commorare; medici uetuerunt quemquam admitti'. scitis solere illos dicere: 'nec si pater uenerit'. Protinus iste clamare coepit: 'testor me non admitti', et tantum non tabellis signatis denuntiare. Auum distule||ram, accusatorem exclusi. Iterum, inquit, uenit cum conuitio: 'iam unum occidistis, alterum occiditis'. Nihil est miserius quam ubi aliquoi ex miseria sua inuidia quaeritur. Non est admissus cum diceret se nepotem suum non uidere uelle sed inspicere. Sic egit: ueni, non ut istum accusarem, set ut me defenderem. Gallio hoc colore usus est: non admisi auum quia dictum erat mihi hoc illum animo uenire, ut raperet.

12 Ex altera parte colorem hunc Cestivs induxit: timuisse se de puero. ⟨nec⟩ frustra, inquit: duos occiderat nouerca. et ait: uellem ad uos nocentior uenirem reus, uellem tres rapere ⟨potuissem⟩. Argentarivs hoc colore usus est: rogatum a puero auum. negabat, inquit, posse se uiuere, si in illa relinqueretur domo. Hispanvs hoc colore usus est: affectu se ablatum. sustuli, inquit, nepotem meum; non potui satiari osculis, non potui ab illo tam

1 obtumum **C** ‖ si recitasset **O**, *corr. Burs.* ‖ sed] se **T** ‖ 3 stenate **T** ‖ 4 nunc potes **B** ‖ 5 miscui **C** ‖ uidere **O** ‖ non potest **T** ‖ 6 theme **ATa** themea **B** ‖ * ptius **T** partius **C** ‖ 12 ⟨ueni'⟩uenit *Schult.* ‖ 13 alterum occidistis **BT**, *om.* **A** ‖ 14 mirerius **B** ‖ aliquo **O**, *corr. Burs.* ‖ 16 se egit **CTa** *uerba* sic ... defenderem *fortasse p.* 435, 9 *inserenda.* ‖ 17 et ut **C** ‖ 18 ad missi **A** ‖ 19 quia ... animo *om.* **A** ‖ qui ad istum **Ta** ‖ nec *add. N. Faber* ‖ 23 duos **Ta** ‖ 24 * raperem **O** ‖ * potuissem *om.* **O** ‖ 25—27 rogatum ... usus est *om.* **A** ‖ 28 affectus ex **CTa** affectu esse **Tb**, *corr. Burs.*

cito distrahi. nolite mirari: post longum tempus illum uideram. ALBVCIVS hoc colore usus est ut 13 diceret noluisse illum in tam infausta domo educari, ex qua duo iam fratres eius elati essent; ⟨ei⟩ qui postea decessit inter causas moriendi casum fratris fuisse. et seruauit hunc colorem, ne quid in nouercam, ne quid in patrem diceret; aiebat iustissimum futurum auum, si tantum defendere se uoluisset. Quid ergo? quare rapuisti? amabam; huic maxime ab initio animum meum addixeram. In domo uestra ⟨nihil⟩ praeter ipsam domum timui. Si apud me duo decessissent, ex domo illum mea transtulissem. ⟨MONTANVS VOTIENVS⟩ MARCEL- 14 LVM MARCIVM aiebat sic narrasse: puer me secutus est. non criminor uobis illum; quidquid est ⟨meo⟩ potius quam illius periculo fiat: ego rapui. 'Vbi est'? inquit. Viuit, saluus est: ueni et cum uoles aspice. 'Redde, inquit', † suo. Ego asper! age, monstrabo si uis quis ante me tibi filios ‖ abstulerit. VARIVS GEMINVS eundem sensum dixit: quae est ista aut tam ⟨sera pietas aut tam⟩ praepostera? quaerere tuos a tertio incipis. MONTANVS VOTIENVS, 15 homo rarissumi etiamsi non emendatissimi ingeni, uitium suum quod in orationibus non euitat in scolasticis quoque euitare non potuit, sed in orationibus, quia laxatior est materia, minus earundem rerum adnotatur iteratio; in scolasticis si eadem sunt quae dicuntur, quia pauca sunt, notantur. Memini illum pro Galla Numisia apud centumuiros tirocinium ponere. Ex uncia heres erat patris sui

3 uoluisse **CTa** ‖ 4 ei *om.* **O** ‖ 5 casum] cū **A** casu **T** ‖ 6 hoc **A** ‖ 7 tutissimum *Schult.* ‖ 9 uoluisse **A** ‖ 10 addixam **CTa** ‖ 11 nihil *add.* **Tb** ‖ 12 meā **C** ‖ 13 * Montanus Votienus *om.* **O** ‖ Marcellus Martius **T** ‖ 15 meo *add. Nicotius* ‖ 16 siat **B** ‖ 17 uenit cum **C** ‖ 18 aspicere reddere **Ta** ‖ patri suo **Tb**, *Schult. qui pergit:* raptor. Ego raptor? age modo, monstrabo ‖ aie **B** ‖ 21 aucta **T** ‖ *uerba* sera . . . tam *add.* **E** ‖ 22 ad tercio **B** ‖ 23 non moraris sumi **T** ‖ 26 laxatiorē materiam **CTa** ‖ ex earundem **O** ‖ 27 adnotatus **B** ‖ 29 nūmisi **O** ‖ 30 patri **B**

Galla. obiciebatur illi ueneficium. dixit rem disertissumam et omnibus saeculis duraturam, qua nescio an quicquam melius in eiusmodi genere causarum dictum sit: uncia nec filiae debetur nec ueneficae. Non fuit contentus; adiecit: in paternis tabulis filiae locus aut suus debetur aut nullus. et nunc adiecit: relinquis nocenti nimium, innocenti parum.
16 ne sic quidem satiare se potuit; adiecit: non potest filia tam anguste paternis tabulis adhaerere quas aut totas possidere debet aut totas perdere, et plura multo quae memoria non repeto; ex eis quaedam in orationem contulit et alia plura quam dixerat adiecit. Nihil non ex eis bellum est, si solum sit; nihil non rursus ex eis alteri obstat. Idem in hac declamatione fecisse eum memini. Erras, inquit, pater, et uehementer erras: quos perdidisti non quaeris, quem quaeris non perdidisti. deinde: puer iste ⟨si⟩ inuenitur perit. deinde: quisquis puero fauet ne inueniatur optet. deinde: puer nisi auum sequitur fratres secuturus est; desine quaerere quem si inueneris sic perdes, ut inuenire non possis. et deinde: rapuit istum auos ne raperet nouerca. et deinde: unum ‖ tantum pater ex liberis suis quaerit
17 qui saluus est. Glycon hunc sensum semel dixit et genere ⟨non⟩ corrupto: *τοῦτο τὸ παιδίον, ὅταν εὑρεθῇ, τότε ἀπολεῖται.* Habet hoc Montanvs uitium: sententias suas repetendo corrumpit; dum non est contentus unam rem semel bene dicere

1 Gallo **C** Gallus **Ta** ‖ benefitium **C Ta** ‖ diseruitutumã **B** disertutumam **A** ‖ 2 q; **C Ta** ‖ 3 generare **T** ‖ 4 unctia **T** untio **B** ‖ 5 adgecit **B** ‖ 6 fili **A** filio **B T** ‖ ausus **C Ta** ‖ 8 nō sic **Ta** ne sit **C** ‖ quid est **B** ‖ potui **C** ‖ 10 tota **C Ta** ‖ tota **Ta** ‖ 12 oratione **C** ‖ pura **C** ‖ 14 id est **C** ‖ 17 quēq; iurū perdidisti **B** ‖ *uerba* non quaeris . . . perdidisti *om.* **A** ‖ 18 si *add.* *Burs.* ‖ inuentus **T** ‖ 19 optat *Schult.* ‖ 20 securus **C** ‖ 21 non *om.* **B** ‖ et *om.* **B** ‖ 22 rapuisti istum **A** ‖ 25 sed genere corrupto **O**, *corr. Schult.* ‖ ΙΟΥΤΟΤ ΠΑΙΛΟΝΟΤΑΝ ЄΤΡЄΘΗΤΟΤЄ ΑΠΟΛЄΤΑΙ [ΑΝΟΛЄΤΜ **T**] **O** ‖ 28 unum **C**

efficit ne bene dixerit. et propter hoc et propter alia quibus orator potest poetae similis uideri solebat SCAVRVS Montanum inter oratores Ouidium uocare; nam et OVIDIVS nescit quod bene cessit relinquere. <Ne> multa referam quae Montaniana Scaurus uocabat, uno hoc contentus ero: cum Polyxene esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dicit:

cinis ipse sepulti [Ouid. met. XIII, 503 sqq.]
In genus hoc pugnat.

poterat hoc contentus esse; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

nec hoc contentus est; adiecit:

Aeacidae fecunda fui.

Aiebat autem Scaurus rem ueram: non minus magnam uirtutem esse scire dicere quam scire desinere. ‖

## <CONTROVERSIA XXVIIII.>

Venefica torqueatur, donec conscios indicet. Quidam mortua uxore ex qua filium habebat duxit <alteram> uxorem et ex ea filiam sustulit. decessit adulescens; accusauit maritus nouercam ueneficí. damnata cum torqueretur dixit consciam sibi filiam esse. petitur puella ad supplicium. pater defendit.

2 potes pote **C** ‖ 4 nec scit **O** ‖ 5 ne *N. Madvig, W. Müller*, *om.* **C** non **T** ‖ 7 achilis **C** ‖ simolaretur **B** simularetur **A** ‖ 8 haecubat **B** becubat **A** ‖ 10 pungnat **B** ‖ 13 hic **CTa** hoc **ETb** his *Burs.* ‖ 14 aeaccide **C** ‖ 15 re **A** ‖ magnū **C** ‖ 19 beneficator quaeratur **C** ‖ conscindicet **B** consundicet **A** conscios dicat **T** ‖ 21 alteram *add.* **E** ‖ 23 damnati **CTa** ‖ torquiretur **B** ‖ 23. 24 dixit sibi consciam f. **T** ‖ 24 petitur ad s. puella **T**

1 Cesti Pii. Non est quod putetis has lacrimas aut filiae esse aut reae: fratrem ⟨flet⟩. Non prodesset tibi, puella, ne hoc quidem quod te frater amauit, nisi mater odisset. Hoc me occidisti, nouerca, quod scisti consciam eligere poenae. Dixit: anteactam eius uitam excutiamus. Fvlvi Sparsi. Nefaria mulier, filiae quoque nouerca, ne mori quidem potuit, nisi ut occideret. Inter gladiatores quoque uictoris condicio pessuma est cum moriente pugnantis. nullum magis aduersarium timeas quam
2 qui uiuere non potest, occidere potest. Vibi Galli. Concitatissuma est in morte rabies et desperatione ultima in furorem animus impellitur. quaedam ferae tela ipsa commordent et ad mortis auctorem per uulnera sua ruunt. abscisa missione gladiator quem armatus fugerat nudus insequitur. praecipitati non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit, et naturali quodam deploratae mentis adfectu morien-
3 tibus gratissimum est commori. Votieni Montani. Dum filium uindico ubi grauissime mihi nocere posset ostendi. Veneficio simile mendacium! Sicine credibile esse parricidium in sorore creditis? non timeo ne quis hoc in sorore credat quod ego uix probaui in nouerca. Natam mihi filiam quasi futuram pacis obsidem sustuli; ‖ aiebam: dum matris meminit obliuiscetur nouercae. at illa dum nouercae meminit matris oblita est. 'Filia, inquit, mihi conscia est'. post hanc uocem remissa putares tor-

2 re **C** me **T** reae *Burs.* ‖ flet *add. Burs.* ‖ 4 me *om.* **B** ‖ odisti **T** ‖ 5 consciame **Ta** ‖ meligerē paenae **C**; *an* Paenedixi: ? ‖ 6 anteauctum **Ta** ‖ 8 nisi et **E** ‖ 9 moriante **B** ‖ 10 pugnatis **Ta** ‖ 11 potes **A** ‖ non potest **A** ‖ 12 mortem **O**, *corr. Schult.* ‖ rabie [rabies **T**] est **O**, *corr.* **E** *Burs.* ‖ 14 ad] in **E** ‖ per *om.* **T** ‖ 15 suarunt **C** ‖ abscissa **T** ‖ 16 fuerā **C** fugeram **Ta** ‖ 20 uindico filium **T** ‖ 21 ostendit **CTa** ‖ beneficium **O**, *corr. Burs.* ‖ simile est **Ta** ‖ mendacio **BT** ‖ 21. 22 si incredibile ē **C**, *om.* **T**; *corr. Burs.* ‖ 24 futura **C** future **T**, *corr. Burs.* ‖ 26 memini **CTa** ‖ *uerba* at illa d. nouercae *om.* **T** ‖ 27 filiā quid **A** ‖ 28 uoce **CTa**

menta: similis facta torquenti est. Soror fratri uenenum dedit? quamdiu luctati sumus ut crederetur nouerca priuigno dedisse? Nouerca, quod uolueras consecuta es: damnasse iam poenitet. AR- 4
GENTARI. Facio rem, iudices, non nouam: liberos meos a nouerca uindico; peto ne quia filium uindicaui filiam perdam. nisi succurritis nouerca uicit, ego uictus sum. Duxi nescio peiorem uxorem an nouercam. Hoc mihi carior est, quod tam inuisa matri fuit. CORNELI HISPANI. Si conscia esset, neminem exspectarem: scitis quemadmodum ueneficam oderim. Instabam tormentis, aiebam: morere peius quam occidisti; non satis mihi ardere ignes uidebantur, non satis incidere uerbera; dixi: si quid adicere tormentis tuis possum, puto, iubebo filiam adferri; uocet huc aliquis <ad> matrem. quid expauisti, puella? quid ad sinus meos refugisti? quid extimuisti tamquam nouercam? MARVLLI. Ne inter 5
supplicia quidem desiit occidere: et hanc quisquam putet non potuisse uenenum sine conscia dare? Puella quae occidisse fratrem dicitur quid ante peccauit? nouerca quoque ante priuignum occidit quam filiam. et bonae spei est; quaeritis argumentum? matri suae non placet. ARELLI FVSCI. Etiam cineribus tuis infesta est nouerca; quod unum potest, persequitur sororem tuam. Quid potest adhuc nosse, nisi fratrem? Prosit illi apud uos quod illam pater laudat et prosit quod talis mater accusat.
MENTONIS. Non misereris huius? miserior est quam 6

1 facta tormenta torquenti **AaB**, f. torta torquenti *Burs.* ‖ 2 et **C** ‖ 3 prigno **A** ‖ 4 etiam **T** ‖ 6 nepote ne **AaBT** pote ne **Ab**, *corr.* **E** ‖ 9 inuisā **A** ‖ 11 benefica **C** ‖ 13 odisti **O**, *corr. Gron.* ‖ 14 * insidere **BT** nisidere **A** ‖ uerba **C** ‖ 15 adiecere **B** adiece **A** ‖ uidebo **A** ‖ 16 hic **T** hoc **C** ‖ ad *add. Schult.* ‖ expauisci **C** expauiscis **T** ‖ 17 asinos **Ta** ‖ 18 extimuisti matrem *Gron.* ‖ nouerca **AaBT** ‖ * marilli **O** ‖ Nō **T** ‖ 20 dere **A** ‖ 21 peccaui **A** ‖ 23 speciei **Ta** ‖ 25 suis **O** ‖ inferta **B**

frater: ille habuit sine dubio nouercam. ⟨'Conscia, inquit, est filia'. ego torqueri coepi, nouerca⟩ torquere. Consecuta es, mulier, quod uoluisti: solus omnium magis sensi nouercam cum perdidi. Porci Latronis. Habui filium tam bonum ut illum amare posset etiam || nouerca, nisi in eam incidisset quae posset etiam filiam odisse. Hucine saecula recciderunt, ut parricidium puellare sit? Ita si magnitudinem rei non intellegit [non] est idonea parricidio? 'Sed ueneficae, inquit, filia est'. Si parentes inspiciuntur, cur non potius patri uideatur similis cui placet, quam matri cui displicet? Denique non recuso quo minus in illa uel matris exigatur imitatio: illa cum huius aetatis esset nec nouerca erat nec
7 uenefica. Albvci Sili. Duxi uxorem nullis adhuc inquinatam fabulis, nec miror innocentem tunc fuisse: adhuc puella erat. Blandi. Vt scelerata sit, nempe matri suae similis est, ante ueneficium oportet faciat quam parricidium. 'Filia, inquit, conscia est'. Di te perdant! etiam dum torqueris occidis. Seruus tortus Catonem conscium furti dixit. quid agitis? utrum plus creditis tormentis an Catoni? Bvteonis. Si conscius a te, puella, quaeretur, nominato patrem. Quod nouerca tam sero, puella tam cito? 'Filia, inquit, conscia est'. Male pereas!
8 at ego te putabam unius nouercam. Triari. 'Filia, inquit, tua conscia est'. Videbatur sibi post hanc uocem uicisse. Amissum fratrem fleuit in funere, totius populi lacrimas suis expressit; itaque illam nouerca peius perire uoluit quam priuignum. 'Filia,

1. 2 *uerba* conscia . . . nouerca *add.* **E** || 3 ē **CTa** || 5 latrones **B** latroneis **A** || ut illum *bis* **A** || 7 scelera **O**, *corr. N. Madvig* || reccidererunt **C** || 8 puelle re sit **C** puellaris res sit *N. Madvig* || illa si *Burs.* || 9 non *del. Schult.* || 10 filia isti parentes **CTa** || 11 pati **C** || 13 in filia *?* || imatatio cum **B** || 15 Scili **T** || nullus **ATa** || 16 inquinatū **C** || 18 mempe **B** inempe **A** || matris **A** || 20 occidisti **O**, *corr. Gron.* || 21 fuisti **Ta** || 24 Quid ? *Schult.* || 25 inquit tācito est conscia **T** || 29 lacrimis **Ta** || 30 nouercā **CTa**

inquit, conscia est'. Hoc ultimum fuit nouercae ueneficium. Q. HATERI. Succurrite, quaeso, ne cum torta sit quia filium meum occiderat filiam etiam dum torquetur occiderit. liberos effero semper unius mulieris aut mendacio aut ueneno. Non flet quantum reae satis est. quemadmodum illi extorquebo lacrimas? adferte mihi imaginem fratris: uidete subito desiderio fletus concitatos: numquid talem uultum cum mater torqueretur habuit?

Pars altera. TRIARI. Si odissemus te pateremur 9
cum eiusmodi filia uiuere. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur; uenena statim radicibus pestifera sunt. ‖ quantum illi ad scelera aetatis adiecit quod illam nouerca peperit? Quid illa quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum quod et sorori conueniat et uirgini.

DIVISIO. CESTIVS in duas partes coniecturam 10
diuisit et primum quaesiit, an illi conscia opus fuerit; deinde: si opus est aut fuit, an hanc habuerit. Non seruauit autem modum; nam et illum locum diu tractauit: non posse sororem in mortem fratris impelli, et interim tam puellam uoluit uideri ut nulli esset idonea ministerio. Itaque elegantissime deridebat MONTANVS VOTIENVS in hac controuersia ineptias rhetorum, quod sic declamarent tamquam haec quae nominata est infans esset nec intellegerent, si talis esset ne futuram quidem ream. Itaque hoc debemus, inquit, nobis proponere: puellam eius aetatis in qua est fortasse credibile scelus. Illud qui-

2 quae B q; A ‖ credo quaeso T ‖ 3 * qui CTa quae Tb ‖ 4 cum A ‖ 10 triaria O ‖ 12 uenenas CTa ‖ in radicibus *Burs.* ‖ 13 aetas adiciet *Schult.* ‖ 14 nouercā CTa ‖ 15 sequenti T ‖ patri O, *corr.* E ‖ 18 q;si ita nulli [nili B] CTa ‖ 19 si deinde si C ‖ 22 et iterum CTb Etenim Ta, *corr.* *O. Iahn* ‖ 26 conscia nominata *Burs.* ‖ 27 tales essent Ta ‖ futura C ‖ 28 demus CTa ‖ 29 * et torta O, *corr. ego, N. Madvig* est certe *W. Müller* ‖ *uerba* scelus . . . intolerabile *om.* A

dem intolerabile esse aiebat ⟨quod⟩ induxerat Cestivs: matrem dicentem filiae: 'da fratri uenenum', ⟨filiam respondentem: 'mater, quid est uenenum'?⟩.

11 Triarivs multo rem magis ineptam, quia non inuenit illam sed conrupit, nam ex Cesti sententia traxit: induxerat nouercam dicentem: 'da fratri uenenum'; fecit illam respondentem: 'mater, et mihi da'. quid enim est tam absurdum quam matrem sic locutam cum puella: 'da fratri uenenum'? Non ferebat nec illam Triari sententiam, qua aliter Haterivs usus ⟨est⟩, cum ad epilogum peruenisset: hoc loco debebat reus flere; num flet puella? inueniam quemadmodum fleat; ⟨adferat⟩ aliquis huc imaginem fratris. Illa enim si tam puella est ut dicat: 'mater, quid est uenenum'? non potest tantae pietatis esse ut eam imago fratris in lacrimas concitet. Tantus autem error est in omnibus quidem studiis, maxime in eloquentia cuius regula incerta est, ut

12 uitia quidam sua et intellegant et ament. Cestivs pueriliter se dixisse intel||legebat: 'mater, quid est uenenum'? deridebat enim Mvrredivm qui hanc sententiam imitatus in epilogo, cum adloqui coepisset puellam et diceret: 'compone te in periclitantium habitum, profunde lacrimas, manus ad genua dimitte, rea es', fecerat respondentem puellam: pater, quid est rea? et aiebat Cestius: quod si ad deridendum me dixit homo uenustus fuit, et ego nunc scio me ineptam sententiam dicere; multa autem dico non quia mihi placent, sed quia audien-

1 aiebas **CTa** || quod *add. Burs.* || 3 *uerba* filiam . . . uenenum *add. Schult., Burs.* || 5 * concupit **C** concupiit **T** || ex Cessis **C** excessus **T**, *corr. Haase*, *Burs.*, ex Cestio *Gron.* || sententiam **TAb** || 6 *et* 9 dabo *Schult.* || 8 adfurdum **A** || 10 Cesti *Schult.* || qualiter **CTa** quamuis aliter *Schult.* || atherius **O** || 11 est *add.* **Tb** || peruenisset ⟨dixit⟩ *Schult.* || 12 non flet **T** || inueniat **O**, *corr. Schult.* || 13 adferat *add. Schult.*, *Burs.* || hoc **C** hoc est **T** || 15 quidē **O** || uenerum **C** || tanta **A** || 16 in *om.* **C** || 17 errorē **CTa** || 19 quidem **T** || 21 han **A** || 25 re ē **C** rea est **Ta** || 26 rea] re **C** || quid si **A**

tibus placitura sunt. Et illud Rvfi Vibi tolerabi- 13
lius aiebat esse, sed et ipsum aliqua obiurgatione
dignum: dixerat in epilogo: nutrix, ream tolle.
Illud in Haterio, qui et promisit oratorem et prae-
stitit, negabat se perferre quod dixerat: haec rea non
mittenda in exilium sed ferenda est; cum sciret, in-
quit, in exilium exportandos locari solere. quid enim
intellegi uult hac sententia? ex toto puellam ambu-
lare non posse, ⟨an non posse⟩ usque in exilium?
uerum est, sed nec mater eius potuisset. Silo a 14
parte patris comparationem fecit inter se matris et
filiae, ⟨et⟩ totam hac figura declamauit: non sum,
inquit, uobis dicturus, qualis debeat esse uenefica.
operam perdam si coepero describere debere ⟨esse⟩
aetate prouectam, usu exercitatam, inuisam uiro,
quae possit etiam filiam occidere. superuacuum est
uti pluribus uerbis; in hac ipsa causa habemus ue-
neficae exemplar. comparemus inter se duas reas;
nec est quo quaeratis aliquem qui cognitionem ue-
stram per omnis comparationis partis ducat; ego
uobis dicam quomodo illam accusauerim. ego illi
obieci anteactam uitam: uos huic potestis obicere?
et sic omnia circumiit et comparando defendit.
Illam quaestiunculam quae in prima parte tractata 15
erat a quibusdam: an illi utique opus fuisset con-
scia, sic transcucurrit: aiebat, inquit, tota actione
rea: 'dic quam consciam habuerim'; ego negabam
opus illi fuisse; aiebam: in eadem domo eras, ue-
nenum notum erat nouercae, occasio facilis conui-
uenti, non eras suspecta, nemo te timebat propter

1 biui **O** ‖ 2 ipse **Ba** ‖ 4 atherio **C** ‖ 7 de exportandos **C** ‖ 8 haec **O** ‖ senteatiā **Ta** ‖ 9 *uerba* an. n. posse *add. Madvig* nam si *add. N. Faber* ‖ 10 est *om.* **T** ‖ a *om.* **C** ‖ 12 et *add. Schult.* ‖ 14 opera **A** ‖ discribere **A** ‖ esse *om.* **CTa** ‖ 17 ut **C** ‖ 18 exempla **A** ‖ comparemur **C** ‖ 19 quoq;ratis **C** quo quia ratis **Ta** ‖ 20 dicat **O** ‖ 23 circumittet **T** ‖ comparundo **A** ‖ 24 quaestuculam **C** ‖ 25 in illi **C** nō illi **T**, *corr. Burs.* ‖ 27 rea hic **T** re adhic **C**, *corr. Burs.* ‖ 28 ille **B** ‖ 29 n̄tum **A** *m. pr.* **B**

sororem. Ex altera parte hoc usus est colore: no-
uercam priuigno uenenum dedisse ut filia sua sola
heres esset; eandem illi et consciam fuisse uenefici
16 et causam. Omnes declamatores aiebat uoluisse ali-
quid noui dicere illo loco quo nominabat nouerca
filiam consciam. dixit, inquit, HYBREAS: *τί οὖν; ἐψεύσατο κατὰ τῆς ἰδίας θυγατρός; οὔκ· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς.* Hanc sententiam FVSCVS ARELLIVS, cum esset ex Asianis, non casu dixit, sed
transtulit ad uerbum quidem: quid ergo? inquit,
mentita est de filia sua? immo de mea. Modestius
hanc sententiam uertit HATERIVS: quid ergo? men-
tita est? quidni illa mentiretur de accusatoris sui
17 filia? CESTIVS dixit: nominauit priuigni sui soro-
rem. ALBVCIVS dixit: quid habuit quod dubitaret
an parceret filiae eius a quo occidebatur, sorori eius
quem occiderat? TRIARIVS dixit: quid ergo? mater
mentita est? tolle matris nomen: post damnationem
nouerca est. BLANDVS dixit: nominabo istam quae
patri adfuit, istam quae mortuo fratre ⟨fleuit, tort⟩a
matre non fleuit. SILO POMPEIVS dixit: 'filia, in-
quit, mihi conscia est'. post hoc eundem uultum
18 eius notaui quem uideram moriente priuigno. MON-
TANVS VOTIENVS MARCELLVM MARCIVM amicum
suum, cuius frequenter mentionem in scriptis suis
facit tamquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse
sententiam: inuenit quomodo damnata accusaret,
moriens occideret, torta torqueret. non est hoc in-
dicium sed alterum nouercae ueneficium. LATRO
dixerat cum descripsisset tormenta: instabam super
caput non accusator, sed tortor; ipse ignes subicie-

2 uideo **O** priuigno **E** ‖ ut et filia **Ta** ‖ 3 beneficiet et **C** ‖ 4 aiebant **Ta** ‖ uoluisset **C** ‖ 5 nouercae **C** ‖ 7 ΨΕΥCΑΤΟ **TV** ‖ ΚΑΤΑΤΑ **O** ‖ ΙΛΙΑC **O** ‖ ΕΥ[ΟΥ **A**]ΤΑΤΡΟC **C** ‖ ΑΜΑ **TV** ‖ 8 ΤΗCΜΗC **O** ‖ 9 Asia **O**, *corr. Schult.* ‖ 10 et ad u. *Schult.* ‖ 13 qui nihil lamenti [ta **T**] retur **O**, *corr. N. Faber* ‖ 15 habu **A** ‖ quid dub. **Ta** ‖ 19 ⟨quid⟩ nominabo *W. Müller* ‖ 20. 21 fratre a matre **O**, *suppl. Gron.* ‖ 24 maucium **C** ‖ 25 sus **A** ‖ 26 han **A** ‖ 27 damnatam **C**

bam, ipse ad intendendum eculeum manus admouebam. Ego non bibam sanguinem istius, non eruam oculos? filium mihi eripuit; nisi citius illam oppressissem et filiam abstulisset. TRIARIVS ‖ dixit: cum accusarem obieci ueneficium; in ultima parte inter preces meas excitaui puellam ad ultionem fratris sui. haec res maxime iudices mouit, haec maxime nouercam offendit. ALBVCIVS dixit: postquam nominauit filiam ad me respexit: uidelicet ut sciret an satis torsisset. NICETES egregie dixit in hoc eodem loco: *συνοῖδέ μοί, φησιν, ἡ θυγάτηρ, καὶ προσέθηκεν· ἐκ τούτου.* MONTANVS cum di- 19
ceret illum locum: quamuis sceleratos parentes uelle tamen innocentes liberos suos esse, dixit: potest ista filiam ueneficam fingere, si potest facere; difficilius est liberos inquinare quam perdere. et illud: fauete saeculo, iudices, cum ingentia scelera ferat, ne etiam inmatura tulerit; fauete ut nullum scelus commissum sit nisi quod solet; fauete ut potius nouerca non desierit parricidium facere quam soror coeperit. Damnare illam potui, effugere non potui. Sero fecisti, nouerca: si hoc ante dixisses potuisti praeuaricationem pacisci; ⟨non⟩ recte cum damnareris animosa eras. recte nihil potes facere. Si qua est fides, accusator insidias reae timui; nusquam a sinu meo dimisi puellam, ipse omnes praegustaui cibos. incauta futuri mortalitas! postquam ad tortorem perduxi nouercam timere de filia desii.

1 intendum **A** ‖ 2 uiuam **C** ‖ 3 erua **A** ‖ 4 abstulisse **C** 5 non obiecit *Schult.* ‖ ultim **C** ‖ 7 tui **C** ‖ maxume **B** ‖ 11 CYNOIΔЄ MOI ΦΙΝCΙΝ NOYTATHPRAI [KΛI **A**] ΠPOCΘЄII [ΘЄΠ **A** ΘΘΗ **TV**] KЄN K [KÀ **B**] TOTYTOY **O** ‖ 15 beneficiam **C** ‖ 17 scelere **V** selere **Ta** ‖ feret **B** ‖ 18 fauet et nullum **C** fauete nullum **TV**, *corr. Burs.* ‖ 21 illum **CTaV** ‖ efugere **B** ‖ 22 fero **C** ‖ 23 non *add. Schult.* ‖ 24 animos **C** ‖ mihi **O**, nihil *Schult.* ‖ si quae **V** ‖ 25 est *om.* **TV** ‖ accusatoris **TaV** ‖ nūquam **A** ‖ 26 asinuaneo **TaV** asianū eo **A** ‖ puella **C** ‖ 27 mortalistas **C**

20 Omnes illo colore usi sunt, a nouerca nominatam filiam in dolorem patris. Gallio plura dixit: fortasse, inquit, hanc nominauit ut ueros conscios celaret, fortasse ut, quia acerrume instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis inponeret, fortasse et nimio dolore tormentorum stupefacta nesciit quid loqueretur. Nouissume dixit: fortasse in hoc, ut quae poenas uenefici dabat accusationis exigeret. Illum sensum adiecit: ex meis hoc adfectibus aestimo: tunc cum ‖ ira, cum odio furerem circumspiciebam omnis ultionis uias oblitus innocentiae; si proprios habuisset filios nouerca, occidissem. in hanc ipsam quotiens impetum facere uolui! set propter hoc a me tuta erat quod a matre non erat. ‖

1 nomitam **CV** ‖ 2 dolore **TV** ‖ 4 caelaret **CV** ‖ istabat **TaV** istauat **C** ‖ 6 enī iu **B** enim in **ATV**, *corr. Burs.* ‖ 7 loqueret **A** ‖ ñuisume **C** nouisime **V** ‖ 9 exigerat **CTaV** ‖ 10 estumo **AV** ‖ furere **AVa** furore **BVb** fuere **Ta** ‖ 12 proprior **C** ‖ occisissem **C** ‖ 14 uoluisset **O** ‖ metu ita **C** ‖ *In fine*: L. ANNEI SENECAE SENTENTIARVM COLORES RETHORVM; LIBER ·u· EXPLICIT · INCIPIT LIBER ·uI· FELICITER **BV** ‖ L · ANNEL SENECAE SENTENTARV̄ COLORES RETHOEX; LIBER ·u· EXPL ·,· Incipit liber SEXTVS FELICITER **A**

# ⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM⟩ LIBER NONVS.

---

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### CIMON INGRATVS CALLIAE.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Miltiades peculatus dampnatus in carcere alligatus decessit. Cimon filius eius, ut eum sepeliret, uicarium se pro patris corpore dedit. Callias diues sordide natus redemit eum a republica et pecuniam soluit eique filiam conlocauit. ille deprehensam in adulterio deprecante patre occidit uxorem. ingrati reus est.

Adulterium mihi carcer est. Ferrum mihi a lege traditum ad uindictam pudicitiae proiciam? perdidisti pecuniam, || Callia, si soluisti tales manus. Non potest generosus animus contumeliam pati. Hoc interest inter fortunam parentis et filii, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Vnus Miltiadis census inuentus est Cimon filius. Redemptus Cimon redemptoris felicitas est. Reddam

2 ЄXPLICIT LIBER ·VIII· INCIPIT LIBER VIIII **M**; m.2 *add.:* hic insunt CI et e contra CI. || 4 CYMON **M** || GALLIAE **M** || 7 Militiades **M** *et sic* (*uel* miliciades) *ubique* || dampnans[tu] **M** || 10 Gallias **M** *ubique* || sordide diues **M** || 21 Redemptor **M**

beneficium, cum tam honestum desideraueris quam dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si adhuc alligatas haberem manus? Quid? tu poenam putas pro Miltiade alligari? Magnum uterque beneficium dum damus, recepimus: ego quod Miltiadem redemi, tu quod Cimonem. Turpissimum duxi ab eodem dimitti et adulteros et Cimonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem desino: ita mihi ueros habere liberos contingat; quod quantum sit, Miltiades expertus est. Dignus erat Callias talem genuisse qualem redemit. Dic nunc: 'ego te carceri exemi', dum respondeam: 'ego me carceri tradidi'. Numquam fiet ut melius actum putem, quod a Callia redemptus sum, quam quod pro Miltiade alligatus. Ego me a te redemptum putabam: emisti me filiae tuae. Calliae filiam duxi: hanc tibi pater, dum ingratus esse nolo, iniuriam feci. Non possum ob id dampnari quod lege feci. Beneficium est quod totum eius causa praestatur in quem confertur. ubi aliquis ex eo quid sperat aut praeparat, non beneficium sed consilium est. Summo te dedecore liberaui; inuitus beneficium ⟨accepisti⟩. redemisti me et tu non rogantem. Hic Virginios et quicumque uitiatas filias uel clauserunt uel occiderunt.

⟨Pars altera.⟩ Duo beneficia dedi: et redemi et egenti filiam collocaui. Obicio tibi quod uxorem passus es adulte‖ram fieri, quod non custodisti, quod moratus es dum superueniret pater spectator suae calamitatis. Ego non exspectaueram dum rogarer. Moleste ferebas socerum tuum dici Calliam. Mores puellae non tantum passus es in uitia labi, sed ipse inpulisti; nactus occasionem non omisisti.

3 aligatas **M** ‖ Quod **M** ‖ 8 nec **Mb** ‖ 10 Dignum **M** ‖ 12 cum **M** ‖ 15 quod *om.* **Ma** ‖ 16 emisisti **Ma** ‖ 22 decore **M** ‖ accepisti *add. Burs.* ‖ 24 Huc uirgini hos **M** ‖ 26 Pars altera *om.* **M** ‖ 30 PARS ALTERA. Ego **M** ‖ spectaueram **Ma** ‖ *fuit* rogaræt *in* **M** *sed corr. m. pr.* rogareR. ‖ 31 galliae **M**

Extra. Color et GALLIONI et LATRONI et MONTANO placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumeliose, in redemptorem, in socerum, ⟨in⟩ infelicem. Multa oratores, historici, poetae Romani a Graecis dicta non subripuerunt, sed prouocauerunt. Thucydidis sententia est: *δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα.* Sallusti: res secundae mire sunt uitiis obtentui. Cum sit praecipua in Thucydide uirtus breuitas, hac eum Sallustius uicit, et ⟨in⟩ suis illum castris cecidit. nam in sententia Graeca tam breui ⟨habes⟩ quae saluo sensu detrahas: deme uel *συγκρύψαι*, uel *συσκιάσαι*, uel *ἑκάστων*, constabit sensus, etiamsi non aeque comptus, aeque tamen integer. at ex Sallustii sententia nihil demi sine detrimento sensus potest. T. autem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam et tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret Sallustio: nec amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat quem non timet ‖ et facilius putat posse a se Sallustium uinci, si ante a Thucydide uincatur.

## ⟨CONTROVERSIA II.⟩

### FLAMININVS IN CENA REVM PVNIENS.

Maiestatis laesae sit actio. Flamininus praetor inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat num-

3 in *add. Burs.* ‖ 4 oratiores **M** ‖ istorici **M** ‖ 6 thucididus (*corr. m. pr. in* -dis) **M** ‖ ΛΕΝΛΖΓΛΡΛΙΕΥΤΙΡΑΖΙΑΙCΙΝΚΡΥΨΑΙ ΚΑΙCΙΝCΚΙCΛΙΤΕΚΑΤΟΝΑѠΑΡΤΗѠΑΤΑ **M** ‖ 8 salusti **M** ‖ 9 thycidide **M** ‖ 9. 10 hae cum sallustri **M** ‖ 10 in *om.* **M** ‖ 11 habes *om.* **M** ‖ 12 detraham **Ma** ‖ 13 CΥΜΚΙΑCΛΙ ɑΕL CΚΑCΤѠΝ **M** ‖ 14 integerat ex **Ma** integer erat ex **Mb** ‖ 15 deme **Ma** ‖ 16 Libius **M** ‖ 17 translatum **M** ‖ 18 corruptum **M** ‖ 19 thucididis **M** ‖ 21 salustium **M** ‖ thucidide **M** ‖ 24 FLAMINIVS **M** ‖ 25 Flaminius **M** *ubique* ‖ 26 cena **M**

quam se uidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. accusatur laesae maiestatis.

Obicio luxuriam, histrioniam, iocos? an in conuiuio nihil aliud nisi occiditis? Vni fortasse osculo donauit homicidium. Caenaturi carnifices manus abluunt. Non inquiro in totum annum, una nocte contentus sum. Facilius est ut qui multa meretrici dederit homicidium neget, quam ut qui homicidium dederit quicquam negarit. Seruum si uerberari uoluisses, extra conuiuium abduxisses. Contactam sanguine humano mensam, strictas in triclinio secures: quis credit ista concupisse meretricem uel fecisse praetorem? Virgae promuntur et ante mensam deosque crudelitatis uictima trucidatur. Me miserum, imperii Romani terrore lusisti. Legi potius quam scorto cadat. Exsurgite Bruti, Horati, Deci et cetera imperii decora: uestris fascibus, securibus uestris iam puellae iocantur obscenae. In eo quod sub praetexto publicae maiestatis agitur, quidquid peccatur, maiestatis || actione uindicandum est. Percussurus lictor ad praetorem respicit, praetor ad meretricem.

Pars altera. Si legatus falsa mandata affert, sic audiuntur, tamquam illa populus Romanus dederit; imperator foedus percussit, uidetur populus percussisse Romanus et foedere continetur: nunc nec uiribus quicquam populi detractum est nec opinioni. At ex te ceteros aestimant. Et ante hunc alii fuerunt pro quibus aestimari possent. nemo adscribit urbibus uitia singulorum. Obiciunt quod dampnatus perierit meretrici et postulant praetorem perire dampnato. Libido omnis intra meretricem est, cru-

2 accusator **M** || 4 occidistis **M** || Vno **Mb** || 8 homicidium caenaturi carnifices manus neget **M** || 9 quisquam **Ma** || 10 Contantusan **Ma** || 15 terrorem **Mb** || 18. 19 supretexto **M** || 19 peccator **Ma** || 20 accione **M** || 24 ille **Ma** || 26 Romanos **Ma** || federe **M** || 28 exestimant **Ma** existimant **Mb**

delitas intra carcerem. Multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit: in Manlio inpotentiam a quo et filius et uictor occisus est, in Sylla crudelitatem, in Lucullo luxuriam, in multis auaritiam. Non putaui ad rem pertinere ubi aut quando <periret> qui perire deberet. Occisus est quis? damnatus; ubi? in praetorio; quo tempore? est enim tempus quo noxius perire non debeat?

Extra. Quaedam controuersiae sunt in quibus factum defendi potest, excusari non potest. Non speramus ut Flamininum iudex probet, sed ut dimittat; itaque sic agere debemus tamquam pro facto non emendato, sed non scelerato. Titvs Livivs de oratoribus qui uerba antiqua <et> sordida consectantur et obscuritatem oratoris seueritatem putant: tamen in his etiamsi minus est insaniae, minus spei est. illi qui tument, qui abundantia laborant, plus habent ‖ furoris, sed plus et corporis; semper ad sanitatem procliuius est quod potest detractione curari; illi succurri non potest qui simul et insanit et deficit. Mvrredivs dixit tetracolon: seruiebat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut expleretur sensus; quem enim sensum habet: 'seruiebat dies nocti'? Hanc ideo sententiam retuli, quia et in tricolis et in omnibus huius generis sententiis curamus ut numerus constet, non curamus ut sensus. Omnia autem <genera> corruptarum sententiarum de industria pono, quia facilius et quid imitandum et quid uitandum sit docemur exemplo.

1 populorum (*om.* Romanus) **M** ‖ 2 Mallio **M** ‖ 5 rem pere ubi **Ma** ‖ periret *om.* **M** ‖ 6 quid perire **Ma** quis perire **Mb** ‖ 8 noxias **Ma** ‖ 13 facto **M** ‖ libius **M** ‖ 14 et *om.* **M** ‖ 15 horatoris **M** ‖ 16 equamsi **M** ‖ 19. 20 *uerba* detractione ... potest *om.* **Ma**, detractatione **Mb** ‖ 21 Murridius **M** ‖ 24 expleretur numerus *Burs.* ‖ 28 genera *om.* **M** ‖ 31 docemus **M**

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### EXPOSITVM REPETENS EX DVOBVS.

Per uim metumque gesta non sint rata. Pacta conuenta legibus facta rata sint. Expositum qui cognouerit solutis alimentis recipiat. Quidam duos expositos sustulit, educauit. quaerenti patri naturali pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. pactum interpositum est. reddit illi duos, repetit unum.

Cum alienis diuidemus liberos, quos non diuidimus cum matribus? Vtrumque genui, utrumque desideraui, pro utroque pactus sum. Vna nati sunt, una expositi, una educati; redditi distrahuntur. distraxit illos fortuna aliquando a parentibus, numquam ab ipsis. Duos exposui, quia alterum eligere non poteram. In auctione fratres quamuis ‖ hostilis hasta non diuidit: plus quiddam est geminos esse quam fratres; perdit uterque gratiam suam nisi cum altero est. Ignoscat retinenti meos cum ipse concupiscat alienos. Agnitio diuidet quos iunxit etiam expositio? Omnia pro filio paciscor praeter filium. Pactus sum flens, tremens, tamquam cum exponerem. Mihi tunc uis et necessitas erat; non enim poteram inuenire filios nisi alterum promisissem.

Pars altera. Vtrumque potestis ex hoc iudicio patrem dimittere. Liberis hic carere consueuit; ego et cum unum accepero, necesse est torquear: duobus adsueui. Vim uocas quae te patrem fecit? Ego sustuli, ego educaui, ego reddidi; iste electurus est.

2 REPETIS **Ma** ‖ 3 que *om.* **Ma** ‖ 8 si *om.* **Ma** ‖ 17 altione **Mb** ‖ fratres perdito quamuis **Mb** ‖ 19 utrumque **Ma** ‖ 28 demittere **Ma** ‖ care **Ma**

In ista ui duos filios perdidi. Lex arma et uincula et ultimum periculum conplectitur.

Extra. In Sabinvm Clodivm uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta sunt. dixit Haterivs quibusdam querentibus quod pusillas mercedes acciperet, cum duas res doceret, numquam magnas mercedes accipere eos qui hermeneumata docent. Maecenas dixit: *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.* Cassivs Severvs ab auditione eius rediens, interrogatus quomodo dixisset, respondit: male *καὶ κακῶς.* ‖

## ⟨CONTROVERSIA IIII.⟩

### A FILIO IN ARCE PVLSATVS.

Qui patrem pulsauerit manus ei praecidantur. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accersiit; imperauit adolescentibus ut patrem caederent. alter ex his praecipitauit se, alter cecidit. post in amicitiam tyranni receptus est. occiso tyranno praemium accepit. petuntur eius manus; pater defendit.

Felicior essem si plures reos defenderem. Praecidetis tyrannicidae manus? quid hoc est? integer tyrannus iacet. Tam necesse fuit patrem caedere quam spoliare templa, uirgines rapere. O quantum istis debemus manibus, per quas iam nihil necesse est! Tales fuerunt, ut ex his posset tyrannum alter contempnere, alter occidere. Praecipitasti te, fili: hoc non est patri parcere sed tibi. Dura, fili; in tyrannum tibi per patrem eundum est. Vtrum ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyran-

2 conflectitur **M** ‖ 5 hatherius **M** ‖ 7 hermineumata **M** ‖ 8 *sq.* ΤΥΔΕΙΔΕΙΔΗΝΟΙΚΑΝΤΝΟΗCΙΤΟΤΕΡΟΙCΥΜΗΕΙΝ **M** ‖ 14 *fuit* eius *in* **M**, *sed* us *erasum* ‖ 26 posse **Ma** ‖ 27 contemnere **Ma**

num. Suspensas leuiter admouebat manus; filius simulabat ictus, pater gemitus. Necessitas magnum humanae infelicitatis patrocinium: haec excusat Saguntinos, quamuis non ceciderint patres, sed occiderint. Si . . . nec iste cecidisset. Ille me fratri reliquerat, hic tyranno. In lege, inquid, nihil excipitur. sed multa licet non excipiantur, intelleguntur et scriptum legis angustum, interpretatio diffusa est. Quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsauit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit? ne puniatur infans, si pulsauerit patrem? Hoc qui cogente tyranno fecit, ipso fuit miserior uapulante. Non est inpudica quae arcessita est a tyranno; non est sacrilegus sacerdos qui deorum || inmortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannum. Patre iubente fecit, nec cecidit iste, sed paruit. Vltio caesi patris nullius est nisi patris. Si a quolibet alieno caesus essem et iniuriarum agere nollem nemo nomine meo ageret. nunc nihil interest; poena maior est eius qui cecidit, ius idem eius qui caesus est.

Pars altera. Tamdiu cecidit patrem donec placeret tyranno satelles. 'Pro republica feci'. Idem et reipublicae imputas et tyranno. Habuisti quod iactares tyranno: frater maluit mori; periit ne parricidium faceret aut uideret. Caesus, inquid, poenam remitto. Mirarer nisi pro tam bono patre fuisset qui mori uellet. Pater, inquid, uoluit. sed frater noluit. Pater, inquid, uoluit. ita tu non tyranno tantum, sed etiam patri dignus uisus es parricidio? Cecidisti patrem cum et legem nosses et fratrem.

Extra. Ab Oppio proconsule, cum quo in Cretam SABINVS ierat, in theatro Graeci postulare coe-

5 Si unicus fuisset, nec *Burs.* || 6 legem **M** || 14 arcersita **M** || 16 at **Ma** || 25 perit **Ma** || 27 dimitto **M** || 33 procunsule **M**

perant, ut Sabinus maximum magistratum gereret. Mos autem est barbam et capillos magistratui Cretensium summittere. Surrexit Sabinus et silentio manu facto, hunc magistratum, inquid, ego Romae bis gessi. bis enim reus causam dixerat. Graeci non intellexerunt, sed bene precati Caesari petebant, ut illum honorem Sabinus et tertio gereret. Idem cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, non est, inquit, <quod> quemquam uestrum decipiat nomen ipsum lautumiae: illa enim minime lauta res est. Iocabatur in miseriis ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit potuisse quis credit? ||

## <CONTROVERSIA V.>

### PRIVIGNVS AB AVO RAPTVS NOVERCAE.

De ui sit actio. Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubiis signis cruditatis et ueneni. tertium filium auus maternus rapuit, qui ad uisendos aegros non fuerat admissus. quaerenti patri per praeconem dixit apud se esse. accusatur de ui.

Habui filiam, quamuis unus filius supersit, fecundam. Aput me nutriatur sine. Quid times? ne non admittare, cum ueneris? Non quaeris filios quos perdidisti; quem non perdidisti quaeris. Pater a me unum repetit, ego duos a patre. Plus habeo quod auo quam quod reo timendum sit. Veni ad aegrotantes nepotes, admissus non sum: haec uera uis fuit. Nulla uis est quae arma, pugnam, uulnera non habet. Describe istius comitatum tumul-

8 transferetur **M** || 9 inquam **M** || quod *addidi* || 10 illa animo meo lauta **M**, *corr. Burs.* || 11 hac **M** || 17 crudelitatis **M** || 19 agros **M** || 20 pati **Ma** || accusator **Ma**

tus: unus ⟨puer⟩ est et unus senex. Rapuisti, inquis, filium meum. immo nepotem meum sustuli, immo uenientem non potui excludere. Si cuius obsessi a latronibus armata manu coniugem liberosque rapuissem, ⟨accusari posset⟩ beneficium meum? Et medici alligant et corporibus nostris ui medentur. Non potest mecum agere tamquam cum alieno. habet sua iura natura et hoc inter auum et patrem interest, quod auo seruare licet suos, patri et occidere. Quae ista est tam sera pietas, tam praepostera? quaerere tuos a tertio incipis. Quisquis puero fauit ne inueniretur optauit.

Pars altera. Non ut nepotem seruaret fecit, sed ut infamaret uxorem ueneficii, me ueneficae emancipatum. Mihi ‖ cum socero, iudices, ne uiua quidem priore uxore conuenit, mortua uero inimicum professus languente puero cum uociferatione atque conuitio auspicans quidquid accidit uenit, qui ad sanos nepotes numquam ante uenisset. non admisi; et tunc enim uidi uenire rapturum.

Extra. Habet hoc MONTANVS uitium: sententias suas repetendo corrumpit, dum non contentus unam rem semel bene dicere, efficit ne bene dixerit. Propter hoc solebat SCAVRVS Montanum inter oratores Ouidium uocare; nam et Ouidius nescit quod bene cessit relinquere. Cum Polyxene esset adducta tumulo Achillis immolanda, Hecuba dixit:

cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat.

poterat esse contentus, adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

1 puer *om.* **M** ‖ in quiqui **Ma** ‖ 4 obsessa latronibus **M**, *corr. Burs.* ‖ 5 rapuisset beneficium (*mediis om.*) **M** ‖ 7 potes *Burs.* ‖ 13 seruarem **Ma** ‖ 14 inflamaret **MP** ‖ mancipatum **M** ‖ 15 uiuam **M** ‖ 16 priorem uxorem **M** ‖ 20 uide **M** ‖ 24 Scaurum **M** ‖ 26 gessit **M** ‖ polysenecesset **Ma** polyssene esset **Mb** ‖ 27 Achillys **M**

neque hoc contentus adiecit:

Aeacidae fecunda fui.

Aiebat Scaurus non minus magnam uirtutem esse scire dicere quam scire desinere.

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### FILIA CONSCIA IN VENENO PRIVIGNI.

Venefica torqueatur, donec conscios indicet. Quidam mortua uxore ex qua filium habebat duxit alteram et ex ea sustulit filiam. ⟨decessit adulescens; accusauit maritus nouercam⟩ ueneficii. dampnata dum torqueretur dixit consciam filiam. petitur ad supplicium puella. pater defendit.

Non prodesset tibi, puella, quod te amauit frater, nisi mater odisset. Nefanda mulier, etiam filiae nouerca, ne mori quidem potuit, nisi et occideret. In gladiatoribus quoque condicio dura uictoris est cum moriente pugnantis. nullum magis aduersarium timeas quam qui uiuere non potest, occidere potest. Concitatissima est rabies in desperatione et morte ultima in furorem animus inpellitur. Quaedam ferae tela ipsa conmordent et in mortis auctorem per uulnera ruunt. gladiator quem armatus fugerat nudus insequitur, et praecipitati non quod inpulit tantum trahunt, sed quod occurrit. naturali quodam deploratae mentis affectu morientibus gratissimum est commori. O mendacium simile ueneficio! dum nouercae meminit, matris oblita est. Peto ne quia filium uindicaui, filiam perdam. Nisi succurritis, nouerca uicit, ego uictus sum. Ne inter

2 fuit **M** ‖ 3 agebat **M** ‖ 9 filiam *om.* **Ma** ‖ 9. 10 *uerba* decessit . . . nouercam *om.* **M** ‖ 12 petitur dixit ad **Ma** ‖ 15 nec **Mb** ‖ 19 disperatione **Ma** ‖ 20 furore **M** ‖ 21 fera et tela **M** ‖ 24 hoccurrit **Ma** ‖ 26 mendatium **M** ‖ 29 Nec **Mb**

supplicia quidem desiuit occidere. Prosit aput uos puellae quod eam pater laudat, prosit quod mater accusat. Conscia, inquid, ‖ est filia. ego torqueri coepi, nouerca torquere. Habui filium talem, ut illum amare posset nouerca, nisi in eam incidisset quae odisse etiam filiam posset. Seruus furti tortus Catonem conscium dixit. utrum plus tormentis creditis an Catoni? Quod nouerca tam sero, puella tam cito? In hoc poenas ueneficii dabat, ut accusationis exigeret.

Pars altera. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur; uenena radicibus statim pestifera sunt. Quid illa quae fratrem in moram sequentis patris sparsit? habes exemplum quod et sorori conueniat et uirgini. Nouerca in hoc priuigno dedit uenenum, ut filia sola heres esset; idcirco adhibuit et consciam. ‖

8 aut Catoni **M** ‖ 12 *fuit* robiae *in* **M**, *corr. m. pr. in* rabiae ‖ 13 in ora **Mb**

# ⟨ANNAEI SENECAE ORATORVM ET RHETORVM SENTENTIAE DIVISIONES COLORES CONTROVERSIARVM. LIBER X.⟩

---

Seneca Nouato, Senecae, Melae filiis salutem.

Quod ultra mihi molesti sitis, non est: interro- 1
gate si qua uultis et sinite me ab istis iuuenalibus
studiis ad senectutem meam reuerti. Fatebor uo-
bis, iam res taedio est. primo libenter adsilui ue-
lut optimam uitae meae partem mihi reducturus:
deinde iam me pudet, tamquam diu non seriam rem
agam. hoc habent scholasticorum studia: leuiter
tacta delectant, contrectata et propius admota fa-
stidio sunt. Sinite ergo me semel exhaurire me-
moriam meam et dimittite uel adactum iureiurando,
quo adfirmem dixisse me quae sciui quaeque au-
diui quaeque ad hanc rem pertinere ⟨iudicaui. Per- 2
tinere⟩ autem ad rem non puto quomodo L. Magius
gener T. Liui declamauerit, quamuis aliquo ‖ tem-
pore suum populum habuerit, cum illum homines

*codd.* **CTM** ‖ 6 iuuenibus **C** iuuenilibus **MbT** ‖ 7 fateor **T** ‖ 9 mihi *om.* **M** ‖ 10 me iam **CT** ‖ iam quam **M** ‖ 11 agam; scola (*del.* m 2) studia **M** ‖ 12 proprius ad modū **CTa** ‖ 13 ego **CMTa** ‖ me *om.* **M** ‖ 14 amittite **M** ‖ iusiurando **C** iusiurandum **Ta** ‖ 15 quod firmem (ferme **Tb**) **CTa** quod adfirmem **M**, *del. Gron.* ‖ scii **C** sciua **Ta** siui **M** ‖ 15. 16 *uerba* audiui quaeque *om.* **B** ‖ 16 *uerba* iudicaui. Pertinere *om.* **C**, credidi pertinere **T** ‖ 17 non ad rem **CT** ‖ T. Magius **M** ‖ magus **B** maius **T** ‖ 18 alioquo **C** ‖ 19 habuit **M**

non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri ferrent; quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamauerit: transeo istos quorum fama cum ipsis extincta est. De SCAVRO si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui estis. Non noui quemquam cuius ingenio populus Romanus pertinacius ignouerit. Dicebat neglegenter: saepe causam in ipsis subselliis, saepe dum amicitur discebat; deinde litiganti similior quam agenti cupiebat euocare aliquam uocem aduersariorum et in altercationem peruenire: uires suas nouerat. Nihil erat illo uenustius, nihil paratius: genus dicendi antiquum, uerborum quoque <non uulgarium grauitas, ipse uultus habitusque> corporis mire ad auctoritatem
3 oratoriam aptatus. Sed ex his omnibus sciri potest, non quantum oratorem praestaret ignauus Scaurus sed quantum desereret. Pleraeque actiones malae, in omnibus tamen aliquod magni neclectique ingeni uestigium extabat. raro aliqua actio bona, sed quam fortunae imputares. Eo illum longa immo perpetua desidia perduxerat ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem edidit quae deinde <ex> senatusconsulto combustae sunt. Bene cum illo ignis egerat, sed extant libelli qui cum fama eius pugnant, multo quidem solutiores ipsis actionibus; illas enim cum destitueret cura, calor adiu-

2 Asprenates **CT** Asprena **M** ‖ senex *om.* **M** senes declamauerint *Schult.* ‖ 3 declauerit **Ma** ‖ <et> istos *Schult.* ‖ 7 neglegenter *om.* **M** ‖ 8 amicitur *om.* **M** amicit̄ **A** admittitur **T** ‖ dicebat **MT** ‖ 10 aduersiorum **B** ‖ set **Mb** ‖ altercatione **M** ‖ 11 ueruenire **C** *om.* **M**, *corr.* **T** ‖ nouerant **M** ‖ 12 *uerba* nihil paratius *om.* **M** ‖ 13 *sq. uerba* non ... habitusque *om.* **CT** ‖ 14 corporisq; **T** ‖ 15 iis **C** ‖ scire posset **M** ‖ 16 ignarus [ignaris **T**] carus **CT** ignares caurus **M**, *corr. Burs.* ipsa re Scaurus *N. Madvig* ‖ 17 dissereret **T** ‖ 18 ingeni *om.* **Ma** ‖ 20 quantum **T** ‖ imputare **C** inputarē **M** ‖ * eo] sed **CM** sic **T** ‖ longāmo **C** longamimmo **Ta** ‖ 21 perpetuā **C** ‖ 22 possit **B** ‖ deinde quae **M** ‖ 23 ex *add. W. Müller* ‖ senatusconsulto *om.* **M** ‖ 24 sed ex his libellis **CT** ‖ 25 eius lugent **Ma** ‖ 26 distituerit cum **M** ‖ labor **CT** ‖ adiuuat **M**

uabat; hi caloris minus habent, neglegentiae non
minus. Declamantem audiuimus et nouissime qui-
dem || M'. Lepido ita ut, quod difficillimum erat,
sibi displiceret. De T. Labieno interrogatis? de- 4
clamauit non quidem populo, sed egregie. non ad-
mittebat populum et quia nondum haec consuetudo
erat inducta et quia putabat turpe ac friuolae iacta-
tionis. adfectauit enim censorium supercilium, cum
alius animo esset: magnus orator, qui multa impe-
dimenta eluctatus ad famam ingeni confitentibus
magis hominibus peruenerat quam uolentibus. summa
egestas erat, summa infamia, summum odium. Magna
autem debet esse eloquentia quae inuitis placeat et
cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat,
quantam uim esse oportet quae inter obstantia
erumpat? ⟨Nemo erat⟩ qui non cum homini omnia
obiceret, ingenio multum tribueret. Color orationis 5
antiquae, uigor nouae, cultus inter nostrum ac
prius saeculum medius, ut illum posset utraque
pars sibi uindicare. libertas tanta, ut libertatis no-
men excederet et, quia passim ordines hominesque
laniabat, Rabies uocaretur. animus inter uitia in-
gens et ad similitudinem ingeni sui uiolentus, qui
Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posu-
isset. In hoc primum excogitata est noua poena:

1 hec coloris sui **AT** haec colori[s]sui **B** haec caloris **M** *on* caloris ut minus ? || neglentiae **M** || 2 nobis sum aequidem **C** || 3 *M **B** *om.* **AT** cum M **A** || lepide **Tb** tepide *N. Madvig* || 4 ibi **M** || Det Labieñ **C** De rabienō **T** De Labeone **M**, *corr. Haase* || 7 friuola et actionis **M** || 8 adfectant enim **C** faciebat enim **M** adfectantem immo **T**, *corr. Burs.* || 9 *uerba* qui multa impedimenta *om.* **M** || 11 magis *om.* **Ma** magnis **Mb** || quam a uolentibus **CTa** || 12 magnā **C** || 13 et *om.* **M** || 15 quantū **A** || inte **B** ante **T** || obstantię rumpat **C** (—rumpat **Ab**) || 16 Nemo erat *om.* **CT** || Que **T** || 18 antquae **C** || 19 prim' **C** || possit **B** || 20 tibi **C** || 21 possim **B** || 22 labiabant **CTa** || Rabies *om.* **M** Rabienus *uolgo* || uagaretur **M** || per uitia **M** || 23 et qui **M**

effectum est enim per inimicos ut omnes eius libri comburerentur: res noua et inusitata supplicium de
6 studiis sumi. Bono hercules publico ista in poenas ingeniorum ⟨uersa⟩ crudelitas post Ciceronem inuenta est: quid enim futurum fuit, si triumuiris libuisset et ingenium Ciceronis proscribere? Sunt di immortales lenti ‖ quidem sed certi uindices generis humani et magna exempla in caput inuenientium regerunt, ac iustissima patiendi uice quod quisque alieno excogitauit supplicio saepe expiat suo. Quae uos, dementissimi homines, tanta uecordia agitat? parum uidelicet in poenas notae crudelitatis it: ⟨conquiritis in uosmet ipsos noua quesbus pereatis⟩ et si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriamque nominis, inuenitis quemadmodum reducatis ad eadem [rem]
7 corporis mala. Facem studiis subdere et in monumenta disciplinarum animaduertere quanta et quam non contenta cetera materia saeuitia est! Di melius, quod eo saeculo ista ingeniorum supplicia coeperunt quo ingenia desierant! Eius qui hanc in scripta ⟨Labieni sententiam dixerat postea uiuentis adhuc scripta⟩ conbusta sunt; iam non malo exemplo

1 per inimicos *om.* **M** ‖ eius ut omnes libri **C** ‖ 2 incenderentur **M** ‖ inuisitata **C** instituta **M** ‖ 3 hercule supplicio **M** ‖ 4 ingeniosa crudelitas **O**, *corr. R. Wachsmuth, qui omnia inde a u.* 6 sunt di *usque ad. u.* 19 saeuitia est *Senecae abiudicanda censet.* ‖ 5 futura **A** ‖ triumuiris (s *del.*) libros et ing. ·nt cic. proscribere **M** ‖ 6. 7 fundi inmortales **CTa** ‖ 9 regerent **Ta** regesserunt **M** ‖ iustissimā pacienti **A** ‖ quo **M** ‖ 10 semper? ‖ excipiat **Ma** emittat **CT** ‖ 11 de [q; **A**] uos dementissimid **C** ‖ 13 *sq. uerba* conquiritis . . . pereatis *om.* **CT** ‖ conquirite **M**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ uos ne ipsos **M** ‖ 13. 14 perennis est si **M** ‖ 14 ad **M** ‖ 15 siquid ingenium **CT** ‖ 16 inuenite **O**, *corr. R. Wachsmuth* ‖ perducatis **M** ‖ eandem **M** ‖ rem *del. N. Faber, N. Madvig* ‖ 17 subderet et **M** ‖ 18 displiciarum **B** ‖ nā aduertere **C** animaduerteret **M** aduerteret **Ta** ‖ 19 cętera saeuitie materia **M** ‖ 21quod **C** ‖ desierunt **M** ‖ hunc **A** ‖ 22 *sq. uerba* Labieni . . . scripta *om.* **CTa** ‖ sentiam **M** *m. pr.* ‖ 23 adhunc **M**

quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam nec superstes esse ingenio suo uoluit, sed in monimenta se maiorum suorum ferri iussit atque ita includi, ueritus scilicet ne ignis qui nomini suo subiectus erat corpori negaretur: non finiuit tantum se ipse, sed etiam sepeliuit. Memini aliquando 8
cum recitaret historiam, magnam partem illum libri conuoluisse <et> dixisse: haec quae transeo post mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit quam etiam Labienus extimuit? CASSI SEVERI, hominis Labieno inuisissimi, belle dicta res ferebatur illo tempore quo libri Labieni ex senatus consulto comburebantur: nunc me, ‖ inquit, uiuum uri oportet qui illos edidici. Monstrabo bellum uobis libellum quem a Gallione uestro petatis. recitauit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis, in quo suspicietis adulescentis animum illos dentes ad mordendum prouocantis. <Nunc> autem, puto, iam nihil 9
quod interrogetis restat. MVSA rhetor quem interdum solebatis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingeni, nihil cordis: omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem sed extra naturam essent. Quis enim ferat hominem de siphonibus dicentem 'caelo repluunt' et de sparsionibus 'odoratos imbres' et in † cultum

1 quia ſt́ **CTa** ‖ 2 istipstes **Ta** ‖ 4 indudi **C** ‖ nomine **CMTa** ‖ 5 subiectis **B** ‖ negit . . **A** ‖ 5—7 *uerba* non finiuit . . . recitaret *om.* **A** ‖ finibit sanctum **B** ‖ 6 se fleuit **M** ‖ 7 patrem **C** ‖ 8 cum noluisse **M** (*m. pr. fuisse uidetur* -set) ‖ et *om.* **O** ‖ 11 Labieni **CT** ‖ amicissimi **T** ‖ uelle **C** ‖ 11. 12 rebantur **C** recitabantur **T** ‖ 12 illo in **Mb** ‖ 13 s̄c̄ **B** sunt **A** s̄. **T** SC **Ma**, *del.* m.2 ‖ conurebantur **A** urebantur **BM** ‖ 14 illo sed didici **B** ‖ uobis bellum **M**, *an* bellum *delend.* ? ‖ 15 que **B** ‖ gallieno **M** (*prius* l *del. m. pr.*) ‖ pietatis **A** ‖ 16 probabat hillo **B** pro batillo **M** probat. Illo **T** ‖ mecenate **M** mecenatae **C**, *corr. I. Lipsius* ‖ 17 supicietis **B** suppletis **M** ‖ animam **M** ‖ 18 Nunc *addidi* ‖ autem *om.* **MT** ‖ iam mihi **M** ‖ 20 mela melius **C** ‖ 21 minus cordis **M** ‖ uisque **A** ‖ 23 esset **M** ‖ 24 s̃iponibus **CT** siponibus **M** ‖ replunt **C** ‖ 25 odorators **C** odoratoris **T** ‖ *an* sculptum uiridarium ?

uiridium 'caelatas siluas' et in picturam 'nemora surgentia'? aut illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cum uos me illo perduxissetis: '⟨quidquid auium uolitat⟩, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit nostris sepelitur uentribus. quaere nunc cur subito moriamur: mortibus
10 uiuimus'. Non ergo, etiamsi iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis satisfieri? nec sum ex iudicibus seuerissimis qui omnia ad exactam regulam derigam: multa donanda ingeniis puto; sed donanda uitia, non portenta sunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta sunt non subtraham, licet non plura uideantur: uos subiciatis. OSCVS non incommode dixit, sed sibi ipse nocuit; nam dum nihil non schemate dicere cupit oratio eius non figurata erat sed praua. Itaque non inurbane PACATVS rhetor, cum illi Massiliae mane occurrisset, || schemate illum salutauit: 'poteram', inquit, 'dicere, aue Osce'. Ipse ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas. nulli non
11 inpressit aliquid quod effugere non posset. Ille Passieno prima eius syllaba in Graecum mutata obscenum nomen inposuit, declamatori subtili sed arido; ille Sparso dixit scolam communem cum

1 uirilium **M** || caelata **C** || pictura **T** || 2 montibus **CT** molibus **M** || memini *om.* **M** || 4 *uerba* quidquid auium uolitat *om.* **CT** || 5 *uerba* quidquid ferarum *om.* **Ma** || tepellitur **C** deponitur **T** || 6 q; nunc **C** qui nunc **T** || cum **T** || 8 nunc sunt ex **M** || 9 qui omnia ad *om.* **M** || extā **A** || 10 * redicam **C** re (m. 2 rei) $\overset{1}{d}$ucant **M** redigam **T**, reducam *Burs.* || se **B** || 11 portanta **A** || 12 sū **C** || licet *om.* **M** || 14 ipse sibi **T** || 14. 15 nam si nihil scemate **M** || 15 nascemate **T** || 16 urbane **CTa** || 17 masilie **M**, *in quo uerba* mane . . . contumelias (*u.* 20) *om. m. pr.* || 18 inquit] quidem **M** || habe **CT** || 19 osci **M** || eloquentiā **A** || 20 inurgendas **CT** || 21 pressit **B** || effugire **M** || possit **B** || 22 Passennae **C** passenne **MTa** || ei **A** || syllabam grecum mutuatam **Ta** syllauı grecum multutam **C** syllaba Graecum imitata *Schult.* || 23 subti **C** || *uerba* declamatori . . . arido *post* Sparso *transponit N. Faber*, d. s.

rhetore quodam habenti: tu potes controuersiam intellegere qui non intellegis te laterem lauare? SPARSVS autem dicebat uiolenter, sed dure. Ad imitationem se Latronis derexerat nec tamen umquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret. utebatur suis uerbis, Latronis sententiis. Cum BASSO 12
certamen illi fuit quem uos quoque audistis, homine diserto, cui demptam uelles quam consectabatur amaritudinem et simulationem actionis oratoriae. nihil est indecentius quam ubi scolasticus forum quod non nouit imitatur. Amabam itaque CAPITONEM cuius declamatio est de Popillio, quae misero Latroni subicitur: bona fide scholasticus erat, in his declamationibus quae bene illi cesserunt nulli non post primum tetradeum praeferendus. primum 13
tetradeum quod faciam quaeritis? Latronis, Fusci, [Cesti] Albuci, Gallionis. hi quotiens conflixissent, ⟨penes Latronem gloria fuisset,⟩ penes Gallionem palma; reliquos ut uobis uidebitur ‖ ⟨conponite⟩: ego uobis omnium feci potestatem. hos minus nobiles sinite in partem abire, PATERNVM et MODERATVM, FABIVM et si quis est nec clari nominis nec ignoti. Cum uobis ad satietatem uestram me praestiterim,

nec arido *Schult.* ‖ cholam **C** ‖ 1 habent **M** ‖ 2 intelleges te **M** intelligit (s *supra* t) te **A** ‖ latere acleuare **CTa** laterem leuare **M** ‖ 3 sparsis **C** spartus **M** ‖ ualenter **M** ‖ 4 direxerat **Tb** dixerat **TaMa** duxerat **Mb** ‖ 5 cum ad eamdem **M** ‖ dicerem [m' **B**] utedabatur [ditabatur **Ta**] **CTa** ‖ 7 hominem **CTaMb** ‖ 8 disertum **Mb** ‖ uellis **M** ‖ 10 forum *om.* **M** ‖ 12 declamationē de **A** ‖ quae meo **CT**, quae miror cur *Schult.* ‖ 13 subidcitur **C** subiciuntur **M** ‖ 14 que **B** ‖ ubique bene illi cesserant **M** ‖ 15 referendus **CT** *uerba* primum tetradeum referendus *bis scripta in* **A** ‖ 16 tetradm̄ **T** tetradacum **M** ‖ Latrones **Ma** ‖ 17 certi **B** cessi **A** caesti **M**, Fusci Arelli *Lindner* ‖ confluxissent **M** conflexissent **T** ‖ 18 *uerba* penes . . . fuisset *om.* **CT** ‖ poenes **B** pene **A** ‖ 19 uidetur **M** ‖ conponite *om.* **CT** ‖ 20 ho **A** hoc **BTa** ‖ 21 inde partem habere *Schult.* ‖ habire **B** ‖ 22 nec dari **CTa** ‖ 23 bouis **A** bonis **TaB** uiş (x *supra*) (x **Mb**) **M**, *corr.* **Tb** *Pincianus* ‖ me] ne **Ma** nec **Mb**

permittite [me] mihi et aliquos ⟨quos⟩ non nostis ex
sinu proferre, quibus quo minus ad famam perueni-
14 rent non ingenium defuit, sed locus. Bene decla-
mauit GAVIVS SILO cui Caesar Augustus, cum fre-
quenter causas agentem in Tarraconensi colonia
audisset, plenum testimonium reddidit; dixit enim:
'numquam audiui patrem familiae ⟨disertiorem'. at
cum patrem familiae⟩ praeferret, oratorem subduce-
bat: partem esse eloquentiae putabat eloquentiam
abscondere. Solebat declamare studiose et TVRRI-
NVS CLODIVS cuius filius fraterno uobis amore con-
iunctus est, adulescens summae eloquentiae futurus,
nisi mallet exercere quantum habet quam consequi
15 quantum potest. sed Turrinus pater multum uiri-
bus dempserat, dum Apollodoreos sequitur ac sum-
mam legem dicendi sectam putat; tantum tamen su-
perfuit illi uirium quantum ualeret, etiamsi ars
abesset. sententias dicebat excitatas, insidiosas, ali-
quid petentis. Numquam non de colore Latroni
controuersiam fecit. Latro numquam solebat dis-
putare in conuiuio aut alio quam quo declamare
poterat tempore. Dicebat quosdam esse colores
prima facie duros, asperos: eos non posse nisi

1 me *del. N. Madvig* ‖ memini **Bb** ‖ quos *om.* **CTa** ‖ 2 sino **Ma** inu **A** ‖ cominus **M** ‖ 4 grauius **B** ‖ cui silo cui **CTa** ‖ 5 Terracinensi **M** ‖ 6 uidisset **M** ‖ 7 nō. nūquam **T** ‖ 7. 8 *uerba* disertiorem . . . familiae *om.* **CT** ‖ erat qui **M**, at cum *Burs.* ‖ 8 oratori subduceret **M** ‖ 9 patrem **A** ‖ et eloquentie **T** ‖ 11 frater ī [pat̃ nō **Ta**] uobis amare **CTa** ‖ 14 T. pat e[et **Ta**, *del.* **Tb**]clodius **C** Turrinus Clodius **M** ‖ 15 dēserat **A** deserat **BTa** demiserat **M** ‖ *Apollodorus **C** apollodorum **MT** ‖ ac] ad **C** a **Ta** et **Tb** et ad **M** ‖ summa **A** ‖ 16 dicendiseam [eum **Tb**] putat **BTaM**, *corr. Madvig* ‖ tamen *om.* **A** ‖ 17. 18 etiam narrabesset **CTa** ⟨ut⟩ quantum ualeret etiamsi aberrasset ⟨sentires⟩ *N. Madvig* ‖ 18 insidias **M** ‖ 19 potentes **M** ‖ non *om.* **BM**, *in* **A** *suprascr. m. pr.* Nonnumquam *Madvig* ‖ 20 feci **M** ‖ retlatro **M** ‖ *an* set Latro ? ‖ 21 conuio **A** ‖ aliquā quod **BTa** aliquam quo **M**, *corr. Burs.* ‖ 23 facies duros peros **C** duro (m.2 *add.* s) sed asperos **M** ‖ nisi *om.* **M**

actione probari. negabat itaque ulli se ‖ placere posse nisi totum; nosse se [et] suas uires et illarum fiducia aliis metuenda et praerupta audere; multa se non persuadere iudici, sed auferre. Tvrrinvs contra nihil probare nisi tutum; non quia inbecillus erat, sed quia circumspectus. causas ⟨nemo diligentius proposuit,⟩ nemo respondit paratius; et pecuniam itaque et dignitatem, ⟨quam primam in prouincia Hispania habuit, eloquentiae debuit. Natus quidem erat patre splendidissimo, auo diui Iulii hospite, sed ciuili bello adtenuatas domus nobilis uires excitauit et ita ad summam perduxit dignitatem,⟩ ut si quid illi defuit scias locum fuisse. Inde filius ⟨quoque⟩ eius, id est meus — numquam enim illum ⟨a⟩ uobis distinxi — habet in dicendo [controuersiam] ⟨paternam⟩ diligentiam, qua uires ⟨ingenii sui⟩ ex industria retundit. Hoc et in ipso genere uitae sequitur ad summa euasurus iuuenis nisi modicis contentus esset, ⟨et⟩ ideo dignus est cuius tam modestis cupiditatibus fortuna praestet fidem. Horum nomina non me a nimio fauore sed a certo posuisse indicio scietis, cum sententias eorum retulero aut pares notissimorum auctorum sententiis aut praeferendas. ‖

(margin: 16 beside "Tvr-")

1 adprobari **M** ‖ negaba nisi ac itaque illi **CTa** ‖ se *om.* **M** ‖ 2 ni **B** ‖ totum se **A** ‖ * nossent se et tuas [ei suas **M**] **O**, *corr. ego*, ✱ *Madvig* ‖ 3 fudutia **A** ‖ alis **B** abs **A** ‖ 6 seras **M** *m. pr.* ‖ cause **M** ‖ 6. 7 *uerba* nemo diligentius proposuit *om.* **CT** ‖ 7 paratus **C** ‖ 8 *uerba* quam ... dignitatem (*l.* 11) *om.* **CT** ‖ primum **M**, *corr. Gron.* ‖ 11 domos nobiles **M** ‖ 13 quis **CTa** ‖ deberet **CTa** deerat **Tb** ‖ loco **O** ‖ suisse **B** defuisse **M** ‖ 14 quoque *om.* **CT** ‖ 15 a *om.* **CT** ‖ controuersiam *om.* **M** ‖ 16 paternam *om.* **CT** ‖ ingenii sui *om.* **CT** ‖ 17 uitae genere **M** ‖ 18 sequentur **C** ‖ summam **M** summeuasurus **A** summę uaṡsurus **B** ‖ 19 et *om.* **CT** ‖ modestius **CTa** ‖ 21 omnia **M** ‖ me animo maiore **M** ‖ potuisse **M** ‖ 22 rettulero **M** ‖ 23 auctorem **CTa**

## ⟨CONTROVERSIA XXX.⟩

Iniuriarum sit actio. Quidam cum haberet filium et diuitem inimicum, occisus inspoliatus inuentus est. adulescens sordidatus diuitem sequebatur; diues eduxit in ius eum et postulauit ut si quid suspicaretur, accusaret se. pauper ait: 'accusabo cum potero', et nihilominus sordidatus diuitem sequebatur. Cum peteret honores diues repulsus accusat iniuriarum pauperem.

1 VIBI GALLI. Gratias ago diuiti, quod quos odit iam reos facere contentus est. Interdiu nobis publico interdicitur; quaerite quid nocte fiat. 'Non ambulabis', inquit, 'eadem uia qua ego, non calcabis uestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam uestem, non flebis inuito me, non tacebis': perieramus, si magistratus esset. ALBVCI SILI. Quod sordidatus fui, luctus est; quod fleui, pietatis est; quod non accusaui, timoris est; quod repulsus est, uestrum est. Non taceam, qui adhuc uiuo quod tacui? Nostis populi loquacis suspiciones. quare iste honores illo uiuo numquam petiit? Ego uero omnes quaeso homines, ut me in inquisitione paternae mortis adiuuent; et ad tua genua, diues, uenissem, nisi timerem ne inuidiam tibi fieri diceres; et iam pridem hoc animo sequor: occasionem loquendo capto nec mehercules possum dicere inhumanitate tua fieri quod non audeo, sed uitium me meum sequitur: taceo. utinam hoc uitium habuisset et pa-

2 Thema *add.* **T** ‖ 3 spoliatus **CTa** ‖ 8 sordidus **T** ‖ 15 offeret **C** ‖ dilicatis **B** ‖ osculis **A** ‖ 17 magis iratus **O**, *corr.* **E** ‖ 17. 18 sordidatus sit [sic **A**] fui **C** ‖ 18 quo fleui **B** ‖ pietas **T** ‖ 20 quia **T** ‖ 21 notae ei *Schult.* ‖ 21 suspicionis **A** ‖ 22 petit **O** ‖ 23 quaero **O** ‖ * omnes **O** ‖ inquisitionem **O**, *corr.* *Burs.* ‖ 29 unam **C**, *om.* **Ta** ‖ uitium unde h. **Ta**

ter! dum libere loquitur multos offendit: neque enim, puto, te solum in ciuitate habuit inimicum. Vt iste ait, causam meam populo probaui. Ivli 2
Bassi. Quando autem istis diuitibus non sordidati sumus? 'Accusa', inquit. pauper diuitem, lugens candidatum ego accusem? Ambulare mihi meo arbitrio non licet. In ius uocauit: 'reum, in||quit, me perage, perora'. quis haec loquentem auderet accusare? 'Cur me, inquit, sequeris'? quasi aliud iter pauperes, aliud diuites habeant. Cesti Pii. Non essem reus, si accusare possem. barba demissa, sordidatus cum criminibus meis ad uos ueni. Omnia licet fiant, non desinam inquirere percussorem et fortasse iam inueni. Cum subito pater meus in media ciuitate — quid me intueris? quid obseruas quid dicam? — subductus est. Arelli Fvsci. Incedere magno 3
comitatu, splendido cultu, non est fortunae meae; ista diuites possunt; satis est si uiuimus. Cum inspoliatum cadauer ⟨patris⟩ mei inuentum sit, quis fuerit percussor nescio: quisquis fuit quasi diues spolia contempsit. 'Quare, inquit, me sequeris per publicum'? facinus indignum commissum est: diues et pauper eadem uia incessimus. Osci. 'Accusa', inquit. ubi est qui primo coeperat? Vellem pater meus quoque a te non discessisset: uiueret. 'Quare, inquit, me reum non facis'? quia accusatorem me non times mortuo patre ⟨meo⟩ — timeo enim, ne quis sibi iniuriam fieri putet, [et] si dixero occiso. Oc-

1 liberele **B** ‖ eloquitur **A** ‖ 2 enim *om.* **T** ‖ 4 autem scis **CTa** ‖ 5 * diuitem egens **O** ‖ 7. 8 perege petora **Ba** ‖ 8 peiora **Ta** ‖ accusaret **A** ‖ 10 habent **C** ‖ 11 accusarem **T** accusassem **C**, *corr. Burs.* ‖ possem *om.* **T** ‖ barbat **Ta** barra **A** ‖ cum *om.* **B** ‖ 12 licent **O** ‖ 13 desinant **Ba** ‖ inquire q;re **C** ‖ 14 medias ciuitates **C** ‖ 17 comitatus **C** ‖ speldido **B** ‖ 18 satis et **T** ‖ 19 spoliatum **CTa** ‖ patris *addidi* ‖ * meum **O**; *an* a me ? ‖ quid **C** ‖ 22 fuscinus **C** ‖ 23 uestigia **BT** ‖ Oscia **B** ‖ 24 coeperat acceperat **O**, *corr.* **AbTb** ‖ 25 dissensisset *N. Madvig* ‖ 26 reum facit **Ta** ‖ qui **CTa** ‖ 27 meo *add.* **A** *m. pr.* **E** ‖ timeo mi enim **CTa** me aio enim **E** *cod.* **M** ‖ 28 et *om.* **E** ‖ occisi **B** occisum **E**

cisus est pater meus — a quo? si permittitis ne-
4 scio. Ivni Gallionis. 'Sordidatus es, inquit; fles'. ⟨Quid aliud facere possum⟩ occisi pauperis ⟨filius⟩? Pater meus in media ciuitate saluis legibus occisus est. quis hoc sine lacrimis narrare possit? non deponam has sordes, nisi inuenero cui induam. Quis occidit patrem meum? nescio. nihil amplius testari potes quam hanc uocem meam: adhuc nescio. Delibero interim et illam induam uestem quam patri meo reliquit percussor. 'Cur me sequeris'? magi-
5 stratus pos terga sua non summouent. Fvlvi Sparsi. Quid iste accusanti fecisset, qui persequitur tacentem? 'Cur non agis'? quia ⟨adeo non met⟩uis ‖ ⟨ut cogas⟩ tecum agi. Numquid nunc tibi iniuriam facio sordidatus? quod reo licet, lugenti non licet? Quid potui patri meo minus praestare? in honorem eius uestem mutaui. Argentari. Non uis patrem meum fleam? lacessere nos ultro non solebas. Clodi Tvrrini patris. 'Quare, inquit, sordes sumpsisti'? quid ergo? ne lugebo quidem quem uindicare non possum? nulli iniuriam facio nisi
6 patri quem adhuc tacitus fleo. Porci Latronis. . . . . . Cuius inter necessarium ita crudeliter interempti patris dolorem nihil fortius est quam quod gemit? 'Accusa, inquit, me'. unde tam securus es? inuenisse uideris quis alius occiderit. Non erat ⟨in illo⟩ praeda quam grassator sequeretur, sed erat summa uirtus, sed erat firmissimum inopiae munimentum, contumax aduersus fastidium diuitiarum

3 *uerba* quid . . . possum *add.* **E** ‖ hoc [ho **B**] dicis pauperis occisi pauperis es [pauperes **T**] **O**, *corr.* **E** ‖ 7 stari **C** testare possum **T** ‖ adhunc **C** ‖ 12 quod **C** ‖ quis **C** ‖ 13 cor **C** ‖ *supplementa add.* **E** ‖ 15 lucenti **CTa** ‖ 16 quod **Ba** ‖ patre **B** ‖ 19 solebat **O**, *corr. Burs.* ‖ Quere **A** quae **B** ‖ 20 ergo n̄ ne **CTa** ‖ 23 *fort. add.* Is tibi iniuriam facit ‖ inter *om.* **T** ‖ empti **C** ‖ 24 fortus **B** ‖ 25 genuit **Ta** ‖ 26. 27 in illo *add.* **E** ‖ 27. 28 *uerba* sed erat summa uirtus *om.* **T** ‖ 28 umma **C** ‖ ũPR̃tus **B** ū prtus **A**, uirtus **E** ‖ * inoti **C** ignoti **T** ‖ monimentum **O**

innocentia: haec ab inimico spolia petita sunt. Nescio quomodo miserum esse inter miserias iuuat et plerumque omnis dolor per lacrimas effluit. Nimium funere nostro exultat: non solebat uiuo illo prouocare nos ut reus fieret. Si quis omnium mortalium miserrimi inter necessarias super occisum patrem lacrimas ita creditam adhuc inertiam miratus est, in hac indignitate praesentis periculi omnem suam ponat admirationem. Si pauper accusandi diuitis animos non sumpsit miramini? quia tacet, reus est. Per has lacrimas, per hunc squalorem, 7
per haec necessaria omnibus periclitantibus instrumenta non inuidiosum uestrae misericordiae praemium petimus, ut absoluto sic esse tanquam reo liceat. Potens iste et gratiosus et, ⟨quod⟩ ne ipse quidem negat, diues fuit et qui nihil umquam putaret sibi timendum, etiam reo. crescere deinde in dies odium alterius inpotentia, alterius libertate. diues nihil aliud quam nos pauperes existimare, nos nihil aliud quam innocentes, ‖ inter cotidianas acies semper inuicti. Quis de nostra interim morte cogitauerit, nescio: quod dissimulari non potest scio, quis optauerit. Venit iste cum turba clientium ac parasitorum et aduersus paupertatem totam regiam suam effundit. 'Cur me non accusas, non postulas'? uix temperabat quin diceret: 'quid ego in te accusatorem ⟨non⟩ audeam, qui occidendum curaui eum qui tantum mecum litigauerat'? Ciui- 8
tates plerumque finitimae inter repentinam discor-

1 inimicos spoliaret ita **C Ta**, *corr.* **E Tb** ‖ 2 interdum **T** ‖ miseria **O**, *corr. Burs.* ‖ 3 plerum **C Ta** ‖ effuit **C** ‖ 6 misereamini **O**, *corr. Burs.* ‖ 7 ita . . creditam **A** increditam *uolgo* ‖ 9 admiratione̅ sua̅ · si **B** ‖ 15 potest iste **O** ‖ quod *om.* **C Ta** ‖ 17 etiam a reo **C Ta** ‖ 18 inpotentia alterius *om.* **A** ‖ 19 nihil ut quam **C** ‖ aestimaret **O** ‖ 21 qui **O**, *corr.* **E** ‖ in **B** im **A**, interim **T** ‖ mortem **C Ta** ‖ 22 nescite **O** scire non possum **E**, *an* scire nequeo ? ‖ quid **C Ta**, *corr.* **E Tb** ‖ 23 clientum **T** ‖ 24 ream **A** ‖ 25 effudit **T** ‖ cu̅me **C Ta** ‖ 26 uia temperabas **C** ‖ 27 non *om.* **C** ‖ *uerba* ciuitates . . . Pompeio fortior (p. 472, 15) *ab hac controuersia aliena*

diam bello tument: inter ciuilia certamina tantum in ultionem satis est quantum quisque ad maledicendum occupauit. Macerio qua uiolentia in absentiam Metelli strepit! M. Cato Pulchro obiciente furtorum crimina audiuit. quae maior indignitas illius saeculi esse potuit quam aut Pulcher accusator aut reus Cato? In Cn. Pompeium terra marique uictorem fuit qui carmen conponeret, uno, ut ait, digito caput scalpentem. fuit aliquis qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. M. Bruti sacratissimi . . . . uaniloquentia laceret, cum quidem eius ciuili sanguine non inquinatas solum manus sed infectas ait; atque ille tamen, cum tres consulatus ac tres triumphos scinderet, adeo non timuit ne esset reus, ut etiam disertus esse curauerit. Solus hic est in nostra ciuitate innocentior Catone, nobilior Metello, Pompeio fortior, [Bruto . . . .].

9 LATRO sic diuisit: an in re iniuria sit. Nulla, inquit, iniuria est. sordidatus sum; quam multi faciunt! Omnia iniuriae genera ⟨lege⟩ conprehensa sunt: pulsare non licet, conuitium facere contra bonos mores non licet. Hoc loco SCAVRVS dixit: noua formula iniuriarum componitur: 'quod ille illi contra bonos mores conuitium ⟨fecit⟩'. Etiamsi in re iniuria est, an si non malo animo facit, tutus sit; an malo animo faciat. Hoc LATRO in duas

*esse censet N.Madvig* || 1 tumen **A** || 3 MCicero **O**, Macerio *Ruhnken ad Vell. p.* 45 || quia uiolentiā in absentiam et elis trepit **O** || 6 esse *om.* **A** || quā ut **A** || 7 areus **A** an reus **B** || sūto **Ta** || INC̄ ñ **A** in c'n' **B** || poinpeium **B** || 8 camen **B** || 10 cur̄r **O** || 11 neloquentia **C** ineloquentiam **T**, *corr. O. Iahn, qui famam et nomen accusatoris intercidisse susp.* || licerat **B** || 12 quidam **T** || 13 manuis **C** || 16—19 esse cura diuisit *reliq. omissis* **A** || 18 Bruto *add. O. Iahn* || 21 lege *add. Burs.* || 22 sunt] sit **CTa** || conuiuium **A** || 23 dixi **B** || 24 ille *om.* **T** || 24. 25 ille nihil contra b. m. f. *Burs.* || 25 moros **B** || * conuitium] uit **C** fuit **T** || fecit *add. Burs.* || 27 amalo **Ta**

quaestiones diuisit: an si credidit ‖ ab hoc patrem suum occisum et propter hoc secutus est, ignoscendum illi sit; deinde: an crediderit. Gallio illam fecit primam quaestionem: an quod licet cuique facere si facit, iniuriarum non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare qua uelis, licet uestem quam uelis sumere. ⟨sed⟩ nihil, inquit, licet in alienam inuidiam facere. sordidatus es, non queror; sed si sordes tuae inuidiam mihi concitant, queror.

De colore quaesitum est: quidam aperte inuecti **10** sunt in diuitem, quidam ex toto nihil dixerunt, quidam secuti sunt mediam uiam. Cum praeter haec nihil sit, Latro uolebat uideri inuenisse quartum genus, ut hoc modo in diuitem diceret: tu quidem non fecisti; sed tamen ego habui causas propter quas possem decipi et de te aliquid frustra suspicari: quia inimicus eras, quia inspoliatus pater inuentus est, et cetera. Hoc est autem medium illud genus nec dimittendi diuitem nec accusandi: nam et dimittere non debet quem distulit et accusare propter hoc ipsum non debet quia distulit. Albvcivs nihil dixit in diuitem; hoc colore declamauit: **11** committit, inquit, iniuriam si quem non postulauit accusat. 'quare, inquit, sequeris me'? ut aliquando mei miserearis, ut desinas adflictam domum persequi, ut scias me in ⟨hoc⟩ habitu accusare non posse, ut concupiscas gloriam uindicatae mortis. Tu solus potes, si uoles, inuenire quis occiderit, tu accusare. 'At me quidam propter hoc suspectum habent'. Potes discutere istam suspicionem: quaere quis fecerit. 'Vt scias', inquit, 'te

3 credidit **T** ‖ 5 iniuriā **CTa** iniuriae *Burs.* ‖ tenentur **A** ‖ 6 *uerba* licet nestem q. nelis *om.* **T** ‖ 7 sed *add. N. Faber* ‖ inquit *om.* **T** ‖ utet **O**, licet *N. Faber* ‖ alienum **BT** ‖ 8 iniuriam **C** iniuriarum **T**, *corr. Gron.* ‖ 10 quidtam **C** ‖ 12 quam secuti **C** ‖ propter **C** ‖ 13 solebat **O** ‖ 17 * pauper **O**, pater *ego N. Madvig* ‖ 19 dimitteret **C** ‖ 23 iniuriarum **CTa** ‖ 25 adfectam **Ta** ‖ 26 me *om.* **A** ‖ hoc *om.* **CTa** ‖ 27 posset **C** ‖ 28 petas **A** *m. pr.* petes **AbB** ‖ 29 quidem **T** ‖ 30 suspitionem quaerere **B**

inuidiam mihi facere, cum dixissem: accusa me, non
negasti te accusaturum, sed respondisti: accusabo
cum potero'. Ignosce mihi, non magis quemquam
adhuc accusare possum quam absoluere: quaero
quis fecerit. Haec leuia argumenta sunt, uana sunt
quae alios tangunt; quod inimicus es, quod ille in-
spoliatus inuentus est: non est quare accusem, est
12 quare su||spicer. RVFVS VIBIVS hoc pro colore po-
suit: sordidatus sum, lugeo; sequor te ut tutior
sim; timeo nescio quem illum qui patrem meum
occidit; scio me quamdiu tecum fuero perire non
posse. Dum hunc colorem sequitur MVRREDIVS,
ineptissime dixit: quare te sequor? pater meus,
quia solus inambulabat, occisus est. OSCI color
non placebat Gallioni: sequor, inquit, ut inueniam
quis fecerit; hoc mecum cogito: quisquis est ille
qui fecit, uolet hoc inimico imputare, ad diuitem
ueniet. Multo, inquit, hoc iniuriosius est, si inqui-
rendi causa facit, si non tantum in conuitium set
periculum diuitis sequitur. GALLIO subtiliter agen-
dum putauit et ad positionem controuersiae colo-
rem actionis derigendum, ut diceret: suspicor a te
patrem meum occisum. quis enim illum alius magis
oderat? quis tam potens alius est? uestem sine
dubio alius nescio quis percussor concupierat. Dicet
aliquis: quid ergo? si inimicus est, protinus inter-
13 fector est? non; ideo non accuso. HISPO ROMA-
NIVS palam accusauit et dixit non causam sibi de-
esse, sed uires; et hanc sententiam in prohoemio

1 in inuidiam **A** || 4 qua **B** || obsoluere **O** || 5 adhuc leuia ? || 8 supplicer **Ta** || pro *om.* **T** || hunc colorem praeposuit *Schult.* || 9 sordidatus est **T** || 12 colore **C** || 14 nō ambulat **Ta** || Rosci **O** || 15 Gallionis **C Ta** || aequor **C** || 16 meum **A** || 18 uelet **Ta** || 19 et **C Ta** || 23 dirigendum **A T** || 23 illum *om.* **T** || 24 qui inpotens **O**, *corr. Burs.* || es **O**, adeo es **Tmg** || 25 illius **O** alius *O. Iahn* || * concupiebat **C** concupiscebat **T** || 26. 27 interfectorem non **Ta** || 27 Romanus **T** || 28. 29 si esse **Ta** sibi esse **C Tb** || 29 uires set **C** iure et **T**, *corr. Burs.* || hęc **A** || probo emio **C** p̄mio **Ta**

magno cum adsensu hominum dixit: eum accusatorem habeo qui se reum non esse miratur. Bassvs Ivlivs in hac controuersia dixit: 'quare me sequeris per publicum'? facinus indignum, iudices, factum est: pauper et diues eandem terram calcauimus. Consectari autem solebat res sordidas et inueniebat qui illas unice suspicerent. Memini illum declamantem [declarasse] controuersiam de lenone qui decem iuuenibus denuntiauit in lupanar accederent et foueam igne repletam terra superiecta obruit, in quam adulescentibus lapsis et consumptis accusatur reipublicae laesae. Audiuit illum declamantem Albvcivs, || fastidiosus auditor eorum quibus inuidere poterat; admirabatur hanc Bassi sententiam: non mehercules te ferrem, si canem ad ostium alligasses. Idem Latronis illas sententias aiebat 14 tumidas magis esse quam fortes ⟨quae⟩ summa hominum admiratione circumferebantur: legunt argumenta patres et ossa liberorum coniectura diuidunt; et illam: † productam sacerdotes tuam: et illam: supra cineres liberorum nostrorum lupanar ⟨solo⟩ adaequandum est. Ipse autem laudabat haec utique ⟨quae⟩ docuerat. nam in hac ipsa controuer-

1 magnū **CTa** || absenso **A** adsenso **B** adsensū **Ta** || omnium **Tb** || 3 hoc **A** || 4 facimus **B** || 5 exandem **A** ex eandem **B** ex eadem **T** || calcamus **T** || 7 susciperet **O**, *corr. Schult.* || 8 declamasse **A** *m. pr.*, *del. W. Müller* || lelone **C** || 9 * denuntiauit dein l. **O** || accederet **Ta** || 10 ignē **Ta** || terram **CTa** || siperiecta **B** || 11 lesisset **CTa** lesis et **Tb** || 12 laetae **C** || aut **CTa** aput **Tb**, audiuit *N. Madvig* || 13 additor **C** || eum **CTa** eis **Tb**, *corr. Gron.* || 14 Bassis **B** || 15 i$^{h}$nerculos **A** mhercules **B** || 16 alligasse **A** || 17 tumsas **AV** tūsas **B** tōsas **Ta** || quae *add.* **Tb** *Haase* || 18 admirationem **CTaV** || circumferebatur **CTaV** || * lugent **O** || 19 coniecturā **TV** || 20 producta **TV** produc iam sacerdos hostiam *Burs.* perductor accendit uiam *Gron.* || 21 super **TV** || solo *add. Burs.* || 22 dequantum **CTaV** adequantum **Tb**, *corr. Gron.* frequentatum *N. Madvig* || utiqua **O**, *corr. Burs.* aliqua *Madvig* || 23 docueram **CTaV**

sia ne Bassus uideatur aliquid dixisse sordidius, dixit ipse: itane sic peribunt decem iuuenes propter dipondios tuos? EVCTEMON ⟨a⟩ fili parte, cum patrem suum narrasset solum sine comite oppressum et occisum, dixit: *διὰ τοῦτο ἀσφαλέστατόν ἐστι μετὰ πλουσίων περιπατεῖν.* et idem: *διὰ τί σιγῶ; ὁ πατήρ μου λέγων ἀπέθανεν.* HERMAGORAS dixit: *κτίσωμεν ἰδίᾳ, ὦ πένητες, πόλιν· οἱ γὰρ πλούσιοι τὴν ἑαυτῶν* . . . Illud in narratione: *ὑπὸ τίνος ἀνῃρέθη, οὐκ οἶδα. εἶχεν ἐχθροὺς φύσει* ΤΛΕΙΛΡΗϹΛϹΤΗϹ *κατηγορεῖν δυναμένους.* ARTEMON dixit: *ὅταν εὕρω τὸν φονέα, τότ' αὖ γράψομαι· καὶ τότε δὴ ἂν εὕρω πένητα.* ||

## ⟨CONTROVERSIA XXXI.⟩

Vir fortis quod uolet praemium optet; si plures erunt, iudicio contendant. Pater et filius fortiter fecerunt. petiit pater ⟨a⟩ filio sibi cederet; ille non uult. iudicio contendit; uicit patrem. praemio statuas patri petiuit. abdicatur.

1 IVNI GALLIONIS. Dubito quid de euentu huiusce iudici optem, cum crimen meum sit uicisse.

1 nec *Burs.* || uidebat **A** uidebatur **BTV**, *corr. Madvig* || sordidus **C**, sordidius ⟨quam⟩ *Burs.* || ita nisi **CTaV** itane **Tb**, *corr. Burs.* || 3 dipundios **CV** dispondios **T** || eucte euctemon **B** || a *add.* **Tb** || 5 αια **O** || τογο **CV** || 6 ϵϲτινuλλϵ **O** || τογτλογϲιωΝ **TV** τογτλογογϲιωΝ **A** τογτλογωΝ **B** || πϵριτιατϵιΝ **CV** || 7 λιατιϲϵιτω **O** || ο *om.* **B** || τιατηρμογ **O** || λϵτοΝ **Ba** λϵτωΝ **ABbTV** || απϵϵαΝϵΝ **C** || hermacotas **O** || 8 κτιϲιϵμϵΝ **A** | ιαια ω τιϵΝητϵϲ **O** || 9 οι ταρ λογϲιο τιΝΝαγτ **O**, *corr. Burs.* | 9. 10 narrationem γΝο **A** || 10 αΝΝρϵτη ογκ οιλλ ϵιχΝ [ϵιχη **TV**] ϲκθρογϲ **O**, *corr. Burs.* || 11 *παρρησιαστής* ? || * κιητορϵιΝ **B** καιητορϵιΝ **A** καιητορθιΝ **TV** || λγΝλμϵΝϲ **C** λγρωπϵΝητα **TV** || 12 λιτϵmon **C** || ϵιρατοΝ **A** ϵιρωτοΝ **TV** || ποτϵγ **O**, *corr. Burs.* || 13 λϵι **O** *δὴ Burs.* || 16 contendat **Aa** || 17 a *add.* **E** || filios **Ta** || 19 pateri **C** || petiū **C** p̄tıū **T**, *corr. Burs.* || 22 eum crimen **C**

Videtis quemadmodum in hoc quoque iudicio opera
sua iactat: et miratur quisquam si hoc patre natus
gloriae cupidior est? Faciles habetis partes: uiros
fortes iungite. dissidemus quia nimium similes su-
mus. Cum exiremus in aciem, aiebat: si adulescens
essem, nemo pugnaret fortius. maiorum quoque
suorum uirtutes referebat, sed omnibus se praefere-
bat. Cum ad aetatem tuam peruenero, non conten-
dam cum ullo, quamuis si exemplum tuum sequi
uoluero, etiam cum filio contendam. Quia patriae 2
iudicium habeo, patris perdidi. Dicam abdicanti
'non luxuriabor, non amabo'? hanc emendationem
criminum meorum non possum promittere: ego uero
pugnabo et fortiter et fortissime. Vidi patrem iam
senem loricam induentem: multum est pugnare cum
exemplo. Iudicium uocat quo pater et filius spolia
contulimus? Ecce commilito ego iuueni possum ce-
dere, seni non possum. Quod contendi, legis, quod
uici, iudicum, quod pugnaui, patris est. uolui ce-
dere: concurrerunt iuuenes, aetatis causa agebatur:
uici non filius patrem, sed iuuenis senem. Ego
uici, sed omnes patri gratulati sunt. Parui adule- 3
scens magnis exemplis. deceptus sum, dum cogito
mecum Horatium Etruscas acies corpore suo sum-
mouentem et Mucium in hostili ara manum uren-
tem et dum te, Deci, cogito qui ‖ et ipse noluisti
patri cedere. Transibo in subsellia tua, complectar
inuitum: licet repugnes, fortior sum. FVLVI SPARSI. 4
Necesse fuit mihi fortiter militare: pugnandum ha-
bebam non imperatori tantum, sed patri. Si tu

2 iactet *Schult.* ‖ 3 cupidiorem **A** ‖ patres **O** ‖ 4 dissedemus **A** ‖ simus **CTa** ‖ 7 et uirtutes **O** ‖ 9 tum sequi **C** ‖ 10 conditendam **C** ‖ 11 dicant ⟨alii⟩ abdicati ? ‖ 16 in iudicium uocat quod *Schult.* ‖ 17 comito [amitto **T**] ego tibi possum **O**, *corr. Burs.*, comes ire ego tibi possum, cedere *N. Madvig* ‖ 19 pudicum **CTa** ‖ 20 aiebatur **B** ‖ 22 parauit **O**, *corr. Madvig* ‖ 23 cogite **C** ‖ 25 hostialiara **T** ‖ maruentem **T** ma urentem **C**, *corr. Burs.* ‖ 27 subselliam tuam **CTa** ‖ complector **A** ‖ 28 inuitiū **Ta** ‖ 29 uiolare **T**

uicisses, diceretur: patri cessit; abdicationem enim timuit. Solebas semper optare, ut contingeret tibi filium habere meliorem. Iudicium uocas duplicem
5 domus nostrae triumphum? CLODI TVRRINI. Tu Mucio diceres: 'non est quod ostendas istam manum'? tu Scipioni post deletam Carthaginem: 'tace'? loquax est uirtus nec ostendit se tantum, sed ingerit. Aiunt ecce nunc quidam: cessit pater filio et in hoc abdicat, ut uideatur uerum fuisse certamen. Opta, pater, ut et a nepote uincaris. 'Postea, inquit, pugnare fortiter poteris'. unde scio? uulneribus me senem feci. Quis te felicior? tu omnes uicisti, te filius. Quanto honestius modo pater et filius inter se contenderunt, honestiorem facturus
6 uictum uter uicisset. Dubito quid faciam. taceam? sed silentium uidetur confessio. narrem uirtutes meas? sed illud quoque mihi nouum accidit, quod uni mihi abdicato eas narrare non ⟨prodest⟩. Processi in aciem coram patre: fortiter, inquit, pugna; turpe est adulescenti uinci a sene. Auidus sum gloriae: hoc si uitium est, paternum est. fortis sum: numquid improbas, pater? at iam abdicabis, si dixero: fortissimus sum. dicam tamen audacter: fortissimus sum, nec timeo in ea ciuitate hoc cri-
7 men, in qua fortes etiam senes nouimus. IVLI BASSI. Ad te quoque ignominiae meae pars redundat: pudeat te, pater, si a filio abdicando uictus es. ARELLI FVSCI Patris. Ignosce, iuuenis erraui: ambitiosus non ero, cum senex fuero. GAVI SILONIS.

2 Solebat **C** ‖ 4 Turini **B** ‖ 7 tantum n̄ ingerit **B** ‖ 8 quidem **Ba** ‖ 12. 13 omnes cisti **B** ‖ 14 inte se **C** ‖ contenderant **B** ‖ facturum **C** ‖ 15 uter *om.* **B** ‖ dubio **Ta** ‖ faceam **A** ‖ 16. 17 uirtutē eas **C** uirtutes ineas **T** ‖ 17 illum **CTa** ‖ 18 * meas **O**, eas *ego N. Madvig* ‖ narre **C** ‖ prodest *add. Burs., N. Madvig* ‖ 19 processit **C** concessit processıṭ **T** ‖ patrē **C** ‖ 20 uincla sene **C** uitia sene **Ta** ‖ 22 nunc quid **O** ‖ 23 si diro **C** si uiro **T**, *corr. N. Madvig* ‖ fortissimo sum fortior dicam **T** ‖ tā **B** ‖ audaciter **C** ‖ 24 timeam **B** ‖ eā **B** ‖ ciuitatem **C** ‖ 27 pudeate **CTa** ‖ 28 p; (*i. e.* patris) *add.* **A** ‖ 29 furo **A**

Vtrum putas uicisse? ‖ ego praemium tantum habeo, tu et praemium et uirum fortem.

⟨Divisio. Latro sic diuisit: an filius ab- 8
dicari possit propter hoc quod per⟩mittente lege fecit. nemo ⟨inquit⟩ in eadem re et habet legem et timet. Contra ait: si quid fecerit quod non licet, lex uindicabit; si quid quod licet sed non oportet, pater. non quaeritur de scelere filii, sed de officio. Deinde: utatur sua quisque lege; tibi illud licuit et mihi hoc licet. abdicare liberos liceat. est aliqua lex quae filio patrem praeferat? Si potest abdicari etiam propter id quod lege permittente fecit, an abdicari etiam propter hoc [non] possit, quod praemium accepit. Non potest, inquit, in ea re priuatim puniri, in qua publice honoratur. eidem rei non potest et praemium dari et nota denuntiari. cetera iura puta paterno imperio subiecta esse: hoc ius maius est ceteris, quo de uictoria, de summa uirtute quaeritur. Non potes propter hanc legem filium abdicare, propter quam a filio uictus es. Si 9
potest abdicari, an debeat. hoc ⟨sic⟩ diuisit: an etiamsi non debuit cum patre contendere, ignoscendum tamen sit, si adulescens gloriae cupiditate lapsus est; deinde: an contendere debuerit. Tibi, inquit, et honestum erat certamen et tutum: quid est enim gloriosius quam aut uirum fortem uincere aut a filio uinci? Si non debuisset contendere, non uicisset. et potuit fieri ut, si hic tibi cessisset, alius aliquis ad certamen procederet qui nunc non processit, quia sciebat nihil sibi profuturum si te ui-

1 patrem tuum habeo **O**, praemium h. **E** ‖ 3 *Suppleuit Schult.* ‖ 4 mittente **O** ‖ 5 immo **O**, nemo *Schult.*, *qui et* inquit *addidit* ‖ 6 squid **A** ‖ 7 uindicabis **Ta** uindicauit **C** ‖ sinon **Ta** ‖ 13 non *del. Burs.* ‖ 16 potes **C** ‖ 17 puto **AT** ‖ 18 quod uictoria **O**, *corr. Burs.* ‖ 20 a *om.* **C** ‖ 21 sic *add. Burs.* ‖ 24 an condere **C** ‖ 25 et totum **A** ‖ 28 si $^{h}$ıc **B** ‖ tibus **A** ‖ 28. 29 alius quis **T** ‖ 29 procedere **C**

cisset, cum deberet a filio tuo uinci. nulla laus
tua fuisset: apparuisset enim illam uictoriam non
uiri fortis fuisse, set patris. silentio uirtutes ue-
strae transisissent: nunc inlustratae sunt dum confe-
10 runtur. Tvrrinvs hoc loco belle dixit: plures tibi
inuidere coeperunt, postquam uictus es. itaque
noui generis res accidit: filius uicerat; omnes aie-
bant: o felicem patrem! Nouissimam ‖ quaestionem
fecit: an etiamsi quid iudicio peccauit, praemio
emendauerit. Hoc loco dixit Gallio illam senten-
tiam quae ualde excepta est: cum diu deprecatus
esset, ait: si nihil profecero, quid me facturum pu-
tas? ad templa iturum ut ad deos supplicem? ad
11 statuas tuas confugiam. Silo Pompeivs temptauit
et in hac controuersia illam quaestionem, quam in
omnibus uirorum fortium abdicationibus putabat
esse temptandam: an uir fortis abdicari possit; aie-
bat in nulla magis controuersia illam posse tractari.
Non potes, inquit, eum abdicare qui te potest uin-
cere. miraris si patri hac lege subducitur qui ⟨ei⟩
et comparatur et praefertur?

12 Colorem pro adulescente Gallio illum induxit: ⟨circumsteterunt⟩ me, inquit, iuuenes: aetatis causa agi uidebatur. cum dubitarem exaudiui nescio quem dicentem: nihil agis; ego tibi cedo, illi non cedo. Cestivs hoc colore usus est: putasse sese ipsi patri honestius hoc esse, certe domui, laudes utriusque in foro inspici. Montanvs Votienvs ait: cogi-

2 cua **B** ‖ apparuisset *bis scriptum* **B** ‖ 3 fuisset patris **C** ‖ silentium **O** ‖ 4 tunc **C** ‖ inlustrata es **T** ‖ 6 est **C** ‖ 7 uiceret **A** uicerat et *Burs.* ‖ 12 profero **CTa** ‖ 13 templum **BT** ‖ * aut ad **O** ‖ 14 aditatuas tuas **A** adituas stuas **T** aditatuas **B** ‖ 15 controuersia illā controuersiāillā **B** ‖ 17 temptandum **A** ‖ an ubi **Ta** ‖ 19 potest inquit **A** ‖ 20 patria lege **T** ‖ qua et **O**, *corr. O. Iahn* ‖ 22 duxit **C** dixit **T** ‖ 23 circumsteterunt *add. Burs.* ‖ 24 dubitare exordine scio **O**, *corr. Burs.* ‖ 25 agi **O** ‖ crdo **A** ‖ 26 se **T** ‖ 27 certi **CTa** ‖ 28 uouenus **A**

taui non quid imperares, sed quid praecepisses: dixeras semper, cum me hortareris ad gloriam, ut nulli cederem. Inuidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua uidebatur, cum quaereretur utrum pugnasses felicius an genuisses. Non est quod me putes uisum illis fortiorem: decepti sunt, pater; iudicauerunt non quod erat, sed quod te malle crediderunt. ARGENTARIVS ait: occasionem benefici 13 quaesiui, non concupiui accipere praemium. ⟨Honor ad utrumque peruenit: alter praemium⟩ habet, alter accepit. FVSCVS ARELLIVS pater ait: si nauigare imperasses, per hibernos fluctus egissem ratem; si peregrinari, nihil fuisset iubente te durum. hanc rem imperabas difficilem forti uiro, uinci. BLANDVS hoc colore || narrauit: pater mihi obicit, quod illi in una re non cesserim; ego multiplicabo crimina mea: numquam illi quotiens recte faciendum fuit cessi, semper uolui uideri frugalior, uideri uolui laboriosior; nam cum ad uires uentum erat, etiam ipse cedebat: non ego illum uincebam, sed aetas. TVRRINVS hoc colore usus est: uolui, inquit, cedere, 14 sed erant qui dicerent non licere; hoc enim nobis modo legem saluberrimam tolli. disputaturi contra praemium patris uidebantur et dicturi: non licet inter se cedere fortibus; non ipsorum tantum causa agitur, sed publica; omnium interest scire quis sit fortissimus. his uocibus hominum missus sum ad id certamen, in quo ad istum utraque pertineret uictoria. Quid putatis me dicturum? fortiorem me uisum? falsum est, cum hoc quoque, quod ego fortis

1 imperare **CTa** || qui **A** || praecipisset **Ta** || dixerat **Ta** 4 utrus **C** || pugna esses **AbB** pugnasses **AbT** || 7 ereat **B** eraet **A** erat **TE**, e re erat *Burs.* || 9 quaestu **O**, *corr. N. Faber* || 9. 10 Honor . . . praemium *add.* **E** || 11 accipit **O**, *corr.* **E** || 14 fortius uiro fortius uiro **C** fortius uiro **Ta** || 16 illi una re **T** illi nurae [—ra **B**] re **C**, *corr. Burs.* || 18 cessissem per **C** || 20 cedebat nego **C** || 21 husus **A** uisus **B** || 22 dicerant **B** || 23 saluberrimum **A** || 27 missum ad **O**

eram, istius esset. quid ergo? quare uicerim quae-
ritis? uisum est ad ruborem totius iuuentutis per-
tinere, neminem pugnasse fortius quam senem. Et
cum dixisset se praemia in patrem contulisse, dixit:
15 uici te, pater, sed nempe uici tibi. ALBVCIVS hoc
colore narrauit: nolui, inquit, uideri per collusio-
nem patri titulum fortissimi uiri contigisse: non
cessi ante iudicium, ut in iudicio cederem et feci
nihil aliud quam laudaui patrem, uirtutes eius re-
tuli; uisus sum propter hoc ipsum praemio dignus.
16 SILO GAVIVS ait: solebas mihi, pater, insignium
uirorum exempla narrare, quaedam etiam domestica;
aiebas: auom fortem uirum habuisti; uide ut sis
fortior. processi tecum in aciem nec illic .... ubi
rediimus omnis gloria in una domo erat. uolebat
respublica fortes uiros recognoscere. o quantam
ego cupiditatem gloriae in patre meo uidi, quam
iuuenilem! contendere me uetabat imperio, iubebat
exemplo. Ventum est in iudicium: omnium quas
ego noui res inuidiosissima quaerebatur de patre
17 meo: utrum fortior esset an || felicior. OSCVS hoc
colore narrauit: ⟨erant qui⟩ accederent et dicerent:
roga patrem tuum, cedat tibi: non est utile reipu-
blicae excitari hostium animos; excitabuntur, si
scierint neminem in hac ciuitate esse fortiorem quam
senem. illi me coegerunt, quasi tum quoque aliquid
praestaturus essem reipublicae, uenire in iudicium:

2 usum **A** || 4 patre **O** || 6 colore usus est **T** || noluit **O**, *corr. Burs.* || collisionem **Ta** || 8 in *om.* **A** || effeci **ATb** [effici **BTb**] || 9 quamquā **C** || patres **B** || 11 indignium **C** indignorum **T**, *corr. Haase* || 13 aū prē fortem **T** || 14 aicie **A** acie **BT** || 14. 15 illinc nudi rediimus *Vahlen*; *lacunam signif. Burs. qui*: illic ⟨hortari me ad uirtutem desiisti⟩; *intercidisse coniecit.* illinc abii; redimus: *N. Madvig* irriti in urbem r. *Sander* || redimus **C** || 16 forte **C** || quantum **CTa** || 18 contenderē uetabat **C** || 20 nobi **C** || inuidiosissime **T** || 22 erant qui *om.* **O** || 24 excitare **O**, *corr. Gron.* || animus **Ta** || 25 ciuitate esse ciuitatē fortiorem **B** || 26 meo egerunt **C** || qua tum **A** || tunc **T** || 27 si uenirem *Schult.*

in quo quid habeo? ego iudicatus sum iuuenior. MENTO dixit: timeo ne ob hoc ipsum patri uilior fiam ego; scimus quam gloriosus sit. TRIARIVS 18
hoc colore usus est: in iudicio uolui tibi cedere, ut non imperasse uidereris sed uicisse, et cessi: defunctorie causam meam egi: set † notum sit illum cedere quia parum est illi non putabat. NICETES in hac controuersia dixit: *εἰ ὁ πάππος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδοθεὶς ἡμῖν παρέστη τῷ τότε δικαστηρίῳ, οὐκ ἂν εἶπεν·*

> *τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι; ἦ μάλα χαίρω·* [Hom. ω 514
> *⟨υἱός θ' υἱω⟩νός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσιν.*

et: *πολλὸν δ' ὅγε πατρὸς ἀμείνων.* [Hom. Z 479

SCAVRVS hunc sensum aliter dixit: o si auos meus 19
interesset iudicio, quam libenter spectaret et discordiam nostram! clamasset mihi: non est quod cedas; ipse mihi numquam cessit. LABIENVS partem patris declamauit et dixit: quod etiam deterioribus licet, nolo habitare cum aduersario meo: non capit idem contubernium fortem uirum et uictum. 'Statuam, inquit, tibi posui': immo ne possem umquam uictum me obliuisci, ignominiam meam in aes incidisti. ‖

1 habet **O**, *corr. Schult.* ‖ 2 Dento **O**, *corr. Schott.* ‖ ⟨non⟩ timeo ne *Schult.* ‖ 3 sciam usquam **O**, *corr. ego*, *Burs.*, ergo sciamus *N. Madvig* ‖ 4 uoluit **C** ‖ 5 uidisse **B** ‖ defuncturie **TV** ‖ 6 egisset **O**, *corr. Schott* ‖ set natum sibi cedere, uelle illum patrem nemo putabat *Gron.* ‖ 7 parem se *H. Müller*, patrium non est ... putabant *Burs.* ‖ 8 ΠΑΝΠΟΣ **O** ‖ ΑΠΟΛΟΕΕΙΣΗΜΕΙΣΗΜΙΝ [—ΜΙ **A**] **O** ‖ *ἐν τῷ Schult.* ‖ ΕΙΠΙΕΝ **CT** ‖ 11 ΜΟΥ **B** ‖ ΝΜΕΡΗ **A** ‖ ΗΛΕΘΕΟΙ [ΕΕΟΥ **B**] ΦΙΛΟΙ ΝΗΜΜΑΛΑΧΑΙΡΩ [ΧΑΗΙΡΩ **B**] **CV**, *corr. Burs.* ‖ ΝΟΣΤΕ ΑΡΕΤΗΣΠΕΡΙΛΗΡΙΝ [ΑΝΡΙΝ **A**] ΕΧΟΥΣΙΝ **C**, *corr. H. Müller* ‖ 14 ΕΤΠΟΜΟΝΛΟΓΕ [ΟΣΕ **A**] ΠΑΤΡΟΣΑΜΕΙΝΟΝ **CV**, *corr. Burs.* ‖ 19 desertoribus **O**, *corr. Schult.* ‖ 20 idest **C** ‖ 21 fortem utrum **C** ‖ 22 possū mo ne **C** possūmoneo **Ta** ‖ possum **T** ‖ 23 in his [eis **A Ta**] **C**

## <CONTROVERSIA XXXII.>

Dementiae sit actio. Bello ciuili quaedam uirum secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem <et fratrem>. uictis partibus suis et occiso marito uenit ad patrem; non recepta in domum dixit: quemadmodum tibi uis satisfaciam? ille respondit: morere. suspendit se ante ianuam eius: accusatur pater a filio dementiae.

1 Porci Latronis. Sic sibi satisfieri ne uictor quidem uoluit: excusauit uictos, quin restituit. Quoniam reposcis uitam quam dedisti accipe. Nullum fuit in proscriptione mulierculae caput. Osci. Inquinasti filiae sanguine penates. quamquam quid ego dico penates, tamquam in domo perierit? Adlatum ad se Caesar Pompei caput fleuit: hoc illi propter filiam praestitit. Arelli Fvsci. 'Quemadmodum tibi uis satisfaciam'? hoc ipso satisfecisse debuerat. Filiam habuit piam et in maritum et in patrem: alterum usque in mortem secuta est, alteri etiam per mortem satisfecit. quam periculose illum offendo, qui simul irasci coepit nescit ignoscere?
2 Clodi Tvrrini patris. 'Morere'. quid aliud meruerat, si satisfacere nollet? Nisi occupasses, soror, fortasse pater sibi satisfecisset. Hoc, certum habeo, unusquisque uestrum suadebat puellae: 'ad iratum patrem uenis; in quas potes te compone blanditias; roga, deprecare; si nihil proficies, habes quemadmodum cogas: morituram te denuntia'. Hoc quod ignouisti, uictor, ad uiros pertinet: illi tibi gratias

2 quodam **C** ‖ 4 et fratrem *add.* **E** ‖ 6 bis **C** ‖ 7 suspendisse **C** ‖ 8 accusator **B** ‖ 10 qui restituit **O**, *corr. Schult.* ‖ 12 proscriptionem **CTa** ‖ Inquinasti *om.* **B** ‖ 15 ad sec **A** ‖ ille **O** ‖ 17 fatiam satis **T** ‖ 18 se debuerat **C** ‖ *uerba* piam . . . in mortem (*l.* 19) *om.* **A** ‖ 20 * periculosi tum **C** periculosū si eum **T** ‖ 24 tibi **O**, *corr. Burs.* ‖ 26 componere **C** ‖ 27 proficias **Aa** ‖ 28 coga **C**

agunt; nam feminas ne si irascereris quidem proscripsisses. 'Quare secuta est uirum'? adeo tibi uetera exempla exciderunt bonarum coniugum, in ⟨quae⟩ filiam tuam solebas sanus hortari? aliqua spiritum uiri redemit suo, aliqua se super ‖ ardentis rogum misit. inpendisset se puella uiro, nisi seruasset patri. FVLVI SPARSI. Filia ante limen pa- 3
ternum in cruore suo uolutatur. quid exhorruistis? paterna satisfactio est. nostis domus nostrae legem: aut uincendum mihi aut moriendum est. Qualis est ista satisfactio qua filia exoratum sibi patrem non sentit? ALBVCI SILI. Vtrae meliores partes essent, soli uidebantur iudicare di posse. 'Si uis satisfacere mihi, morere'. Quod ad me adtinet, irascare malo. Si parricidium ⟨esset⟩ fuisse in diuersis partibus, numquam defendisset aput Caesarem Ligarium Cicero. M. Tulli, quam leue iudicasti crimen de quo confessus es! Dona filiam, si misericors es, deprecanti, si hostis, edicto, si pater, naturae, si iudex, causae, si iratus es, fratri. BV- 4
TEONIS. Ante ipsum limen domus decessit, ne dubitari posset utrum marito perisset an patri. ubi istud uidisti? ubi audisti? nego te istuc in bello didicisse. MARVLLI. 'Meruerat, inquit, mori'. etiamnunc accusas? certe iam tibi satisfactum est. O nouum monstrum! irato uictore uiuendum est, exorato patre moriendum est. PASSIENI. Vtinam interuenissem, non satisfecisses sola patri. Furiosum te dicerem, si pro genero non rogasses. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. LABIENI. Hoc 5

2 secuta es **O**, *corr. Burs.* ‖ 4 quae *add. Burs.*, coniugum quibus **T** ‖ 9 paternas **C** ‖ satisfactionẽ **A** ‖ 10 dicendum **O**, *corr. Burs.* ‖ 12 Albuci Sibi **A** ‖ 15 irascere **C** et irascere **T** ‖ parricidium fuisset in **O**, *corr. Schult.* ‖ 16 et apud **T** ‖ 17 iudicast **A** ‖ 18 est **CTa**, *corr.* **ETb** ‖ 19 deprecationi *Gron.* ‖ 20 patri **Aa** ‖ 22. 23 *uerba* an patri . . . te istuc *bis* **A** ‖ 23 ubi studuisti **C**, *corr. Petreius, Schult.* ‖ istud in **T** ‖ 24 Marilli **T** ‖ 27 papsennae **O**

obsequio consequatur denique, ut intra domum moriatur. M. Cato, quo uiro nihil speciosius ciuilis tempestas abstulit, potuit beneficio Caesaris uiuere, si ullius uoluisset. Optima ciuilis belli defensio obliuio est. Mvsae. Allato ad se capite Cn. Pompei Caesar auertisse oculos dicitur, quod tu ne in morte filiae quidem fecisti. Corneli Hispani. Peruagata est illa crudelis belli fortuna omnem ordinem, usque ⟨in⟩ infimae plebis supplicia descendit; nihil in ciuitate nostra immune a uictoris ira praeter feminas fuit: hanc laudem miserae urbi seruare
6 licuit. Aut pater noster aut uictor ‖ insanit. Mentonis. Semel repulsa iterum redit, iterum repulsa tertio rogat, non fatigatur, scit exorari etiam hostes. O te crudelem, nisi iam tibi etiam pro genero satisfactum est! Non ignoro in quanto periculo sim: nescit placari iratus et uoce etiam filiae excanduit. Triarii. An non exoraretur uictor cum pro filia ⟨rogaret⟩ pater? 'Morere'. illi quoque quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt 'occide', non 'morere', sed 'age lege': crudelitatem imperi uerbo mitiore subducunt.

7 Divisio. Latro usus est in hac controuersia illa calcata quaestione: an possit dementiae agi cum patre ob ullam aliam rem quam ob dementiam. Inpotens sum, crudelis sum, inmitis, non tamen demens. mores tuos patri debes adprobare,

1 domo **C**, in tua domo *Haase* ‖ 2 spetiosus **T** ‖ 4 site tullius **C** sic̄ tullius si **T**, *corr. O. Iahn* ‖ 5 abtato **Ta** Allo, **C** ‖ 6 abuertisse **T** uertisse **C** ‖ 7 mortē **BT** ‖ 8 pelli forc [fort **B**] unā nem ordinem **C** ‖ 9 in *add.* **Tb**, *Burs.* ‖ 12 insanis **C** insanus **T**, *corr. Burs.* ‖ 13 reddit **O** ‖ 14 exorare **Ta** ‖ 14. 15 *uerba* hostes . . . etiam *om.* **A** ‖ 17 placari ratus **C** ‖ * et hoc etiamsi **O** ‖ 18. 19 cum pro alio pater [patere **A**] **O**, *corr. Burs.* cum ⟨pro alio rogaret filia⟩ pro a. p. *N. Madvig* ‖ 20. 21 dicunt s; occide[b] morere[a] sed agente lege **T** ‖ 24 possi **C** ‖ dementiae *om.* **T** ‖ 25 re **B** ‖ debentiam **C** ‖ 27 muros **Ta** ‖ adprobari **CTa**

non patris regere. dic: desipis, nihil intellegis; ego
sanitatis meae, si potuero, argumenta colligam;
dicam: in senatu non stulte sententiam dixi. quid
tibi uideor fecisse dementer? partes male egi? multa
debes ⟨dementiae signa colligere⟩; damnare non
potes patrem propter uerba, immo propter uerbum.
Si damnari dementiae aliquis pater, etiam non de- 8
mens, ob aliquod inprobandum factum potest, an
hic possit. hoc in duo diuisit: an etiamsi hoc animo
dixit, ut filiam mori uellet, damnandus tamen non
sit. hic accusatio filiae contrarias partes patri se-
quentis, cum illam ipsa natura publicis excepisset
malis. Animaduertit Manlius in filium et uictorem,
animaduertit Brutus in liberos non factos hostes,
sed futuros: uide an sub his exemplis patri fortius
⟨tantum⟩ loqui liceat. Deinde: an non eo animo 9
dixerit, ut illam mori uellet. Dixi, inquit, iratus,
cum uellem castigare, non occidere. TVRRINVS
CLODIVS belle dixit: nolite mirari si durioribus
uerbis utor; non sum processurus ultra uerba, mi-
nabor, deinde ignoscam: fecit ‖ et uictor. GALLIO 10
et illam quaestionem fecit: an non ⟨ob⟩ hoc puella
perierit, quod pater illi tam dure responderit. Pe-
riit, inquit, propter desiderium uiri; alioqui unius
uerbi amaritudinem morte pensasset? immo mulier
praeceps, temeraria, insano flagrans amore et atto-
nita, quem uirum patre relicto secuta fuerat, patre
uiso consecuta est. SILO POMPEIVS huic quaestioni 11

1 patri **Ta** ‖ recedere **ATa** recere **B** ‖ 3 sentiam **B** ‖ 4 male elegi *Burs.* ‖ 4. 5 * damnare inulta debes non potes **C** damnare non potes **T**, *correxi ex* **E** ‖ 10 dixi **C** ‖ damnandūs **A** ‖ 11 contrarios **C** ‖ et patri **C** ad patre **T**, patri *Burs.* ‖ 13 animaduertet **A** ‖ 15 futurus uideā sub is exemplis patris fortius [sortius **B**] **C** ‖ partes fortius **T** ‖ 16 tantum *add.* **E** ‖ 17 dixit **CTa** ‖ 19 uelle **C** ‖ nilite **A** ‖ 20 utra **C** ‖ minabar **A** ‖ 22 ob *add. W. Müller* ‖ 23 responderet. [—it **Aa**] perit ‖ 25 ma[mama— **A**]ritudinem **C** ‖ non pensasset *Schult.* ‖ 26 attonito **CTa** ‖ 27. 28 * fuerat res uiso [uisa **T**] **O** ‖ 28 quaestione **C**

praeponebat illam ex qua in hanc transitus fit: an etiam ⟨si⟩ propter hoc uerbum patris periit, damnari tamen pater non debeat: nec enim euentus imputari debet cuiusque rei, sed consilium. si post hoc uerbum puella uixisset, numquid patrem dementiae damnare posses? atque post hoc uerbum si quid factum est, non a patre sed a puella factum est. non oportet autem illius temeritatem dementiam uideri patris. Post hanc quaestionem faciebat illam: an ob ⟨hoc⟩ perierit.

12 Color a parte accusatoris simplex est: ait pa-
trem durum fuisse, crudelem, bono publico hunc
non fuisse partium ducem. Dixit, inquit, eo uultu,
ea adfirmatione, ut uideretur non iubere tantum,
sed occidere. Hoc loco dixit TVRRINVS CLODIVS:
hoc post bellum, immo post edictum? et adiecit:
nunc intellegit respublica, imperator, quantum tibi
debeat cui sine sanguine satisfactum est. Omnes
13 uirum dixerunt patre nolente illam duxisse. GALLIO
dixit: nondum mihi uidebatur scire quid meruisset.
uolui illam intellegere crimen suum. CESTIVS hoc
colore: contumaciter, inquit, rogauit, sic quomodo
periit, non uultu demisso, ⟨non⟩ summissioribus
uerbis, nondum tamquam uicta: ⟨nihil agnoui filiae,
nihil uictae⟩. Primum quare ad me non fratrem
14 suum mittit? an etiamnunc fratri irascitur? AR-
GENTARIVS ait: nos ducem exorauimus, quorum li-
beri in diuersis partibus || fuerant; diximus: ignosce;

1 sit **C** || 2 si *om.* **C** || perit **C** || 6 itaque? atqui *uolgo* || post *om.* **T** || 10 oper[ob per **B**]ierit **C** ob is hoc perierit **T** || 13 a partium dixit ducem inquit **O**, *corr. Gron.* || 14 iuuere **C** || 15 hoccidere **A** || 17 intlegit **C** || rep **B** || 19 uirum] enim **O**, *corr. Burs.*; *an* generum? || dixisse **CTa** || 23 non *om.* **C** || summissionibus **C** || 24 uerba *om.* **T** || 24. 25 *uerba* nihil ... uictae *add.* || 25 ñſreni **EA** || 26 misit **T** || et in hunc **O**, etiamnunc **E** *N. Madvig* || ſrat̄ **A** frat̄ **BTa** fratrem **Tb**, *corr.* **E** *N. Madvig* || 27 liber **CTa** || 28. 29 *ignos nobis eueris **A** ignose ueris **B** ignosce nobis seueris **T**, ignosce nobis; ⟨licebit nobis non⟩ seueris *N. Madvig*

noli seuerus esse, si licuerit esse securis. Quid peccaui quod filiam ex hostium castris uenientem non primo uerbo recepi? TVRRINVS CLODIVS ait: uolui fratrem sorori dare beneficium: 'eo durius loquar, ut ille me pro sorore sua deprecetur'. Primum quare me solum rogat, cum debeat duobus satisfacere? SILO GAVIVS dixit: uolui illam mora torqueri: sine, inquam, et iterum et tertio roget: ne mitissimus quidem uictor statim ignouit. 15 LABIENVS ait: non sum statim exoratus et si uixisset non essem fractus proximis precibus eius, ne tertio quidem rogatus aut quarto. 'At uictor cito exoratus est'. Noli mirari: facilius est ignoscere bello quam parricidio. HISPANVS de morte eius hoc dixit: iterum illam nobis uir abduxit. ALBVCIVS ait: tuto me, ait, putaui loqui fortius; non dubitaui enim, quin frater illi dicturus esset: non est quod timeas, exorabitur; si difficilior erit, ego illum rogabo; et ⟨si⟩ rogasses, adulescens, fecissem. non magis tibi nego quidquam ⟨quam⟩ soror tua marito? 16 MONTANVS VOTIENVS dixit: non est quod putes illam cecidisse irae patris: cui uixerat periit, illi se cui addixit inpendit. et eundem sensum in argumentis, cum dixit ⟨etiam morte patri inuidiam quaesisse⟩ [sed] non propter patrem illam perisse: quid ergo, inquis, propter quem? scis illam unum habuisse pro quo mori posset. ‖

1 securus **Aa** ‖ 4 sororis **CTa** ‖ 5 loquā **A** loquá **B** loquebar **Tb** ‖ p̄miū **A** primiū **B** ‖ 7. 8 illā oratorqueri [quaeri **A**] **O** ‖ 9 nec **T** ‖ 10 uixissem **CTa** ‖ 11 fructus **A** ‖ p̄cibus eris **O** ‖ 12 rogatu? ‖ Aut **C** ‖ 13 es. Noli **ÇTa** ‖ 14 Hispanos **A** ‖ 15 ait *del.* **A** *m. rec.* ‖ 16 toto **A** ‖ 17 quiin **A** ‖ esse **CTa** ‖ 18 illum ego **T** ‖ 19 si *om.* **C** ‖ 20 * tibi ego **O** ‖ quid **T** ‖ quam *addidi* ⟨negassem, quam⟩ *Madvig* ‖ * sorori tuae maritus **O** ‖ 22 perit **C** ‖ 23 adduxit **CTa** ‖ inpedit **C** ‖ 24. 25 *uerba* etiam . . . quaesisse *ex* **E** *inserui* ‖ 25 sed *deleui cum* **T** ‖ 26 unam **Ta**, uirum *uolgo*

## ⟨CONTROVERSIA XXXIII.⟩

Reipublicae laesae sit actio. Quidam expositos debilitabat et debilitatos mendicare cogebat ac mercedem exigebat ab eis. reipublicae laesae accusatur.

1 Porci Latronis. Aestimate quale sit scelus istius, in quo laesi patres ⟨ne⟩ liberos suos aut agnoscant aut recipiant etiam confessas iniurias tacent. Vectigalis isti crudelitas fuit eo magis quod omnes praeter istum misericordes sumus. mendicares nisi tot mendicos fecisses. Effecit scelestus iste, ut nouo more nihil esset miserius expositis quam ⟨tolli, pa-
2 rentibus quam⟩ agnoscere. Cassi Severi. Hinc caeci innitentes baculis uagantur, hinc trunca brachia circumferunt, huic conuulsi pedum articuli sunt et torti tali, huic elisa crura, illius inuiolatis pedibus cruribusque femina contudit: aliter in quemque saeuiens ossifragus iste alterius brachia amputat, alterius eneruat, alium distorquet, alium delumbat, alterius diminutas scapulas in deforme extundit ⟨tuber⟩ et risum [in] crudelitate captat. Produc, agedum, familiam semiuiuam, tremulam, debilem, caecam, mancam, famelicam; ostende nobis captiuos tuos. Volo mehercules nosse illum specum tuum, illam humanarum calamitatium officinam,

2 sic **O** ‖ expositos educabat **E** ‖ 4 laesa **B** ‖ 5 excusatur **C** ‖ 6 aestimata equale **CTa** ‖ scelustius **C** ‖ 7 ne *add.* **E** ‖ suo **Ta** ‖ aut ut **T** ‖ 8 imiurias **B** ‖ 9 istus **C** istius **T** ‖ 9. 10 pater istum **A** ‖ 10 mendicare **A** ‖ 11 scelestustus **A** ‖ 12. 13 *uerba* tolli . . . quam *add.* **E** ‖ 14 uacantur hunc **A** ‖ 15 circumferuntur **T** ‖ 16 in illius **AaBT** ‖ 17 crudibusque **C** ‖ contodit **B** contulit **Ta** ‖ quemquem **O** ‖ 19 *uerba* alium d. a. delumbat *om.* **A** ‖ 19. 20 delumbat alterius eneruat alterius diminutas **BT** ‖ 20 scapulis **Ta** ‖ defortune **Ta** ‖ 21 tuber *add.* **E** ‖ in *del. Burs.* ‖ 22 agendum **T** ‖ seuiuam **C** ‖ 25 tum **CTa** *om.* **Tb** ‖ illa **A**, *om.* **B**

illud infantium spoliarium. Sua quoique calamitas tanquam ars adsignatur: huic recta membra sunt, et si nemo ⟨moratur⟩ naturae proceritas emicabit: ita frangatur ut humo se adleuare non possit, sed pedum crurumque resolutis uertebris reptet; huic extirpentur radicitus. huic [non] speciosa facies est: potest ‖ formonsus mendicus esse; reliqua membra inutilia sint, ut fortunae iniquitas in beneficia sua saeuientis magis hominum animos percellat. ⟨sic⟩ sine satellitibus tyrannus calamitates humanas dispensat. VIBI GALLI. Intuemini debilia in- 3
felicium membra nescio qua tabe consumpta, illi praecisas manus, illi erutos oculos, illi fractos pedes. quid exhorrescitis? sic iste miseretur. Tot membra franguntur, ut unum uentrem impleant, et — o nouom monstrum — integer alitur, debiles alunt. ALBVCI SILI. 'Perissent', inquit. ita non infelicius supersunt quam perituri fuerant? 'Perissent', inquit. interroga patres utrum maluerint. Eruantur, inquit, oculi illius, ⟨illius⟩ praecidantur manus. Quid si aliquis ex istis futurus est ⟨uir fortis? futurus est⟩ tyrannicida? quid si sacerdos? nec, puto, incredibilia in hac fortuna loquor; certe ex hac turba origo Romanae gentis apparuit. Egregius educator plus ac-

1 spoliarum **C** spoliorum **Ta** ‖ quique **Ab** qumque **Aa** quoque **B Ta**, *corr. Burs.* ‖ 2 mars **C Ta** ‖ adsignetur **O**, *corr.* **E** ‖ 3 * moratur *addidi* ‖ nemo obstet naturae **Tb** ‖ micabat **B** micabit **A T**, *corr. W. Müller* ‖ 4 aut **C** ‖ frangantur *H. Müller* ‖ adleuari **O** ‖ 6 adicitus **C** radicibus **Ta** ‖ non *del.* **Ab** ‖ 9 peruellati **C Ta** peruellat **Tb**, *corr. N. Faber* ‖ 10 sic *add. Burs.* ‖ clamitates **C** ‖ 11 Vigi **A** Vui **B** ‖ 12 quia **B** ‖ consumptusta **Ta** ‖ 13 pretiosę **Ta** ‖ illi contractos **T** intractos **C**, *corr.* **E** ‖ 15 o *om.* **B** a **Ta** ‖ 16 aliter **A** ‖ aluunt **B** ‖ 17 in relicius **A** in reliqus **B** in reliquis **T**, *corr.* **E** ‖ 19 erbantur **C** ‖ 20 illius *add. Burs.* huius *add.* **Tb** ‖ pcidantur **B** ‖ 21 futurū **Ta** ‖ uir fortis futurus est *add. R. Wachsmuth sce.* **E** uir fortis? quid si t. *H. Müller* ‖ 22 incredibili **C** incredibile **T**, *corr.* **E** ‖ 22. 23 *an* incredibilia loquor: certe ex hac fortuna origo? ‖ 24 appaparuit **B**

ceptum crudelitati quam expensum misericordiae
4 refert. Triari. 'Perissent', inquit. Puto, expertus
es nos non esse crudeles; tamen nemo non no-
strum, cum istis stipem porrigeret, mortem preca-
tus est. Surge tu debilis: conatur et corruit. surge
tu mute: sed quid excitaris? rogare non potes.
surge tu caece: sed ad quorum eas genua nescis.
o te inter omnis debiles ante hoc iudicium felicis-
simum quod istum dominum non uidebas, in hoc
iudicio infelicissimum quod istum reum non uides!
Expositos aluerunt etiam ferae, satis futurae mites
5 si praeterissent. Corneli Hispani. Ergo si illis
temporibus iste carnifex apparuisset, conditorem
suum Roma non haberet? Timeo ne hoc prosit
reo, quod nemo ex istis quemquam uideri uolt suum.
Ivli Bassi. Intuemini utramque partem et ei suc-
currite quae miserabilior est. liceat uidere ‖ merce-
darios tuos: hic caecus est, hic debilis, hic mutus.
his tu mori non permittis? uis in te iudices more
tuo misericordes sint, tuo exemplo? Argentari.
Quorum cum ubique audiantur preces, in sua tan-
tum causa cessant. 'Adiciamus aliquid ad quae-
6 stum: deme huic oculos, illi manus'. Arelli Fvsci
patris. 'Praecidatur, inquit, lingua: genus est ro-
gandi rogare non posse'. Miseremini horum ⟨omni-
um⟩, iudices, ⟨quorum⟩ misereri etiam singulorum
soletis. Cesti Pii. Vt hanc causam susciperem ne
ab eis quidem rogatus sum pro quibus ago. quid
enim miseri rogare sciunt nisi stipem? Quid in-
felix iste peccauit aliud quam quod natus est?

2. 3 * experes nos **CTa** experis nos **Tb**, *corr. ego, Schult.* ‖ 7. 8 nescio te **C** nescio o te **T** ‖ 8 omni **B** ‖ 10 felicissimum **B** ‖ iustum **T** ‖ 11 *sententia* Expositos . . . praeterissent *fort. Cornelio Hispano tribuenda* ‖ mittes **CTa** ‖ 14 Romanum h. **B** ‖ 15. 16 uolsum. Tuli **CTa** ‖ 17 mercennarios **T** ‖ 19 hic tu **Ta** ‖ 20 sunt tuo **ATa** s̄ tuo **B** ‖ 25 miseremi **B** ‖ omnium *add.* **E** ‖ 26 iudices] iudet **O** ‖ quorum *add.* **E** ‖ 29 rogabo **Ba** ‖ istipem **C**

Clodi Tvrrini patris. Age, si quis agnouerit suum,
petes alimenta tamquam alueris? non est quod ti-
meas, nemo agnoscet. O miserum, si quis alimenta
suo dat! o miserum, si negat! Ita nos istis uin-
dictam negaturos putas, quibus ne id quidem nega-
mus quod tibi daturi sunt? Et quod indignissimum
est, cum ⟨tam⟩ crudelis sit, misericordia publica
uiuit. Venite miseri et hodie primum uobis rogate.
Mentonis. Errant miseri circa parentum suorum 7
domos, et fortasse aliquis ⟨a⟩ patre alimenta non im-
petrat. Nulli plus reddunt integra mancipia. 'Cur
tu tam exiguum refers? † uitus est equas poterat
ut non rogares, ut non acciperes? spiritum tibi non
relinquerem, nisi crudelior futurus essem relin-
quendo. tibi cotidiana captura non respondet. ap-
paret te nondum hominibus satis miserum uideri'.
Gavi Silonis. 'Tu,' inquit, 'in illa uicinia mendica-
bis, tu ad ⟨illud⟩ limen accedes'; et crudelis miseris
parentum domos monstrat. 'Hic non facile stipem
impetrat: etiamnum aliquid illi detrahatur'. Ivni 8
Gallionis. 'Serua ‖ oculos ut uideat quem roget;
serua manus ut habeat quibus stipem accipiat'. Oc-
currunt nuptiis dira omina, sacris publicis tristia
auspicia; feriatis maxime ac solemnibus et in hila-
ritates dicatis diebus semianimes isti greges ober-
rant. a patre fortasse aliquis acceptam stipem

1 patris *om.* **T** ‖ 2 quid **O** ‖ 3 ne nemo nemo **AaB** nemo nemo **AbT** ‖ cognoscet **O** ‖ 4 datū misero **Ba** ‖ 5 putā **CTa** ‖ 6 sint **O**, *corr. W. Müller* ‖ indignissimus [—isimus **B**] **C** ‖ 6. 7 indignissimum crudelis cum misericordia **T** ‖ 7 tam *add.* **E** ‖ si **C** ‖ 9 erant **C** ‖ 10 a *om.* **C** ‖ alumenta **C** ‖ impetrant **C** ‖ 11. 12 cur tu tam *om.* **T** ‖ 12 uides ista quae portat *Gron.* mutus es? caussa esse poterat ut non rogares, ⟨non⟩ ut n. a. *N. Madvig; an* ⟨ideo⟩ mutum esse te, quaeso, oportebat? ‖ 13 tibi nisi **C** ‖ 18 tua **A** ‖ illud *add. O. Iahn* ‖ accedis **Ba** ‖ crudelissi miseris **O** ‖ 19 parentium **C** ‖ 22 quibus *bis* **C** ‖ 23 nuptis **O** ‖ fatis publicis **E** ‖ tristitia **A** ‖ 24 hilaritatis **C** hilaritatem **E** ‖ 25 semianimae siste grege suberrant **C** ‖ 26 * a te fortasse **O**

⟨portat⟩ ad deos. Fvlvi Sparsi. Scio, iudices,
uariis quemque causis ad accusandum solere com-
pelli: quosdam ambitio gloriae quam ex damnato
petierunt prouocauit, alios odia et simultates pro-
traxerunt; non dubito fuisse quosdam qui praemium
peterent; ego omnibus ceteros inpellentibus causis
uaco: quae enim gloria est in tam sordido reo?
quae simultates, ut non eas quoque contraxisse pu-
deat? aut quod praemium, cum istum alant qui se
9 alere non possunt? Non is est qui rogare nesciat;
etiam docere solet. Quos adfectus uestros optare
debeam nescio: si misericordiae propiores fueritis,
crimina rei uobis ostendam; si seueritati, reum.
Hunc nos publice pascimus. Exigi a te talio ⟨non
potest⟩: non habes totidem membra quot debes.
⟨Lupa expositis infantibus⟩ oblita feritatis, placida
uelut fetibus suis ubera praebuisse fertur. sic lupa
uenit ad infantes; expectemus hominem. Gratulor
tibi, Roma, quod in conditores tuos homo non in-
cidit. Ergo ⟨tu⟩, cum de publica misericordia cogitares,
10 tam crudelis esse potuisti? 'Proxima', inquit, 'die
hic plurimum retulit: faciendus est huic similis
alter; hic satis retulit: fiat et alius miser ad hoc
exemplum. ite nunc, inquit, et alimenta mihi quae-
rite. tu, inquit, qui oculos non habes, per oculos
rogato; tu, inquit, qui manus perdidisti, per manus
rogato; tu per illa membra quae trahis debilia;
per ea quisque ⟨quae⟩ non habet ambiat'. O miseros

1 portat *om.* **CTa** ‖ 2 uaris **C** ‖ 3 quos gloriae, *mediis omissis* **B** ‖ ambitio et gloria *Schult.* ‖ 4 probocapit **O** ‖ 6 inpellentis **C** ‖ 7 uacuoque **Ta** uaquoque **C** ‖ 9 * stumulant **C** stimulant **T** alunt istum **E** ‖ 10 altere **C** ‖ es **CTa** ‖ 11 abtare **A** ‖ 12 debeant **Tb** ‖ propriores **O** ‖ 13 * si fuerit auream **A** si fuerit atreum **BT** ‖ 14 nunc **A** ‖ 14. 15 exigiat et alio non habes **O**, *corr. Burs.* ‖ 16 *uerba* lupa . . . infantibus *add. Haase, Burs.* ‖ placidia **C** placidiquia **Ta** placidior **Tb**, *corr. Burs.* ‖ 17 fertu **C** ‖ 19 conditorē uos **C** ‖ 20 tu *add.* **E** ‖ de publicam **A** e publicā **B** ‖ 21 proxum **A** proximi **B** ‖ 28 quae *om.* **C** ‖ omisertis **A**

qui sic rogant, miseriores qui ⟨sic⟩ rogantur! ecce nescio quis: meus, inquit, filius si uiueret, huic fortassis similis esset. numquid ego meum transeo? alius: potuit, inquit, meus in eundem incidere dominum. quid si incidit? omnes omnibus congerunt, dum unusquisque timet ne suo neget.

Pars altera. Arelli Fvsci. 'Debilitasti', inquit. plus illis patres nocuerant.

Latro sic diuisit: an laesa sit ⟨res⟩publica. 11 primum, inquit, crimen constare oportet, deinde hunc reum quaeri. An laesa sit respublica non solet argumentis probari; manifesta statim reipublicae damna sunt, si muri diruti sunt, si classis incensa est, si exercitus amissus, si uectigalia deminuta: hoc damnum quod tu obicis, ⟨quis⟩ uidebat? Dic mihi: quando rempublicam laesit? cum unum expositum debilitauit? atqui etiam qui occidit unum non tamen reipublicae laesae tenetur, sed caedis; etiam qui duos, etiam qui plures: dic mihi quis numerus efficiat ⟨ut⟩ laesa uideatur respublica. duo debilitantur, nondum respublica ⟨laesa est.⟩ [iuuenes]. Potuerunt, inquit, duces fieri. potuerunt et sacrilegi esse et homicidae, potuerunt et perire. Attamen crudelem rem facit, qui sua de re infantes perdidit et infelices ⟨mendicare coegit. Facit⟩ et lanista ⟨qui iuuenes cogit ad gladium⟩ nec damnatur

1 miseriorest **A** misereorē **B** ‖ sic *add.* **ETb** ‖ 2 siui uiueret **A** ‖ 3 esse **C** ‖ * nunc inquit **O**, *corr. ego*, *W. Müller* ‖ 5 indit **C** ‖ omnes homines **T** ‖ coger̃ **C** congeri **Ta** stipem conferunt **E** ‖ 6 nescio neget **Ta** ‖ 9 sit publ **C** ‖ 10 quid **A** quid p **B** quid $\overline{rp}$ **T**, inquit *Schult.* quidem *Burs.* ‖ constaret **O** ‖ 11 tunc **O** ‖ rep. **B** ‖ 11. 12 solent argumenti **C** ‖ 13 mur **C** ‖ dirupti **T** ‖ clausis **A** ‖ 14 diminuta **T** ‖ 15 tuo uicis **C** ‖ quis *add. Schult.* ‖ 16 quandu **B** ‖ resp. **Ta** ‖ 18 laesae reus tenetur **T** ‖ 20 ut *om.* **C** ‖ 21 laesa est *add. Vahlen*, *qui* iuuenes *del.*, *et uerba* qui sua de re (suadere **C**) i. p. et infelices, *qui in libris post* iuuenes *leguntur*, *in l.* 24 *transposuit* ‖ 22 fiere **B** ‖ 23. 24 ac tamen **T** ‖ 24 facis **C** ‖ 25 mendicare c. facit *add. Vahlen* ‖ 26 *uerba* qui iuuenes . . . gladium *add.* **E**

reipublicae laesae, et leno qui cogit inuitas pati
stuprum nec laedit rempublicam. Ego non laudari
reum desidero, sed absolui; noceat hoc illi cum
honores petet. potest aliquis et non esse homo ho-
12 nestus et esse innocens reus. Deinde: an si laesa
sit respublica, ab hoc laesa sit. non a me, inquit,
sed a parentibus qui proiecerunt. hic crudelis, ut
multum illis abstulerit, uitam reddidit. Contra ait:
illi singulos exponunt, tu omnes debilitas: illi spem,
⟨tu instrumenta uiuendi⟩ detrahis. Deinde: an te-
neatur ‖ reipublicae laesae, si fecit quod ei facere
licet. non potest, inquit, ulla res lege damnari,
quae lege permittitur. si domum meam dirui, num-
quid dicis me rempublicam laedere? et poteras de-
scribere quam inhumanum sit illos parietes maiorum
in nostram usque perductos memoriam in hostilem
13 modum deici. si in agris meis arbusta succidere
uelim .... Deinde: an hoc non licuerit illi facere.
licuit, inquit, expositi in nullo numero sunt; serui
sunt; .... educatori uisum est. Denique si non
licet, habent legem: talionis agere singuli possunt,
iniuriarum possunt: reipublicae quidem laesae ⟨non⟩
potest agi eorum nomine qui extra rempublicam
sunt. non potest pro omnibus agi pro quibus sin-
14 gulis non potest. Scio quosdam putare quaestionem
esse: an possit a priuato homine laedi respublica;
SPARSVM certe ita declamare memini. quod si quis-
quam recipit et illam recipiet: an a muliere possit,

1 pat **B** ‖ 2 struprum **C** ‖ resp. **A** ‖ ego nunc **C** ‖ laudare **T** ‖ 4 petit **O**, *corr.* **E** ‖ 5 Deinde ut laesa **Tb** ‖ 6 an ab hoc **Tb** ‖ 6. 7 me in sed **A** ‖ 7 progecerunt **B** ‖ 9 illis singulos **A** ‖ 10 *uerba* tu. i. uiuendi *add.* **Tb** ‖ tenetetur **A** ‖ 11 si ficet **C** ‖ 12 * potuit **O** ‖ 13 mittitur **O**, *corr. Schult.* ‖ * diruit **O** ‖ 14. 15 describeret **C** ‖ 16 nostra **B** ‖ perductus **C** ‖ 17 deicis in **CTa** deici in **Tb** ‖ 18 uellim **C** ‖ *lacunam signif. Schult., Burs.* ‖ 20 *lacunam indicaui* ‖ * haec iugatori **CTa** hoc legum latori **Tb** ‖ 21 possunt *om.* **Ta** ‖ 22 non *add.* **E** ‖ 24 pro quibus *om.* **Ta** ‖ 26 hominē **C** ‖ 27 nemini **A** ‖ 28 quisquam recepit **C**

an a sene, an a paupere possit; quorum nihil umquam quaeritur, sed dici tamen solet; quomodo, cum illa quaestio tractatur: an respublica laesa sit, totiens reus inter argumenta non laesae reipublicae dicit: ne potuit quidem laedi a priuato, a paupere, ab aegro, ab absenti. GALLIO fecit et illam quaestionem: an in expositis laedi possit respublica. non potest, inquit, respublica laedi [possit] ⟨nisi⟩ in aliqua sui parte; haec nulla reipublicae pars est; non in censu illos inuenies, non in testamentis. Sed haec quoque in illam incurrit: an respublica laesa sit; dicitur enim: ne laedi quidem potuit in eis quos non habebat.

Pro illo qui debilitabat expositos pauci admodum 15
dixerunt. Dixit GALLIO et hoc colore usus est: egentem hominem et qui ne se quidem alere nedum alios posset, sustulisse eos qui iam relicti sine spe uix spiritum traherent, quibus ‖ non iniuria fieret si aliquid detraheretur, sed beneficium daretur si uita seruaretur. faciant inuidiam alicui oculos desse, alicui manus, dicant illos per hunc ⟨tam misere uiuere, dum fateantur per hunc⟩ uiuere. GALLIO illud quoque in argumentis temptauit: adeo, inquit, haec res non nocuit reipublicae, ut possit uideri etiam profuisse: pauciores erunt qui exponant filios.
TVRRINVS CLODIVS hoc colore usus est: multos 16
patres exponere solitos inutiles partus. nascuntur, inquit, quidam statim aliqua corporis parte mulcati, infirmi et in nullam spem idonei, quos parentes sui

1 aña sene **A** ‖ 4 in **O**, inter *Schult.* ‖ 5 quidem me laedi **C** ‖ 6 ab infanti **Tmg** ‖ e **C** *om.* **T**, et *Burs.* ‖ 7. 8 *uerba* non potest inquid resp. *ter repet.* **B**, *quater* **AT**, *intercidisse nonnulla susp. Schult.* ‖ 8 possit *deleui*, potest *Burs.* an possit **Tb** ‖ nisi *add. ego*, *N. Madvig* ‖ 9 nullae **C** ‖ 10 illos ñ **C** ‖ 12 laedii **C** ‖ 15 et *om.* **Ta** ‖ 16 nondum **Ta** ‖ 17 relictis in **C** ‖ 19 beneficio cederet **E** ‖ 20 sibi ita **C** ‖ inuidi **Ta** ‖ licui **C** ‖ 21. 22 *uerba* tam ... hunc *add.* **E** ‖ 25 expo *in fine lineae* **B** ‖ 28 aliquā **CTa** ‖ partē ulsati **C** partem multati **Tb** ‖ 29 ullam **C** ‖ quod **C**

proiciunt magis quam exponunt; aliqui etiam uernulas aut omine infausto editos aut corpore inualidos abiciunt. ex his aliquos hic sustulit et eas partes quae cui possent miserabiliores esse, manu sua abstulit: stipem rogant et unius misericordia uiuunt, omnium aluntur. At res foeda est mendicos habere, a mendicis ali, inter debiles uersari. Age, non pudet uos ex hoc producere contubernio reum ⟨a⟩ quo dicatis laesam rempublicam? et sic descendit ad argumenta, ut diceret: quomodo hic potuit lae-
17 dere? Silo Pompeivs illo colore usus est: misericordem hunc fuisse, uoluisse uitam dare, sed non potuisse alere; itaque eo conpulsum, ut unusquisque aliquam partem corporis pro toto dependeret. Labienvs tam diserte declamauit partem eius qui debilitabat expositos, quam nemo alteram partem, cum illam omnes disertissimi uiri uelut ad experimentum suarum uirium dixerint. Illum autem locum uehementissime dixit: ⟨mirum est⟩ uacare homines huic cogitationi, ut curent quid homo mendicus inter mendicos faciat. principes, inquit, uiri contra naturam diuitias suas exercent: excisorum greges habent, exoletos suos ut ad longiorem patientiam inpudicitiae idonei sint, amputant et ‖ quia ipsos pudet uiros esse, id agunt ut quam paucissimi sint. his nemo succurrit delicatis et formosis de-
18 bilibus. Curare uobis in mentem uenit quis ex ⟨solitudine infantes auferat perituros nisi auferantur;

1. 2 uernula aut homines **CTa** ‖ 2 inualido **Ta** ‖ 4 quae cuiq; **T** ‖ miserebiliores **A** ‖ 4.5 manus abstulit **O**, *corr. Haase, Burs.* ‖ 6 maluntur **C** ‖ 7 habere] alere **Tb** ‖ a mendacis habere a mendacis ali **A** a mendacis alii **B** ‖ 9 a *om.* **O** ‖ quod **B** ‖ rem **C** ‖ 13 unius quisque **C** ‖ 14.15 dependere. Labienū **C** ‖ 15 declamabit **C** ‖ qua **T** ‖ 17 illa **C** ‖ uel ait ad **C** uel ad **T**, *corr. Burs.* ‖ 18 sauarum **C** ‖ uirū uiriū **A** ‖ 19 mirum est *add.* **E** ‖ 20 current **B** ‖ 22 natura **C** ‖ castratoriū **C** castratorum **T**, excisorum **E** ‖ 23 aut ad **C** ‖ patiā **A** ‖ 24 inpudicitiae *del. N. Faber* ‖ amputat **C** ‖ 25 augunt **C** ‖ pauci uiri **E** ‖ 27 curaro **C** Cū raro **T**, *corr. Burs.* ‖ 28 *uerba* solitudine ... quod *add.* **E**

non curatis quod> solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt, non curatis quod iuuenum miserorum simplicitatem circumeunt et speciosissimum quemque ac maxime idoneum castris in ludum coiciunt. in mentem uobis uenit misereri horum quod membra non habeant; quidni illorum quod habent? et hoc genere insectatus saeculi uitia egregia figura inquinatum et infamem reum maiorum criminum inpunitate defendit. Celebris haec apud Graecos controuersia est; multa ab illis pulchre dicta sunt a quibus non abstinuerunt nostri manus, multa corrupte quibus non cesserunt nec ipsi. Dixit 19
*ΓΛΥΚΩΝ· καὶ τούτους τροφὰς αἰτεῖς οὓς μὴ τρέφειν ἀσεβές ἐστιν.* Hunc dixit sensum P. Asprenas eodem modo, uno uerbo magis proprio usus: hos aliqui alimenta poscit quibus crudelis est qui negat. Circa hunc sensum est et ille a Qvintiliano dictus: nescio utrumne uos miseriores dicam quod alimenta accipitis an hoc quod datis; accipitis enim quia debiles estis, <datis> ei per quem debiles estis. Adaevs rhetor: *κλαίουσαι μητέρες ἠράνιζον· 'εἰ μὲν ἐμός', λέγουσαι, 'τὸν ἐμόν, εἰ δὲ ἀλλότριος, ἵνα καὶ τὸν ἐμὸν ἄλλοι'.* Hunc sensum quidam Latini 20
dixerunt, sed sic ut putem illos non mutuatos esse aperte hanc sententiam, sed imitatos. Blandvs dixit: porrigit aliqua mendico rogata stipem. utique si peperit, exposuit. o quam misera cogitatio porri-

1 isti suas isti **O**, *corr.* **E** ‖ 5 cuiciunt **B** ‖ 6 hn̄habeant **A** ‖ quid **O**, *corr. Burs.* ‖ 7. 8 uitiae Gretia **C** ‖ 9 inpunitatē **C** ‖ 12 ipse **TV** ‖ 13 ΠΤΛΚΩΝ **BT** ΠΤΛΚΩΝ **AV**, *corr. Burs.* ‖ ΤΟΥΣ **C** ‖ 14 ΑΣΕΒΕΝΕΣ **A** ‖ parspńas **B** ‖ 15 * proprior **C** propiore **TV**, *corr. ego, N. Madvig* ‖ 16 has **A** ‖ alit qui **TV** ‖ 18 dictis **B** ‖ miseriore **B** ‖ 19 accepistis **A** ‖ accipistis **A** ‖ 20 datis *add.* **Tb** ‖ 21 * adedeus **O** ‖ ΗΡΑΝΖΟΝ **O** ‖ 22 ΛΕΤΟΥΣΑΙ **BV** ΑΕΤΟΥΣΑΙ **AT** ‖ ΛΕΠΑΛΛΟΤΡΙΟΣΟΣΙΝΑ **C** ΛΕΟΜΟΤΡΙΣΟΣ ΙΝΑ **TV**, *corr. Burs.* ‖ 24 mutuatas esse **C** mutuati **TV** ‖ 25 * arti [arci **A**] hoc **O**, a Graecis *Vahlen* ‖ sethritatos **A** sed inritatos **BV** sed ĩ irritatos **T** ‖ 26 togata *Schott.* ‖ 27 si exposuit **Tb** *Schult.* ‖ o te quam **O** ‖ cogitituo **V**

gentis est! ‘hic fortasse meus est’. Oscvs dixit:
aliqua quia iam proiecit pluribus stipem, suo negat.
Arellivs Fvscvs dixit: ‖ alit rogata filium mater,
misera si scit suum esse, misera si nescit. Arte-
mon dixit: *τὰ μὲν τῶν ἄλλων εὔρωστα πλεῖ, γεωρ-
γεῖ· τὰ δ' ἡμέτερα ἀνάπηρα τρέφει ἄρα τὸν ὁλό-*
21 *κληρον.* Hanc sententiam Latro fortius ⟨et⟩ ui-
rilius dixit qui non potest furti suspectus esse;
Graecos enim et contemnebat et ignorabat. cum
descripsisset debiles artus omnium et alios incur-
uatos, alios repentes, adiecit: pro di boni! ab his
aliquis alitur integer? *ΔΑΜΑΣ ΣΚΟΜΒΡΟΣ* dixit:
*πάλαι μὲν ἐκθέτοις κίνδυνος ἦν τὸ ῥιφῆναι, νῦν
δὲ τὸ τραφῆναι.* Hunc sensum Cestivs transtulit:
effecisti, inquit, ut maius esset periculum educari
quam exponi. Fvscvs Arellivs aliter dixit: illa
adhuc in miserae sortis infantia timebantur: ferae
serpentesque et inimicus teneris artibus rigor et
inopia; inter expositorum pericula non numerabamus
22 educatorem. *ΓΛΥΚΩΝ* corruptam dixit sententiam:
*κρουσάτω τις τὴν θύραν τῶν ἐχόντων ⟨ἵνα⟩ προσ-
αγάγῃ τις.* et illam: *ἄγε, σὺ δὲ κλαῖε, σὺ δὲ
θρήνει. ὦ κακῶν συμφωνιῶν!* Sed nostri quoque
bene insanierunt. Mvrredivs dixit: producitur mi-
serorum longus ordo, maior pars se sine se trahit.
et Licinivs Nepos: ut soluendo sis in poenas quo-
23 tiens tibi renascendum est? Illud Sparsvs dixit

2 stipĕ.t **B** stipēt **A** ‖ 3 filium filium **C** ‖ 4 sum **C** ‖ 5 *sq.* ΤΩΝ ΑΜΩΝ [ΤΑΝ ΑΜΑΝ **A**] ΕΒΟΕΤΑΠΛΕΙ ΓΕΩΡΥΕ [ΤΕΩΡΥΕ **A** ΓΕΤΤΩ ΡΓΕ **V**] ΠΛΛ [ΠΑΑ **AT**] ΗΜΕΙΕΡΑ **O**, *corr. Burs.* ‖ 6 ΑΝΑΠΗΡΑ **C** ΑΡ **O**, *ἄρα Burs.* ‖ ΟΛΟ [ΟΛ- **A**] ΚΑΝΡΟΝ **O** ‖ 7 porcius **O**, fortius et *Schult.* ‖ 8 furto **O**, *corr. Burs.* ‖ 10. 11 incursant et alios **O**, *corr. Schult.* ‖ 11 repetentes **CTa** repentes **Tb**, *an* reptantes ? ‖ 12 ΛΛΜΑΣ **O** ‖ dixit *om.* **B** ‖ 13 ΕΚΕΕΤΟΙΣ **BTV** ‖ ΚΙΝΛΥΝΟΣ **O** ‖ ΓΟΡΙΦΝΑΙ **O** ‖ 14 ΛΕ **O** ‖ 16 alter **O** ‖ 17 feri **A** ‖ 18 artubus **TV** ‖ frigor ? ‖ 20 ΤΑΥΚΩΝ **A** ‖ 21 ΚΡΑΣΑΤΩ **B** ΚΡΟΣΑΤΩ **AVT** ‖ ΘΥΡΑ **B** ‖ ΤΟΝ ΕΧΩΝΤΟΝ **O** ‖ *ἵνα add. Burs.* ‖ ΠΠΟΣΑΤΑΤΝΠΣ **A** ΠΠΟΣΑΤΑΓΗΠΣ **BV**, *corr. Burs.* ‖ 22 ΛΛΕΣΥΛΕ **O** ‖ ΣΥΛΕ **O** ‖ 23 Ο **O** ΑΣΥΜΦΩΝΩΝ **O**, *corr. Schult.*

quod non corruptum tantum sed contrarium dicebat esse Montanus: 'solus plura habes membra quam tot hominibus reliquisti'. ita enim hic potest uideri laesisse rempublicam, si multi sunt debilitati; apparet autem non esse multos, si plura habet membra quam debilitatis reliquit. et illud aeque aiebat ab illo corrupte dictum: prodierunt plures mendici ⟨quam⟩ membra. Graecas sententias in hoc refero, ut possitis aestimare, primum quam facilis e Graeca eloquentia in Latinam transitus ‖ sit et quam omne quod bene dici potest commune omnibus gentibus sit, deinde ut ingenia ingeniis conferatis et cogitetis Latinam linguam facultatis non minus habere, licentiae minus. LABIENI sententiam separaui, quia lo- 24
cuti de illa homines erant: sed ad cotidianum diurnum et mendicantium quaestus recognoscit: 'tu hodie minus adtulisti; cedo lora; gaudeo me non omnes emancasse. quid fles? quid rogas? plus retulisses ⟨si⟩ sic rogasses'. Dixit et illam sententiam: date miseris quod unum percipere gaudium possunt: aliquis ex illis damnatum istum uideat, aliquis audiat. ARTEMON . . . GLYCON dixit, *τοῖς ταλαιπώροις χαρὰ καταλέλειπται.* P. VINICIVS summus amator Ouidi 25
hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ouidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat memoria tenendum. occiso Achille hoc epiphonema poni:

3 relinquisti O ‖ 4 laesse B ‖ 6 debilitatos C ‖ 6—8 *uerba* debilitatos . . . mendici membra *bis* A ‖ 7 proderunt O, *corr. Burs.* ‖ 8 quam *add.* Tb ‖ in hac O ‖ 10 egę caelo caeloquentiae A egrecę loce loquentiae B grece loquentie T, *corr. Burs.* ‖ 11 gentibus *om.* B ‖ 13 lingaiam A ‖ 14 habienis C labienis Ta ‖ separari C ‖ 15 scilicet ait *Burs.* sed ubi *uolgo, an* sed dat ‖ 17 caedo C ‖ 19 si *om.* C ‖ 20 possint O ‖ 21 audeat Aa ‖ 22 * ΑΥΤΜΟΝΗ Clicon O ‖ duxit A ‖ ΤΑΜΠωΡΟΙC C ΤΑΜΙΤωΡΟΙC TV ‖ 23 ΚΑΛΤΕΛΕΙΓ ΤΑΙΡ Unicus O, *corr.* Tmg *Schott.* ‖ 24 inuidium C ‖ 25 figendis C ‖ 26 aiebato O ‖ tenendus mocciso CTa ‖ 27 ephiponē aponi O

[Ouid. met. XII, 607 sq.] quod Priamus gaudere senex post Hectora posset, hoc fuit.

Cassivs Severvs dixerat: ostende nobis captiuos ⟨tuos⟩. Ivlivs Bassvs dixerat: ostende mercedarios tuos. Labienvs commodius uidebatur dixisse: ostende nobis alumnos tuos. P. Asprenas dixit cum induxisset stipem porrigentem mendico: 'o infelicem patrem'! et hoc qui dicit ipse fortassis pater est. ‖

## ⟨CONTROVERSIA XXXIIII.⟩

Laesae reipublicae sit actio. Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios uenderet, emit unum ex iis senem; perduxit Athenas; torsit et ad exemplar eius pinxit Promethea. Olynthius in tormentis periit. ille tabulam in templo Mineruae posuit. accusatur reipublicae laesae.

1 Gavi Silonis. Infelix senex uidit iacentis diuulsae patriae ruinas, abstractus a coniuge ⟨abstractus a liberis⟩ super exustae Olynthi cinerem stetit; iam ad figurandum Promethea satis tristis est. Pro Iuppiter! — quem enim melius inuocem aduersus Parrhasium quam quem imitatus est? — Olynthium tantum picturae tuae excipio? Nemo, ut naufragum pingeret, mersit ⟨hominem⟩. Caedi-

1 primus **O** ‖ haectora **B** haectara **A** ‖ 2 fuis **A** ‖ 3 casius **B** ‖ 4 tuos *add. Schult.* ‖ ostende nobis **Tmg** ‖ 5 diuidebatur **B** diuidabatur **A** ‖ 6 lumnos **B** ‖ Asprenates **O** ‖ 8 felicem **CTa** ‖ et hic qui dedit *Schult.* ‖ fortasse sis **C** fortasse **T**, *corr. O. Rebling* ‖ 11 laesae religionis **O**, *corr.* **E** ‖ 13 exis **CV** ex his **T**, *corr. Burs.* ‖ 15 perit **O**, *corr. Burs.* ‖ 16 accusatur p. laesae **C** ‖ 18 uidist **C** ‖ iacentis ⟨et⟩ d. *Schult.* ‖ 19. 20 abstractus a liberis *addidi ex* **E** ‖ 20 si per **A** ‖ 22 quo pro **CT** quo **V** ‖ 24 olymthium **C** ‖ excipιonem tuā **B** excipio nem **ATV**, nemo **E** ‖ 25 naufragaĩ **B** ‖ hominem *add.* **E**

tur: 'parum est'; uritur: 'etiamnunc parum est'; laniatur: 'hoc, inquit, ⟨in⟩ irato Philippo satis est, sed nondum in irato Ioue'. Ivli Bassi. Producitur .... puer, superuacuum est, inquit; nondum quantum satis sit Prometheo potest gemere'. Vltima Olynthii deprecatio est: 'Atheniensis, redde me Philippo'. Non est istud donum, sacrilegium est. 'Seruus, inquit, meus fuit'. putes Philippum loqui. Aedem Mineruae tamquam castra Macedonum fugiunt. Clodi Tvrrini. 'Parum, inquit, tristis est'. 2
⟨Aliquis Olynthius parum tristis est⟩, nisi qui Atheniensem dominum sortitus est? ⟨Vis, Parrhasi, tristem uidere? indic⟩abo tibi, [Parrhasi] maiora tormenta: duc illum ad iacentem Olynthum, duc illo ubi liberos, ubi domum perdidit; scis certe quam tristem illum emeris. Olynthiis urbem aperuimus, templa praeclusimus? Certe nemo Olynthius tortus esset, si omnes || illos Macedones emissent. 'Torquetor': hoc nec sub Philippo factum est. 'moritor': hoc nec sub Ioue. Argentari. Hoc hospitio Olyn- 3
thius Athenis exceptus est? ⟨quid⟩ porro? tantum Olynthium torsit Parrhasius? [quid,] non et oculos nostros torquet? ibi ponit tabulam ubi fortasse nos tabulam foederis posuimus. Hoc Promethea facere est, non pingere. Aiebat tortoribus: 'sic intendite, sic caedite, sic istum quem fecit cummaxime uultum

1 * inuritur **O** || 2 lanatus **CTa** laniatus **V** || in *addidi* || 3 in *del. Burs.* || 4 puer **O**, a puero *Schult.* || superuacum **C** || 5 cemere **CV** || 6 olynthida **CTaV** || athenis **CVTa** || rede **B** || 7 is ut **C** is ud **VT** || sacrilegum **C** || 9. 10 fugimus **E** || 11 aliquis ... est *add.* **E** || 12. 13 uis ... uidere *add.* **E** || 13 * dabo **O** || * pharrasi **C**, *quod deleui* || 13. 14 maiora tora tormenta **C** || 14 *uerba* duc ... Olynthum *om.* **A** || iacentum **B** || illum **B** || 17 erco nemo **C** erga m̃e **V**, *corr. Haase* || 18 * torquetur **O** torqueatur **E** || 19 ne **CV** || philippum **CVTa** || moritur **ATV** moriatur **E** || 20 ne **CTVb** || 21 quid *addidi* || * tantum porro **O** || 22 olynthius possit **C** olynthius possit **TV**, *corr. Burs.*, tantum porro Olynthiis imposuit P. *N. Madvig* || quid *hic deleui* || 24 possumus **C**

4 seruate, ne sitis ipsi exemplar'. Cesti Pii. 'Emi',
inquit. immo si Atheniensis es, redemisti. si nescis,
Parrhasi, in isto templo pro Olynthiis uota <susce-
pimus: sic> soluentur? Crudelis ille Graeciae car-
nifex istum tamen nihil amplius quam uendidit.
Producitur nobilis senex, longa miseriarum tabe
confectus, reductis introrsus oculis, tam tristis quam
si iam tortus esset. ut admoueri sibi catenas uidit:
superuacuae sunt, inquit; si ad alium dominum per-
uenissem, Athenas fugerem. Istud tibi in nullo Olyn-
5 thio permitto, nisi si Lasthenen emeris. Triarii.
Corrupisti duo maxima Promethei munera, ignem
et hominem. Quemcunque praeco flentem uiderat
sciebat emptorem, miserebantur omnes; et fortasse
ipse Philippus reduci iussisset, etiamsi Atheniensem
uidisset emptorem. . . . . . quod ego fabulosum esse
non dubito. Sed utrum uult Parrhasius eligat: pa-
rum pie aut infamauit Iouem aut imitatus est. Cla-
mabat iste: nondum satis tristis es, nondum satis,
inquam, adiecisti ad priorem uultum. Talis in au-
6 ctione Philippus. Mvsae. Narraturus sum Olynthii
senis ignes, uerbera, tormenta: aliquis nunc me
queri de Philippo putat. Dii deaeque te perdant!
misericordem Philippum fecisti. Si isti creditis, ira-
tum Iouem imi||tatus est, si nobis, iratum uicit Phi-
lippum. Pinge Philippum crure debili, oculo effosso,

1 ne istis **C** ne isti **TV**, *corr. Schult.* || exempla **B** || 2 si a **C** || 3 pharrarin **C** pharrani in **VTa** || olynthius **C** || 3. 4 suscepimus *add.* **E** || 4 * sic *addidi* || 7 reductus **TaV** || 7. 8 quasi **TV** || 9 ad *om.* **C** || peruenisset **Ta** || 10 illud **Ta** || 11 nisi s. **B** nisi **TV** || lestenen **V** letenẽ **T** || 13 flente **TaV** || 14 tẽptorem **TV** || miserabantur **T** || et] te **O** || 15 * iussisset an [sian **TV**] si **O**, i. nisi *Burs.* || 16 temtorem **B** temtarem **A** || 18 infami auitio me **O**, *corr. Burs.* || aut *om.* **TV** || 19 istendum **O** || 20 quam **CTaV** || adtecisti **B** || actione **CTaV** || 21 muscae **C** || 22 igne cerbera (u *above* c) **A** ig nec uerbara **B** || me nunc **TV** || 26 crude [crede **Aa**] bili **C** crudeli **TV**, *corr. D. Volkmann, N. Madvig* || offossus **C** effossus **TaV**, *corr. Burs.*

iugulo fracto, per dot damna a dis immortalibus
tortum. Corneli Hispani. Vltima membrorum tabe
tormentis inmoritur. Parrhasi, quid agis? non ser-
uas propositum; hoc supra Promethea est. tantum
patiendum est pingente Parrhasio quantum irato
Ioue. Arelli Fvsci patris. Pinge Promethea, sed 7
homines facientem, sed ignis diuidentem; pinge, sed
inter munera potius quam inter tormenta. Inter
altaria Olynthii senis crucem posuit. ⟨Miserrime
senex, aliquis fortassis⟩ ex seruis tuis felicius seruit;
utique felicior est quisquis Macedoni seruit. Fvlvi 8
Sparsi. Si ad succurrendum profectus es, queror
quod ⟨unum emisti, si ad torquendum, queror quod
ullum⟩. Vtinam, Philippe, auctionem cum excep-
tione fecisses: ne quis Atheniensis emeret. Non
uidit Phidias Iouem, fecit tamen uelut tonantem;
nec stetit ante oculos eius Minerua, dignus tamen
illa arte animus et concepit deos et exhibuit. Quid
facturi sumus si bellum uolueris pingere? diuersas
uirorum statuemus acies et in mutua uulnera arma-
bimus manus? uictos sequentur uictores? reuertentur
cruenti? ne Parrhasii manus temere ludat coloribus,
internecione humana emendum est? Si necessest 9
aliquem torqueri, eme nocentem seruum, ut eodem
tempore ⟨et⟩ exemplum sumas et supplicium. Sta-
tuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex
altera tortor cum ignibus, flagellis, eculeis. ista aut

1 iuculo **C** iaculo **TV** ‖ 2 memembrorum **A** meorum membrorum **TV** ‖ 5 pingende **B** pingentē **Ta Va** ‖ pharraso **O** ‖ 6 prometheas **C Ta Va** ‖ 8 quamquam **C** ‖ in tormenta **TV** ‖ 9 olynthis **C** ‖ *uerba* miserrime s. a. fortassis *add.* **E** ‖ 13. 14 unum . . . ullum *add.* **E** ‖ 14 actionem **C Ta V** ‖ exēptione **O** ‖ 17 stetis **V Ta** ‖ 19 uellum **C** ‖ 19. 20 diuersa suprū [saprorum **A**] statuimus **C**; imperatorum *N. Madvig* ‖ 20 armauimus **C** ‖ 21 uicti **TV** ducte **C**, uictos *Burs.*, *N. Madvig* ‖ persequentur *Burs.* ‖ 23 internecioni **TVb** internecionē **Va** ‖ human **C** humane **TV**, *corr. Burs.* ‖ timendum **TV** ‖ necesset **C Ta V** ‖ 24 torquere **C Ta V** ‖ 25 et *addidi* ‖ exem **C** ex eo **TV** ‖ supplicum **CV** ‖ 26 atera parte **B** ‖ 27 isti **B** ‖ autem **O**

uidentem aut exspectantem, Parrhasi, parum tristem putas? Dicebat miser: 'non prodidi patriam. Athenienses, si nihil merui, succurrite, si merui, reddite Philippo'. inter ista Parrhasius du||bium est stu-
10 diosius pingat, an ille saeuiat. Torquet, uerberat: sic iste carnifex colores temperat. Quid ais? parum tristis uidetur quem Philippus uendidit, emit Parrhasius? 'Etiamnunc torque, etiamnunc; bene habet, sic tene: hic uultus esse debuit lacerati, hic morientis'. Porci Latronis. Si uidetur tibi, istis muneribus aram misericordiae orna. Nemo ergo ex Olynthiis miserius seruit quam qui Atheniensem dominum sortitus est? Miser ubicunque Philippum non uiderat, pacem putabat. 'Alliga', inquit. aiebat:
11 'solutus apud Philippum fui'. Albvci Sili. Exspecta dum Euthycrates aut Lasthenes capiantur. Phidias omnia, Parrhasi, sine tortore fecit. Philippus quoque uendidisse contentus est. Producitur senex nobilis, flens, respiciens patriam: placuit isti uultus; habuit aliquid Promethei simile etiam ante tormenta. Diligenter causam agit, ut Philippus: '. . . . Olynthio non est, ego pecuniam perdidi'. redi ad auctorem. Propter homines Prometheus distortus, propter Promethea homines ne torseris. Philippus sic rogabatur: liceat Olynthios uiuere. Parrhasius aliter rogandus: Olynthiis mori liceat. 'Tristem uolo facere'. nemo faciet, si Philippus non fecit.

1 pharrasii **O** || tritem **C** || 2 athenes **C** || 4 inter sta **B** || 5 uerberare **C** || 7 quam **C** || 9 lacerate hoc **C** || 14 uideret **A** || 15 fuit **CVTa** || expectandum **CTaV** || 16 Euthucrates **O** || 16. 17 Phithia summa **T** || 17 pasine **O**, Parrhasi sine *Schult.;* Iouem, Parrhasi, s. *Gron.* o. opera s. *Burs.* || 18 uendidisset **C** || 20 ante torquam **CTaV**, antequam torqueat **Tb** || 21 ait **B** || *lacunam signif. Burs. qui* ⟨si utendum mihi⟩ *suppleuit* || 22 rodi **A** || 23 * hominem **O** || prometheis **C** || dix ortus **O** || 23. 24 propter me promethea **O** || 24 nec [net **A**] sorseris **C** || 26 rogantur **C** rogatur **TV**, *corr. Burs.* || liceat] leat **CTaV** || 27 factet **B**

Hanc controuersiam magna pars declamatorum 12
sic dixit, ut ⟨non⟩ controuersiam diuiderent sed accusationem, quomodo solent ordinare actionem suam in foro qui primo loco accusant; in scholastica, quia non duobus dicitur locis, semper non dicendum tantum, sed respondendum est. Obiciunt quod hominem torserit, quod Olynthium, quod deorum supplicia imitatus sit, quod tabulam in templo Mineruae ‖ posuerit. Si Parrhasius responsurus non est, satis bene diuidunt. Nihil est autem turpius quam aut eam controuersiam declamare in qua nihil ab altera parte responderi possit, aut non refellere si responderi potest. Gallio fere similem diuisio- 13
nem in Parrhasio habuit ei quam habuerat in illa controuersia, cuius mentio est in hoc ipso libro, de illo qui debilitabat expositos, detractis quibusdam. Diuisit autem sic: an laesa sit respublica. Quid perdidit? inquit: nihil. nondum de iure controuersiam facio. perdidit unum senem Olynthus. fac Atheniensem: non ages mecum reipublicae laesae si Atheniensem senatorem occidero, sed caedis. 'Ita; uerum opinio Athenarum corrumpitur; misericordia semper censi sumus'. Nunquam unius ⟨male⟩ facto publica fama corrumpitur; solidior est opinio Atheniensium quam ut labefactari illo modo possit.
'Laesa est, inquit, respublica'. Laesa non est, ut 14
existimo. Aliquis Olynthio depositum negauerit, uidebitur non ⟨rempublicam, sed⟩ hominem laesisse.

1 magnā **C** ‖ 2 non *om.* **O** ‖ * diuideret **O** ‖ 4 *uerba* in foro .... temptauerunt (p. 512, 9) *desunt in* **B**, *cum unum folium perierit* ‖ accusans **O** ‖ 6 tañ **O** ‖ 9 paruasius **A** ‖ 11 aut] ut **TV** ‖ declamarere **A** ‖ 12 fellere **TV** ‖ 13 sic respondere **A** ‖ diuionem **AV** ‖ 14 habebat **Va** ‖ 15. 16 de illo qui *om.* **TV** ‖ 17 sit respondit quit **A** ‖ 18 perdidi **ATa** ‖ 21 occidere **A** ‖ *an* caedis. ⟨Contra⟩ ait: ? ‖ 23 male *add. W. Müller*, malo **E** ‖ 24 silidiorē **A** ‖ 25 quam ui **A** quamuis **TaV** ‖ ullo modo **O**, *corr. Schult.*, tormentis captiuorum **E** ‖ 26 laesae ñ ut **O**, *corr. Schult.* ‖ 27 Olynthi **O**, *corr. Schult.* ‖ 28 non ho-

Olynthiis hoc tribuistis, ut eodem loco essent quo Athenienses. 'Laesisti, inquit, rempublicam, ⟨quod hanc picturam in templo posuisti'. Laedunt rempublicam⟩ qui aliquid illi auferunt, non qui adiciunt, qui diruunt templa, non qui ornant. peccauerunt ergo et sacerdotes qui tabulam receperunt. quare tamen non reciperent? deorum adulteria picta sunt, positae sunt picturae Herculis liberos occidentis.
15 Deinde: an ob id accusari possit laesae ⟨reipublicae⟩ quod illi facere licuit. Ea lege persequere quae non licuit. dicis mihi: 'hoc facere non oportet'. huic rei aestimatio inmensa est. itaque nulla uindicta est; et id tantum punitur quod non licet. satis abundeque ⟨est⟩ si opifex rerum imperitus ad legem innocens est. An hoc ei facere licuerit. hoc in illa diuiditur: an Olyn||thius apud Atheniensem etiam antequam fieret decretum ⟨seruus esse non potuerit⟩. Seruus, inquit, est meus quem ego belli iure ⟨possideo. rata autem esse quae parta sunt belli iure⟩. uobis, Athenienses, expedit: alioqui imperium uestrum in antiquos fines redigitur; quidquid est bello
16 partum [et] est. Contra ait: ille seruos alii emptori potest esse, Atheniensi non. Quid enim si Atheniensem a Philippo emisses? atqui sciebas Olynthios coniunctos nobis esse foedere. Vt scias, inquit, seruos fuisse, decretum postea factum est Atheniensium, quo iuberentur et liberi et ciues esse. quare hoc illis ius, si iam habebant, dabatur? Deinde: an decreto hoc non contineatur ut liberi fiant, sed ut

minem resp. laesisse. olinthis **A** non hominem laesisse Olynthis **TV** || 1 tribuisti **O**, *corr. Schult.* || 2 atheniensis **A** || 2—4 *uerba* quod . . . remp. *add.* **E** || 4 autofferunt **TaV** offerunt **A** || 5 dir̄ **A** || 6 quere **A** || 9 an obi ad **A** || reipublicae *add.* **Tb** || 10 quia non **ATaV** qua non **Tb** || 13 non leget **ATaV** || 14 est *om.* **O** || 15 in hoc **Aa** || ei *om.* **TVa** || 16 diuit̄ **AV** || 17 *uerba* seruus . . . potuerit *add. Burs.* || 18. 19 *uerba* possideo . . . iure *add. Burs.* || 22 et *del. Burs.* || 23 atheniensei **V** || quid om̄ si **A** || 24 sciebat **TaV** || 27 qui **A** || ciuesse **AV**

esse liberi iudicentur. Hoc censuimus, Olynthios ciues nostros esse: ita et ille ciuis noster fuit. Non, inquit; nam decretum in futurum factum est. num in praeteritum uis hoc fieri ius? num quisquis Olynthium seruum habuit, accusabitur, quod ciuem in sua seruitute tenuerit? si quis tunc inter necessaria seruilium officiorum ministeria percussit aut cecidit, iniuriarum accusabitur? atqui quantum ad ius attinet, nihil interest occiderit an ceciderit; nam aut nec caedere licuit aut occidere.

A parte Parrhasii fecit hunc colorem: emptum 17 esse a Parrhasio senem inutilem, exspiraturum: si uerum, inquit, uultis, non occidit illum, sed deficientis et alioqui exspiraturi morte usus est. Torsit, inquit, tamen: si lucri causa, obice; nempe huius crudelitatis pretium Athenae habent. In argumentis dixit quantum semper artibus licuisset: medicos, ut uim ignotam morbi cognoscerent, uiscera rescidisse; hodie cadauerum artus rescindi, ut neruorum articulorumque positio cognosci possit. ALBVCIVS hoc colore: calamitosum fuisse, orbum, palam mortem optantem: nec aliter illum Philippus uendidisset nisi putasset illi poenam esse uiuere. SILO POM- 18 PEIVS putabat commodius esse, si hoc animo isset ad auctionem Parrhasius, ut aliquem in hunc usum emeret. poterit enim uideri elegisse uilissimum et maxime inutilem. FVSCO ARELLIO placebat, emptum quidem illum in alios usus, sed cum deficeret et mori uellet, in id quod unum ex cadauere artifex poterat inpensum. GALLIO ad neutrum se alligauit

1 liber **ATaV** ‖ censumus olynthio **A** ‖ 3 non **O**, num *Schult.* ‖ 4 praeterum **A** ‖ scire uis **O**, *corr. Schult. an* sancire? ‖ quisque **Aa** quisqui **AbTaV**, *corr. Schult.* ‖ 5. 6 sui seruitute [seruitutet **A**] tenebit **O** ‖ si quid **ATaV** ‖ necessarias **ATaV** ‖ 7 caedit **ATaV** ‖ 8 aqui **A** ‖ 10 cadere **A** ‖ 11 ⟨Latro⟩ a p.? ‖ 12 pharisio **AV** ‖ sene **A** ‖ 15 lucria **A** ‖ huius *om.* **TV** ‖ 17 quā **O** ‖ 19 rescendi **Aa** ‖ 24 esset **ATaV** ‖ 27 Fuscio **O** ‖ 29 cadauerè **A** ‖ ⟨eruere⟩ artifex *W. Müller, an* artifici proderat?

nec dixit quo animo emisset, <set> GALLIONIS color intolerabilis est: dixit enim, senem ex noxiis Olynthiis <se> emisse; quod si illi licet fingere, non uideo quare non eadem opera dicat et conscium proditionis Lastheni fuisse et se poenae causa tor-
19 sisse. HISPO ROMANIVS ignorantia illum excusauit: pictor, inquit, intra officinam suam clausus, qui haec tantum uulgaria iura nouerat, in seruum nihil non domino licere, pictori nihil <non> pingere, mancipium suum operi suo impendit. 'Non omnia, inquit, narras: Olynthius fuit ille qui periit'. Quid autem ad rem pertinet, cuius nationis seruos fuerit? Audes, inquit, seruum dicere Olynthium, etiam post bellum et ante decretum? alioqui quod uos illis beneficium dedistis nisi quod iam illos nec torquere licet nec occidere? Graeci nefas putauerunt pro Parrhasio dicere: omnes illum accusauerunt; in eosdem sensus
20 incurrerunt. *ΓΛΥΚΩΝ* dixit: *πῦρ καὶ ἄνθρωπος, Προμηθεῦ, τὰ σά σε δῶρα βασανίζει.* TRIARIVS hoc ex aliqua parte cum subriperet, inflexit. Hos aiebat SEVERVS CASSIVS, qui hoc facerent, similes sibi uideri furibus alienis poculis ansas mutantibus. multi sunt qui detracto uerbo aut mutato aut adiecto putent se alienas sententias lucri fecisse. TRIARIVS autem sic uertit: corrupisti duo ma||xima Prometheі munera, ignem et hominem. sed et Graeci
21 illam subrupuerunt; EVCTEMON qui dixit: *Προμη-*

1 anim **A** ‖ * set *addidi* ‖ 2 senum **A** ‖ 2. 3 * olinthis emise [emisse **TV**] **O** ‖ 3 si *om.* **A** ‖ 4 non ex aeadem **AaTV** ‖ 5 se] pe **Aa** ‖ 6 Romanus **A** ‖ * ignorantiam illam **O** ‖ excusabit **O** ‖ 7 inquam **TV** ‖ 8 * nouersi **A** noueр̃si **TV**, nouerit si *uolgo* ‖ 9 non *om.* **O** ‖ 12 re **V** ‖ feruos **A** ‖ 14 illi **O** ‖ 16 pharrasios **A** ‖ 17 eodem **O** ‖ sensu **TV** ‖ 18 ΤΛΙΚΩΝ **O** ‖ 18. 19 ΑΝΘΡΩΤΙΡΩΜΗΘΘΥ **A** ‖ 19 ΠΡΩΜΗΘΕΥ **TV** ‖ ΛΩΡΑ **O** ‖ ΒΑCΑΝΖΕΙ **A** ‖ 20 infelix **Aa** ‖ 21 scausius **O** ‖ 22 mutuantibus **T** ‖ 23 est multi **TaV** ‖ detractio **TaV** ‖ 24 putet **A** putant **TV**, *corr. Burs.* ‖ 25 corruptis duobus maxime **ATaV**, corrupisse duo maxima **Tb**, *corr. Gron.* ‖ 26 egregi **A** egregię **TV**, *corr. Haase* ‖ 27 ΠΡΩΜΗΘΕΥ **TV**

*θεῦ, ἐπὶ σέ τις πῦρ καὶ ἄνθρωπον;* sanius quam Glycon; *ΑΔΑΙΟΣ· Προμηθεῦ, σέ τις γράφων ἄνθρωπον ἀφανίζει,* DAMAS corruptissime: *δικαίως, Προμηθεῦ· διὰ τί γὰρ πῦρ ἔκλεπτες ἀνθρώπῳ;* *ΚΡΑΤΩΝ* furiosissime qui dixit: *Προμηθεῦ, νῦν ἔδει σε πῦρ κλέψαι.* hic est CRATON uenustissimus homo et professus Asianus qui bellum cum omnibus Atticis gerebat. cum donaret illi Caesar talentum in quo uiginti quattuor sestertia sunt Atheniensium more: *ἢ πρόσθες, φησίν, ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ Ἀττικὸν ᾖ.* hic <et> Caesari, quod illum numquam nisi mense Decembri audiret, dixit: *μὴ βαύνῳ μοι χρῇ;* et cum commendaretur a Caesare Passieno nec curaret, interroganti quare non conplecteretur tanti uiri gratiam: *ἡλίου καίοντος λύχνον οὐχ ἅπτω.* Saepe 22
solebat apud Caesarem cum TIMAGENE confligere, homine acidae linguae et qui nimis liber erat: puto quia diu non fuerat. ex captiuo cocus, ex coco <lecticarius, ex> lecticario usque in intimam amicitiam Caesaris felix, usque eo utramque fortunam contempsit, et in qua erat et in qua fuerat, ut cum illi multis de causis iratus Caesar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarum, quasi et ipse illi ingenio suo interdiceret: disertus homo

1 ΑΝΘΡΩΠΤΟΝ [—ΠΙΟΝ V] O ‖ 2 ΜΑΙΟΣΙ V ΑΑΑΙΟΣΙ AT, *corr. Burs. ego* ‖ 2 ΠΡΩΜΗΘΕΥ V ‖ ΜΕΤΙΣ O ‖ ΤΡΑΦΩΝ A ΓΡΑΦΑΝ TV ‖ 3 Α.ΦΑΝΖΕΙ A ΑΦΑΝΖΕΙ TaV ‖ Dānas O ‖ 4—5 *uerba Προμηθεῦ ... προμηθεῦ om.* TV ‖ ΠΡΟΜΕΘΕΥΑΙΑΤΙΤΑΡ A ‖ ΑΝΕΤΡΟΜΟΚΡΑΣΟΝ A, *corr. Burs.* ‖ 5 ΠΡΟΜΝΟΕΥ A ‖ ΥΝΥΝ TV ‖ 7 homo et prohomo et O, *corr. Burs.* ‖ Asinius O, *corr. Burs.* ‖ 8 donare ATaV ‖ 10 ΠΤΡΟΣΘΕΣ A ΟΡΟΣΘΕΣ TV ‖ ΙΝΑΦΕΛΤΝΑ A ΗΑΦΕΛΓΝΑ TV ‖ ΑΠΙΚΟΝ O ‖ 11 et *add. Schult.* ‖ quo O ‖ misi TaVa ‖ 12 audire AV audere Ta ‖ ΜΣ ΒΟΤΑΩΜΕΧΡΗ O, *corr. Burs.* ‖ cum *om.* AaT ‖ 13 passeno TaV posseno A ‖ 15 ΝΑΙΟΝΤΟΣ O ‖ ΟΥΚΑΠΤΩ O ‖ 16 timaginem A imagenem TV ‖ 17 hominē acidae A hominē eacide TV ‖ minis A ‖ 18 et captiuo A ‖ 19 lecticarius ex *om.* A ‖ * in amicitiam TV in . iminamiociam A ‖ 20 nsque ineo TV ‖ utram O ‖ 21 in querat A ‖ fuerit A ‖ 22 muleis A ‖ clausis A ‖ 23 historiās V historiā T

et dicax a quo multa inprobe sed uenuste dicta. ne
modum excedam excurrendo ad Parrhasium re-
23 uertor. NICETES dixit: *ἐν πυρὶ, σιδήρῳ ζωγρα-
φοῦντα ἡμῖν ἢ τυραννοῦντα;* HISPO ROMANIVS
dixit: ignis, ‖ ferrum, tormenta: pictoris ista an Phi-
lippi officina est? SPARSI sententia in descriptione
picturae habet aliquid corrupti: 'et ubicumque san-
guine opus est, humano utitur'; dixit enim quod
fieri non potest. Illum locum omnes temptauerunt:
quid si uolueris bellum pingere? quid si incendium?
quid si parricidium? E Graecis DORION furiose
dixit: *τίς Οἰδίπους ἔσται, τίς Ἀτρεύς; οὐ γράφεις*
24 *γὰρ ἂν μὴ μύθους ἴδῃς ζῶντας.* Sed nihil est quod
minus ferri possit ⟨quam⟩ quod a METRODORO di-
ctum est: *μή μοι Τρωάδας, μηδὲ Νιόβην. Ἐπίθες
τὸ πῦρ· οὔπω μοι τὸν Προμηθέα ἀπέδωκεν.* TRIA-
RIVS dixit: nondum dignum irato Ioue gemuisti.
HATERIVS dixit sanius: nondum uultus ad fabulam
conuenit. et illud: Parrhasi, ut omnia fiant ad exem-
plum, uiuat qui tortus est. Sed si uultis audite
supra quod non possit procedere insania: LICINIVS
NEPOS ait: si uultis digne punire Parrhasium, ipse
25 se pingat. Non minus stulte AEMILIANVS quidam
Graecus rhetor, quod genus stultorum amabilissimum
est, ex arido fatuus dixit: *ἀποκτείνατε Παρράσιον,*

1 dixit **ATaV**, dicax **Tb** ‖ uenusiste **A** uenusta **TV** ‖ 2 excurro et ad **O**, *corr. Burs.* ‖ parnasiam **A** parnasium **TV** ‖ 3 dicet **AV** ‖ ΕΙΠΥΝLCΙΛΙΡΡꞶ [—ΙΓΡꞶ **V**] ΖꞶΓΡΛΦΟΝΤΑΙΤΙΝ [—ΟΝΓΛΠΙΝ **V**] ΤΥΡΑΝΝΟΥΝΤΑΙ **O**, *corr. Burs.* ‖ 5 picturi **VTa** ‖ isti **TV** isto **A** ‖ Philippo **O** ‖ 6 sententiā **ATaV** ‖ 9 omne **ATaV** ‖ 11 si *om.* **C** ‖ a greco **O**, *corr. W. Müller* ‖ 12 ΟΙΛΙΠΟΥϹ **O** ‖ ЄϹΤΑΥΙ **A** ЄΤΤΛΛΙ **B** ‖ 13 *γὰρ ἂν*] ΙΑΝΡΛΝ **O**, *corr. Burs. Δηιάνειραν M. Hertz* ‖ ΜΥϹΟΥϹ **A** ‖ ΙΛΗϹΖΜΝΙΑϹ **O**, *corr. Burs.* ‖ nihilem **B** ‖ 14 quam *om.* **O** ‖ 15 ΜΗΜΟΠΡꞶΛΔΛϹ [—ѴΑϹ **A** —DΑϹ **V**] ΜΗΛЄ **O** ‖ ЄΝΙΙЄЄϹ **B** ЄΠΙΙΘЄϹ **AV** ‖ 16 ΤΟΙΙΥΡΟΥΙΡꞶΜΟΠΟΝ **BV** ΤΟΠΥΡѴΙΡꞶΜΟΠΟΝ **A**, *Ζωπύρου πρόσωπον M. Hertz* ‖ ΙΙϹΛΟΤΚЄΝ **C** ΙΙΑϹΛΟΤΚЄΝ **TV**, *corr. Burs.* ‖ 17 dixium **Ba** ‖ 19 illū pharrasii **CTaV** ‖ 22—24 *uerba* Nepos . . . Graecus *om.* **B** ‖ Nepus **AV** ‖ 25 arida **CV** ‖ ΛΙΟΚΤЄΙΝΑΤЄ **B**

*μὴ θελήσας γράφειν ἐξ ὑμῶν ἀρχέτυπον εὕρῃ.* *ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ* dixit: *διὰ σέ, Παρράσιε, δεῖ τοὺς ἐκπορευομένους τοῦ ναοῦ ἀφαγνίσασθαι.* OTHO pater cum <pro> Parrhasio diceret, in hoc colore derisus est: quia conciderat, inquit, per proditores Olynthos, uolui pingere iratum proditori suo Iouem. GARGONIVS multo stultius, quare Promethei Parrhasius supplicium pinxisset: ego, inquit, ardente Olyntho non odissem ignium auctorem? LATRONIS illa 26
celebris sententia est, quam SPARSVS quoque subtractis quibusdam uerbis dixit in descriptione tormentorum: 'Parrhasi, morior'; 'sic tene'. hanc sententiam aiunt et DIOCLEN CARYSTIVM dixisse non eodem modo: *ἄπιστος ἡ ὑπεροψία· πρὸς τὸ ἀρέσκον εἶδος ἐβόα· μένε.* SPYRIDION honeste <di- 27
xisse> Romanos fecit; multo enim uehementius insaniit quam nostri phrenetici. uoluit uideri uolturios ad tabulam Parrhasi aduolare, fabula eleganti ad turpem sententiam perductus. traditur enim Zeuxin, ut puto, pinxisse puerum uuam tenentem et cum tanta esset similitudo uuae ut etiam <aues aduolare> faceret operi, quendam ex spectatoribus dixisse, aues male existimare de tabula; non fuisse enim aduolaturas <si> ille similis esset. Zeuxin aiunt obleuisse uuam et seruasse id quod melius

1 ΘΕΛΜϹΑϹ B || ΖΥΜΩΝ C ΞΥΜΩΝ TV || ΕΥΡΝ C ΕΙΡΗ TV || 2 ΠΑΥϹΑΙΑϹ O || ΠΑΡΡΑΙϹ'Ε B || * ΛΕΠΟΥϹ O || 3 ΕΚΠΟΡΕΥΟΜΕ [—ΜΕ A] ΟΥΕΩΥΝΑΟΥ O || ΑΦΑΓ [ΑΦΑϹ A] ΝΙϹΑϹΕΝ O, *corr. Burs* || 4 pro *om.* O || 5 conciderant O, *corr. Burs.* || inqui C || 6 Olythios B olintios AV, *corr. Burs.* || uolicui C || pinge V || suo uocē A || 7 Gargius TV || 8 spinxisset A || 11. 12 mortuorum O, *corr. Dalechamp.* || 12 pharraso CTa pharrasio V || 14 ΚΠΕΡΟΥΙΑ O || 15 ΑΡΕΤΚΟΝ CV || his peridion O, *corr. N. Faber* || dixisse *add. Burs.*, honestos *Schult.* || 16 * insanit O || 17 plenitici A phenitici B || phanitici TV, *corr. Burs.* || uoltorios C || 18 tabula CTaV || 20 ΕΝΙΝΖΕΙΧ[in] O || pinxissem B || 21 tantum essem A tantam essem B || 21. 22 aues aduolare *add. Schult.*, *Burs.* || 22 ceptoribus CV praeceptoribus Tb, *corr. Grut.*, emptoribus *Burs.* || 23 abes AVT habes B || 24 * aduolaturas uel similis O || deyxin O

28 erat in tabula, non quod similius. Sᴘʏʀɪᴅɪᴏɴ aeque familiariter in templum uolturios subire putauit quam passeres aut columbas; dixerat enim: *σαρκοφάγα σοῦ γ' ἡ γραφὴ ΝΑΓΑ ζῶα.* Sed nolo Romanos in ulla re uinci; restituet aciem Mᴠʀʀᴇᴅɪᴠs qui dixit: pinge Triptolemum qui iunctis draconibus sulcauit auras. Inter illos qui de Prometheo corrupte aliquid dixerunt et Aᴘᴀᴛᴠʀɪᴠs locum sibi uindicat; dixit enim: *ὤφελε τὸ πῦρ εἰς θεοὺς πάλιν κλαπῆναι.* ‖

## ⟨CONTROVERSIA XXXV.⟩

Fur contione prohibeatur. Quidam cum diuitem proditionis postulasset, noctu parietem eius effodit et scrinium in quo erant missae ab hostibus epistulae sustulit. damnatus est diues. accusator contionari cum uellet a magistratu prohibitus agit iniuriarum.

1 Pᴏʀᴄɪ Lᴀᴛʀᴏɴɪs. Id solum sustuli quod ⟨fur⟩ reliquisset. nihil tam ualde fur timui quam ne dominus res suas non agnosceret. Fac mihi inuidiam, prode furtum meum, age magistratui tamen isti gratias quod, cum ad illum furtum meum detulissem, furem summoueri non iussit. Ruentem ciuitatis statum unius parietis ruina reposui. Oscɪ. Sollicitus erat ne quod perdiderat quaereretur. Indicium profiteor: multos furti conscios habeo. Ad illum † tuti illius tendi. hoc furtum non solus habeo. Fur-

1 sypiridio neque **O** ‖ 2 uultorios **O** ‖ putabit **C** ‖ 3 passares **C** ‖ dixerit **O**, *corr. Burs.* ‖ 4 *κατὰ uolgo παγᾷ Burs.*, *an: παγιδώσει.* Nolo ? ‖ 9 indicat **C** ‖ ωτογτοτο **AV** ωτογτο **B**, *ὤφελε τὸ Burs.* ‖ 9. 10 παρικλοπηναι [—πηαι **TV**] **O**, *corr. Burs.* ‖ 12 Fuit **B** ‖ contine **C** ‖ 13 offodit **C** ‖ 14 crinium **A** ‖ 15 siostulit **TaV** ‖ erat **AaBTaVa** ‖ 18 sustulit **O**, *corr.* **E** ‖ fur *add.* **E** ‖ 19 timuit **TV** ‖ 21 pro **C** prodidi **V** ‖ ago magis tamen **O**, *corr.* **Tb** *Burs.* ‖ 23 puerum suum moueri **O** ‖ 23. 24 stantum **C** ‖ 27 non *om.* **B**

tum est quod timet dominus agnoscere? Potui non esse pauper, habui quod magno uenderem: teneo ecce epistolas in quibus manifesta proditionis argumenta sunt, in quibus hostium consilia. Te interrogo: si furtum est, repono. MVSAE. Furtum uocas quod qui perdiderat negabat suum? furtum feci, set hostibus. CLODI TVRRINI. Furtum uocas quod qui perdiderat, supplicium tulit, qui subripuerat, praemium? Vtri permisisses loqui, si eodem tempore ⟨et⟩ fur uenisset et dominus? potui rempublicam magno uendere uel proditori. ARELLI FVSCI patris. 2
Mille nauium duces furto Troiam cepistis. si bene furto euertuntur urbes, quanto melius seruantur? Si non indicauero cuius sit, nemo cognoscet. VIBI RVFI. Cuius ego, si potuissem, non parietem tantum, pectus ipsum perfodissem. Non|dum totum consummaui officium: non est tam angusta respublica, ut ab uno opprimi possit. CESTI PII. Nolite a me omnia exigere quae scio; multa sunt, quaedam et in contione dicenda. Hoc furtum liberos uestros docete. Rogo uos, iudices, per furtum meum: quotiens furtum meum protuli, tacet dominus. ego fur? ecce altera iniuria. Non tu, inquit, perfodisti domum? Tace, ego non ista melius. narrare soleo, non negarem presio .... ‖

1 dominos **TV** ‖ 4 consilio **A** consiliare **V** ‖ 6 fecisset **O** ‖ 7 Turrani **CV** ‖ Furtur **B** furtui **A** ‖ 8 subriperat **CT** ‖ 9 permisisse **TV** ‖ 10 et *add.* **E**, *H. Müller* ‖ peruenisset **O**, *corr.* **E** ‖ 12 deces **C** decius **TV**, *corr.* **E** ‖ coepistis **C** ‖ 17 tam] tantum **C** ‖ 19 quaestio **B** ‖ 20 contentione **C** ‖ uostros **A** ‖ 21 iud. per tum **C** ‖ 24 ego noui *uolgo* ‖ narraro **B** ‖ 25 nego rem **BV** ‖ pretio *Burs.*

# ⟨EXCERPTA CONTROVERSIARVM⟩ LIBER DECIMVS.

## ⟨CONTROVERSIA I.⟩

### LVGENS DIVITEM SEQVENS FILIVS PAVPERIS.

Iniuriarum sit actio. Quidam cum haberet filium et diuitem inimicum, occisus inspoliatus inuentus est. adolescens sordidatus sequi diuitem coepit. diues eduxit in ius eum et postulauit ut si quid suspicaretur, argueret. adolescens ait: accusabo cum potero. diues petens honores repulsus est; accusat iniuriarum pauperis filium. contradicit.

Gratias ⟨ago⟩ diuiti, quod quos odit iam reos facere contentus est. Non ambulabis, inquid, eadem uia, non calcabis uestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam uestem, non flebis inuito me, non tacebis. perieramus si hic magistratus esset. Quod sordidatus fui, luctus est; quod fleui, pietatis; quod non accusaui, timoris; quod repulsus est, uestrum est. Honores patre meo ⟨uiuo⟩ numquam petiuit. Vitium me meum sequitur: taceo. utinam hoc uitium habuisset et pater! Quando uobis non sordi-

2 EXPLICIT LIBER ·VIIII· INCIPIT LIBER X **M**:**Mb** *add.*: hic insunt ꝗ et e contrarię ¶. *sequitur praefatio libri X* (*p.* 459—467). ‖ 6 expoliatus **Mb** ‖ 11 accussat **M** ‖ pauperes **Ma** ‖ 12 C∂ **M** ‖ 13 ago *om.* **M** ‖ 20 a patre **Mb** ‖ uiuo *om.* **M**

dati sumus? Accusa, inquit, pauper diuitem. ambulare mihi arbitrio meo non licet. Accusa, inquit, reum perage, perora. quis accusare sic loquentem potest? Cur, inquid, me sequeris? aliud ‖ ergo pauperes iter, aliud diuites habent? Quisquis percussor fuit quasi diues spolia contempsit. Mortuo patre meo — metuo enim ne quis se laedi putet, si dixero occisum. Sordidatus <es>, inquid, fles. Quid aliud facere possum occisi pauperis filius? Quid accusanti fecisset qui persequitur tacentem? Quare, inquid, sequeris me? ut aliquando mei miserearis, ut desinas adflictam domum persequi. Eum accusatorem habeo qui se reum non esse miratur. 'Cur non agis'? quia adeo non metuis, ut cogas. Sordidatus sum. Quod reo licet, lugenti non licet? an ne lugebo quidem quem uindicare non possum? Non erat in illo praeda quam grassator adpeteret; erat summa uirtus, contumax aduersus fastidium diuitiarum innocentia: haec ab inimico petita sunt spolia. Quis caedem machinatus est? scire non possum; quod dissimulari non potest scio, quis optauerit. et tu diues inimicus es et ille inspoliatus inuentus est: non est cur accusem, sed est cur suspicer.

Pars altera. Vt scias te inuidiam mihi facere, cum dixissem: 'accusa me', non negasti, sed respondisti: accusabo cum potero. ‖

## <CONTROVERSIA II.>

### FORTIS NON CEDENS FORTI PATRI.

Viro forti praemium. si plures erunt, iudicio contendant. Pater et filius fortiter fecerunt. petiit

1 accusat M ‖ 3 rem M ‖ 7 meo me aio enim M ‖ 8 es *om.* M ‖ 9. 10 accusatus M ‖ 17 crassator M ‖ 21 disimulari M ‖ obtauerit M ‖ 31 petit M, *corr. Burs.*

pater a filio ut sibi cederet; ille noluit. iudicio contenderunt; uicit patrem. petit praemio statuas patri. abdicatur.

Quem optem nescio iudicii huius euentum, cum crimen meum sit uicisse. Patriae iudicium habeo, patris perdidi. Patrem in acie uidi, pugnaui cum exemplo. Iudicium uocat quo pater et filius spolia contulimus? Vici non filius patrem, sed iuuenis senem. ego uici, sed omnes gratulati sunt patri. Cogitaui Horatium Etruscas acies corpore suo submouentem; cogitaui Decium qui nec ipse patri cessit. Pugnabam non tantum inperatori, sed etiam patri. Auidus sum gloriae: hoc si uitium est, paternum est. Pudeat, pater, si te uicit filius abdicandus. Ego praemium habeo, tu et praemium et uirum fortem. Virtutes nostrae silentio praeterissent; inlustratae sunt dum conferuntur. Iudicauerunt non quod erat, sed quod te malle credebant. Honor ad utrumque peruenit: alter praemium habet, alter accepit.

Pars altera. Nolo habitare cum aduersario meo. non capit idem contubernium uictum et uirum fortem. Statuas, inquid, tibi posui. immo ne possem umquam uictum me obliuisci, ignominiam meam in aes incidisti. ‖

## ⟨CONTROVERSIA III.⟩

### DEMENS QVOD MORI COEGERIT FILIAM.

Dementiae sit actio. Bello ciuili quaedam uirum secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem et fratrem. uictis partibus suis et occiso marito uenit ad patrem, a quo non recepta ait patri: quemadmodum uis tibi satis faciam? ille re-

3 patris **Mb** ‖ 10 Oratium **M** ‖ 32 quemammodum **Ma**

spondit: morere. suspendit se ante ianuam eius. accusatur pater a filio dementiae. contradicit.

Sic sibi satis fieri ne uictor quidem uoluit. Nullum fuit in proscriptione mulieris caput. Inquinasti filiae sanguine penates. quamquam quid loquor penates, tamquam in domo perierit? Adlatum ad se Caesar Pompei caput fleuit; et hoc ille propter filiam fleuit. 'Quemadmodum uis satis tibi faciam'? hoc ipso satis fecisse debuerat puella adeo et in maritum et in patrem pia, ut alterum usque in mortem secuta sit, alteri etiam morte satis fecerit. Periculose offendo patrem qui nescit ignoscere. 'Morere'. quid aliud meruerat, si satis facere noluisset? Defendisti Ligarium, Cicero. quam leue iudicasti crimen de quo confessus es! Ante ipsum domus limen extincta est, ne dubitari posset, marito perisset an patri. Meruerat, inquid. accusas etiamnunc? et certe iam tibi satis factum est. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. Optima ciuilis belli defensio obliuio est. Morere, inquid. etiam quibus animaduertere in dampnatos necesse || est, non dicunt: 'occide', non: 'morere', sed: 'age lege'; crudelitatem imperii uerbo mitiore subducunt.

Pars altera. Mores tuos patri debes adprobare, non patris regere. Multa debes dementiae signa colligere; non potes patrem propter uerba dampnare. Animaduertit Manlius in filium et in uictorem quidem; animaduertit Brutus in liberos non factos hostes, sed futuros. uide an sub his exemplis liceat patri fortius tantum loqui. Contumaciter rogauit et quemadmodum periit; nihil agnoui filiae, nihil uictae. non misit ad patrem fratrem. an etiamnunc

2 C∂ Ma C[ra]∂ICIT Mb || 3 sic si[ti],bi (sic *del. m. pr.*) **M** || nec **Mb** || 6 perierint **Mb** || 8 quemammodum **Ma** || 12 offendit **Mb** || 16 extinta **M** || 22 age legem **M** || 27 Mallius **M** || 32 non melius [i] ē sit ad **Ma** || etiam huic *Burs.*

irascitur fratri? cur me solum rogat, cum duobus satis facere debeat? Victor, inquid, cito exoratus est. Facilius est ignoscere bello quam parricidio. Etiam morte patri quaesiuit inuidiam. Perisse propter patrem dicitur mulier, quae unum habuit propter quem mori posset.

## <CONTROVERSIA IIII.>

### MENDICI DEBILITATI.

Reipublicae laesae sit actio. Quidam expositos educabat et debilitatos mendicare cogebat, ut sibi mercedem referrent. accusatur laesae reipublicae.

Factum est ne liberos patres aut agnoscant aut recipiant. Vectigalis isti <fuit> crudelitas eo magis quod omnes praeter istum misericordes sumus. Effectum est ut nihil esset miserius expositis quam tolli, parentibus quam agnoscere. Alterius comminutas scapulas in deforme tuber extundit. Produc familiam tuam. Volo nosse illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuique calamitas tamquam ars ‖ adsignatur. Intuemini illi erutos oculos, illi fractos pedes. Quid exhorrescitis? sic iste miseretur. Nouum monstrum: integer alitur, debiles alunt. Perissent, inquid. ita non infelicius supersunt? Perissent, inquid. interroga patres utrum maluerint. Quanti ex his uiri fortes, quanti tyrannicidae, quanti futuri sacerdotes? nec incredibilia loquor: ex hac fortuna <origo> Romanae gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati quam expensum misericordiae refert. Expositos aluerunt etiam ferae, satis futurae mites, si praeterissent. Quorum cum ubique audi-

9. 10 * seducebat **Ma** ducebat **Mb** ‖ 13 fuit *om.* **M** ‖ 16 tolli arenti parentibus **Ma** ‖ 18 humarum **Ma** ‖ 21 *fuit* ecfractos *in* **M** *sed* ec *erasum.* ‖ exorrescitis **M** ‖ 27 origo *om.* **M**

antur preces, in sua tantum causa cessant. Abscissa est illi lingua et est rogandi genus rogare non posse. Misereminí omnium, iudices, quorum singulorum misereri soletis. Istis nos uindictam negaturos putas quibus ne id quidem negauimus quod tibi daturi erant? Res indignissima: cum tam crudelis sit, misericordia publica uiuit. Exsurgite, miseri, et hodie primum uobis rogate. Tibi, inquid, cotidiana captura non constat; apparet te nondum satis miserum uideri. Occurrent nuptiis dira omina, fatis publicis auspicia feralia et diebus in hilaritatem dicatis semianimes isti greges oberrant. Alunt istum qui se alere non possunt. Non est qui rogare nesciat; solet etiam docere. Non habes tot membra quod debes. Ergo tu, cum de misericordia publica cogitares, tam crudelis esse potuisti? Miseros qui sic rogant, miseriores qui sic rogantur! Omnes omnibus stipem conferunt, dum unusquisque timet ne filio neget. Effecisti ut maius esset malum educari quam exponi. Timebantur ferae atque serpentes et inimicus teneris artubus rigor, inopia quoque; inter expositorum pericula non numerabamus educatorem. ‖

Pars altera. Debilitasti, inquid. plus illis patres nocuerunt. Quid uidetur lanista qui iuuenes cogit ad gladium et tamen non accusatur laesae reipublicae? quid leno qui stuprum pati cogit inuitas nec rempublicam laedit? Ego reum non laudari desidero, sed absolui: noceat hoc illi cum honores petet. potest enim aliquis et non esse homo honestus et esse innocens reus. Vt illis multum ablatum sit, uita reddita est. Reipublicae laesae non potest agi eorum nomine qui sunt extra rempublicam. Egens homo et qui ne me quidem alere, nedum alios possem, sustuli relictos quibus non in-

4 miserere **Ma** ‖ 11 hillaritatem **M** ‖ 14 quot **Mb** ‖ 15. 16 *fuit* cogitaris *in* **M** *sed corr. m. pr.* ‖ 26 inuitus **M** ‖ 27 Ergo **M** ‖ 31 laesam **Ma** ‖ 33 nec **Mb**

iuria fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficio cederet, si uita seruaretur. Faciant inuidiam, dicant illos per me tam misere uiuere, dum fateantur per me uiuere. Vnius misericordia uiuunt, omnium aluntur. Mirum est uacare homines huic cogitationi, ut curent quid homo mendicus inter mendicos agat. Ciuitatis istius principes diuitias suas exercent contra naturam: excisorum greges habent; exoletos suos, ut ad longiorem patientiam inpudicitiae idonei sint, amputant et quia ipsos pudet uiros esse, id agunt ut quam pauci uiri sint. his nemo succurrit delicatis et formosis debilibus. Curatis quis ex solitudine infantes auferat perituros nisi auferantur; non curatis quod solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt et miserrimorum iuuenum simplicitate decepta speciosissimum quemque ac maxime idoneum castris in ludum detrudunt. ||

## ⟨CONTROVERSIA V.⟩

### PARRHASIVS ET PROMETHEVS.

Reipublicae laesae sit actio. Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios uenderet, emit unum senem; Athenas perduxit, deinde torsit; ad exemplar torti Promethea pinxit. Olynthius in tormentis periit. ille in templo Mineruae tabulam posuit. accusatur laesae reipublicae.

Senex abstractus a liberis super exustae patriae cinerem stetit: ad figurandum Promethea satis tri-

1 si beneficio **M** *in quo uerba* si beneficio cederet si uita seruaretur *a m. pr. in margine addita sunt.* || 3 mise (**m.2** *add.* re) **M** || 5 maluntur **M** || 7 Ciuitatis istis istius **Ma** || 12 exolitudine **M** || 14 sollicitudines **M** || 19 PARRAS **M** || 20 Parrasius **M** *ubique* || 21 Phylippus **M** || 23 expla **Ma** || 27 abstraca liberis **M**

stis est. Nemo ut naufragum pingeret, mersit hominem. Vltima Olynthii deprecatio fuit: redde me Philippo. Seruus, inquid, meus fuit. putes Philippum loqui. Aedem Mineruae sic fugimus tamquam castra Macedonum. Parum, inquid, tristis est. Aliquis Olynthius parum tristis est? Vis, Parrhasi, tristem uidere? duc illum ad Olynthum iacentem. scis certe quam tristem emeris. Olynthiis urbem aperuimus, templa praeclusimus. Nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emissent. 'Torqueatur'. hoc nec sub Philippo. 'moriatur'. hoc nec sub Ioue. Sic iste hospitalis Olynthio fuit. Hoc Promethea est facere, non pingere. Emi, inquid. immo si Atheniensis es, redemisti. In isto templo ⟨pro⟩ Olynthiis uota suscepimus. Ille carnifex Graeciae istum tamen non amplius quam uendidit. Senex longa miseriarum tabe confectus et tam tristis quam si iam tortus esset. Quemcunque praeco flentem uiderat agnoscebat emtorem. Vereor ne quis ‖ cum audierit Olynthii uerbera, tormenta, ignes, queri me de Philippo putet. Si isti creditis, iratum Iouem imitatus est, si nobis, iratum uicit Philippum. Tantum patiendum est pingente Parrhasio quantum irato Ioue. Miserrime senex, aliquis fortassis ex seruis tuis felicius seruit. Si ad succurrendum profectus es, queror quod unum emisti, si ad torquendum, queror quod ullum. Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus: dubius est inter ista Parrhasius studiosius pingat an saeuiat. Producitur respiciens patriam senex; placuit Parrhasio uultus infelix. Olynthius aliquid habuit Promethei simile etiam

2 Olymthii **M** ‖ 3 filippo **M** ‖ 5 castram macedonem **Ma** ‖ 6 Olymthius **M** ‖ 7 olymtum **M** ‖ 8 Olymthiis **M** ‖ 9 Olimtius **M** ‖ 11 phylippo **M** ‖ 12 Sciste **M** ‖ 14 Athenienses **Ma** ‖ 15 pro *om.* **M** ‖ 18 Quaecunque **M** ‖ 21 filippo **M** ‖ 22 filippum **M** ‖ 27 Statuit rex **M**

ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum: officina haec pictoris an Philippi est?

Pars altera. Numquam unius malo publica fama corrumpitur. solidior est opinio Atheniensium quam ut labefactari tormentis captiui possit. Laesisti, inquid, rempublicam, quod hanc picturam in templo posuisti. laedunt rempublicam qui aliquid illi auferunt, non qui adiciunt. Peccauerunt ergo recipiendo tabulam etiam sacerdotes. cur tamen non reciperent? deorum crimina in templis picta sunt. Multum semper artibus licuit: medici ut uim ignotam morbi cognoscerent, uiscera hominum resciderunt. ||

## ⟨CONTROVERSIA VI.⟩

### FVR ACCVSATOR PRODITIONIS.

Iniuriarum sit actio. Fur contione prohibeatur. Quidam cum diuitem proditionis accusasset, noctu parietem eius perfodit et scrinium in quo missae erant ab hostibus litterae sustulit. damnatus est diues. cum contionari uellet accusator, a magistratu prohibitus agit iniuriam.

Id solum sustuli quod fur reliquisset. nihil magis fur timui quam ne dominus furtum nollet agnoscere. Ruentem ciuitatis statum unius parietis ruina suspendit. Profiteor indicium: furti mei ciuitas conscia est. Furtum est quod timet dominus agnoscere? quod qui perdidit supplicium tulit, praemium qui subripuit? Cui magis permisisses loqui, si eodem tempore et fur uenisset et dominus? Mille nauium duces furto Troiam cepistis. si bene furto euertuntur urbes, quanto melius liberantur? In forum

2 filippi **M** || 9. 10 Cur tamen cur non **M** || 19 ostibus **M** || 20 concionari **M** || accusatur **Mb** || 23 furtum quam **Mb**

ueni, narraui nocturnam expeditionem meam. conuenerant omnes tamquam ad contionem. Cur me submoues ante accusationem, cum nec proditores inauditi pereant. O furtum in contione narrandum! proditoris uigilantissimum pectus et in exitia semper nostra sollicitum publica fata sopierant; ita etiam ministros eius alligauerat somnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi uidebar hostium muros. Furtum uocas quo nihil melius anno tuo factum est? Nemo fur rempublicam cogitat. Nihil non licet pro republica facere.

Pars altera. Quale illud, di, spectaculum fuit! conposuerat inter se fortuna reipublicae furem et proditorem. Vt uidit inutile furtum suum, prodidit, ut uobis uenderet ‖ quod nulli poterat, tam callidus fur, ut etiam proditori posset inponere. Consilium uideri uolt infelicitatem furti sui. Lex quae nocturnum furem occidi quoquo modo iubet, non de damnato tantum, sed de fure loquitur; odit hoc uitium nec immerito: non multum abest a proditore. Sustulit non quod elegit, sed quod illi fatum publicae felicitatis obiecit. uno tempore et proditorem nobis ostendit et furem qui diuitem conpilare quam damnare mallet. Effregit domum suspensa manu; elusit illum. non tunc primum fecit; set sustulit non quod uoluit, sed quod potuit. Bono exemplo damnatus est proditor, malo inuentus.

2 concionem **M** ‖ 8 uidebatur **M** ‖ 8. 9 hostis **Mb** ‖ 12 illud despectaculum **Mb** ‖ 14 inutille **Ma** ‖ 17 uult **Mb** ‖ 19 oc **Ma** ‖ 21 factum **Ma** ‖ 25 fecisset **Ma** ‖ 27 EXPLICIT LIBER X **M**.

# INCERTAE SEDIS RELIQVIAE.

1. nam memini iuuenis admodum inter Pomponium ac Senecam etiam praefationibus esse tractatum an 'gradus eliminat' in tragoedia dici oportuisset. *Quint.* VIII 3,31.

2. noui uero et praecipue declamatores audacius nec mehercule sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controuersia cuius summa est, quod pater filium et nouercam inducente altero filio in adulterio deprensos occidit: 'duc, sequor: accipe hanc senilem manum et quocumque uis inprime' et post paulo: 'aspice, inquit, quod diu non credidisti. ego uero non uideo, nox oboritur et crassa caligo'. *Quint.* VIIII 2,42.

3. nam et in totum iurare, nisi ubi necesse est, graui uiro parum conuenit, et est a Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc esse sed testium. *Quint.* VIIII 2, 98.

4. et Seneca tradidit Iulium Montanum poetam solitum dicere, inuolaturum se Vergilio quaedam si et uocem posset et os et hypocrisin: eosdem enim uersus ipso pronuntiante bene sonare, sine illo inanes esse mutosque. *Donat. uita Vergilii p.* 61,5 *Reiff.*

# INDEX.


Accavs Postvmivs *eius color* C VII 6,20.

Achaia S 6,11.

Achilles C VIIII 5,17 X 4,25.

Adaevs ... prior *quam Arellius Fuscus* Adaevs rhetor ex Asianis non proiecti nominis VIIII 1,12 *eius sententiae* C I 7,18 VIIII 1,12; 2,29 X 4,19; 5,21.

Aeacides C VIIII 5,17.

Aegyptus S 6,6.11.

Aelius Tubero cuius paupertas uirtus fuit C II 1,8.

Aemilianvs quidam Graecus rhetor, quod genus stultorum amabilissimum est ex arido fatuus C X 5,25 [*Nicaeensis? Plut. de def. orac.* 17 *Anth. Pal.* VIIII 218; 756].

Aemilii C II 1,17 *u.* Lepidus. Paullus. Scaurus.

Aeneas S 2,20.

Aeschines ex nouis declamatoribus C I 8,11 A. non ille orator ... sed hic ex declamatoribus nouis C I 8,16. [Alind autem genus (*Asianae dictionis*) est non tam sententiis frequentatum quam uerbis uolucre atque incitatum, quali est nunc Asia tota, nec flumine solum orationis sed etiam exornato et faceto genere uerborum, in quo fuit .... meus aequalis Milesius Aeschines. *Cicero Brut.* 95, 325. ἄνδρες δ' ἄξιοι μνήμης ἐγένοντο ἐν τῇ Μιλήτῳ ... καθ' ἡμᾶς δὲ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃς ἐν φυγῇ διετέλεσε παρρησιασάμενος πέρα τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήιον Μάγνον. *Strabo* XIV p. 635 C. *A.* Μιλήσιος πολιτικὸς συγγραφεύς *Diog. Laert.* II 7,9.] *eius sententiae* C I 8,11.16.

Afranius (*Pompei legatus*) S 7,3.

Agamemnon S 3.

Agrippa *u.* Vipsanius.

Agroetas Massiliensis .. dicebat .. inculta ut scires illum inter Graecos non fuisse, sententiis fortibus, ut scires illum inter Romanos fuisse C II 6,12 *eius sententia ibid.*

Aietivs Pastor ... apud Cestium dixit iam senator C I 3,11 *eius color quem* multum Cestius corripuit *ibid.*

Albinouanus Pedo *amicus Ouidii* C II 2,12 *eius uersus* de nauigante Germanico S 1,15.

Albivs [*immo* Albvcivs *cf. Quint.* VIII 3,22] *eius sententia* C I 7,18.

[C.] Albvcivs Silvs [Albucius Silo Nouariensis clarus rhetor agnoscitur *Hieron. ad* a. Abr. 2011. (a. 749). C. Albucius Silus Nouariensis cum

aedilitate in patria fungeretur cumque forte ius diceret, ab iis contra quos pronuntiabat pedibus e tribunali detractus est. quod indigne ferens statim contendit ad portam et inde Romam, receptusque in Planci oratoris contubernium, cui declamaturo mos erat prius aliquem qui ante diceret excitare, suscepit eas partes atque ita inpleuit ut Planco silentium imponeret non audenti in comparationem se demittere. sed ex eo clarus propria auditoria instituit, solitus proposita controuersia sedens incipere et calore demum prouectus consurgere ac perorare (= *Sen.* **C** VII *pr.* 1), declamare autem genere uario: modo splendide atque adornate, tum, ne usque quaque scholasticus existimaretur, circumcise ac sordide et tantum non triuialibus uerbis (= *Sen.* VII *pr.* 3. 4). egit et causas, uerum rarius, dum amplissimam quamque sectatur nec alium in ulla locum quam perorandi. postea renuntiauit foro partim pudore partim metu; nam cum in lite quadam centumuirali aduersario, quem ut impium erga parentes incessebat, ius iurandum quasi per figuram sic obtulisset: 'iura per patris matrisque cineres qui inconditi iacent', et alia in hunc modum, arripiente eo condicionem nec iudicibus aspernantibus non sine magna sui inuidia negotium afflixit. [= *Sen.* VII *pr.* 6. 7 *Quint.* VIII 2, 95] et rursus in cognitione caedis Mediolani apud L. Pisonem procos. defendens reum, cum cohibente lictore nimias laudantium uoces ita excanduisset, ut deplorato Italiae statu quasi iterum in formam prouinciae redigeretur M. insuper Brutum, cuius statua in conspectu erat, inuocaret legum ac libertatis auctorem et uindicem, paene poenas luit. iam autem senior ob uitium uomicae Nouariam rediit, conuocataque plebe causis propter quas mori destinasset diu ac more contionantis redditis, abstinuit cibo. *Sueton. de rhet.* 6] *eius dicendi genus accuratius adumbratur* **C** VII *praef.* 1—9. *in primum declamatorum tetradeum refertur* X *pr.* 13. illud Albuci utique Graecos praeminet I 4, 12 A. fastidiosus auditor eorum quibus inuidere poterat admirabatur . . Bassi sententiam, *uituperabat Latronis* X 1, 13 A. *uituperatus a* Cestio I 3, 8. 11 VII *pr.* 8. 9 *a* Messala II 4, 8 *a* Seneca I 5, 9 X 1, 14 solebat fere in aliquas figuras declamationem describere II 5, 17 (*cf.* I 2, 16) philosophatus est VII 6, 18 [A. non obscurus professor atque auctor *quae de arte dicendi docuerit refert Quintil.* II 15, 36; III 3, 4; 6, 62.

*eius sententiae* **S** 1, 3; 6, 9; **C** I 1, 10; 2, 18; 3, 4. 11; 5, 9; 7, 18 (?); 8, 4; II 1, 29; 4, 4. 6; 5, 9; VII 1, 1—3; 2, 2. 14; 3, 1. 3; 4, 1; 5, 4; 6, 6. 12. 22; 7, 1; 8. 1; VIIII 1, 1; 2, 6; 6, 7. 17. 19; X 1, 1. 14; 3, 3. 15; 4, 3; 5, 11.

*colores* C I 1, 17; 4, 8. 12; 7, 17; II 1, 31; 4, 8; VII 1, 20. 21; 2, 10; 3, 7; 6, 14. 18; 7, 13. 15. 18; VIIII 5, 13; X 1, 11; 2, 15; 3, 15; 5, 17.

*diuisiones* S 6, 9; C I 2, 16; 3, 8; II 5, 17; VII 4, 4; 7, 10.

Alexander Magnus S 1, 1—6. 9. 10; 4, 1. 5; C VII 7, 19.

Alexandrinus S 6, 6.

ALFIVS FLAVVS *auditor Cestii* C I 1, 22 II; 6, 8; III 7 cum praetextatus esset tantae opinionis fuit ut populo Romano puer eloquentia notus esset .... tanto concursu hominum audiebatur ut raro auderet post illum Cestius dicere. Ipse omnia male faciebat ingenio suo; naturalis tamen illa uis eminebat, quae post multos annos iam et desidia obruta et carminibus eneruata uigorem tamen suum tenuit. C I 1, 22 poetas (*Ouidium*) studiose legit C III 7 [Pigeret referre (*de delphini cum puero Baiano amicitia*) ni res Maecenatis et Fabiani et Flaui Alfi multorumque esset litteris mandata *Plin. N. H.* IX 25].

*eius sententiae* C I 1, 23; 7, 7; II 2, 3; III 7.

[ANDREAS S 2, 22 *uolgo.*]

Annibal S 6, 26; C VII 2, 7.

Antiochus C VII 2, 7.

ANTIPHON ... Otho Iunius pater ... edidit quattuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros uocabat: tantum in illis somniorum est C II 1, 33 [*ἕτερος δὲ* (*'Αντιφῶν*) *ὁ καὶ τερατοσκόπος καὶ ὀνειροκρίτης λεγόμενος, οὗπερ οἱ περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι* *Hermog. π. ἰδεῶν* II 11, 7. *cf. ib.* II 11, 9. *Suid. s. u. 'Αντιφῶν.*]

M. Antonius *orator* S 7, 3.

M. Antonius *triumuir Athenis* noluit se Liberum patrem dici S 1, 7. 8. *inimicus Ciceronis* S 6 *passim*; 7, 1—11 *passim.* C VII 2 *passim.*

C. Antonius *Ciceronis collega* S 6, 2.

ANTONIVS ATTICVS inter has pueriles sententias uidetur palmam meruisse S 2, 16.

APATVRIVS inter illos qui de Prometheo corrupte aliquid dixerunt locum sibi uindicat C X 5, 28. *eius sententiae* S 1, 11; 2, 21; C X 5, 28.

APOLLODORVS [Apollodorus Pergamenus Graecus orator, praeceptor Calidii et Augusti clarus habetur *Hieron. ad.* a. Abr. 1953 (a. 691) (Augustus) magistro dicendi usus A. Pergameno quem iam grandem natu Apolloniam quoque secum ab urbe iuuenis adhuc eduxerat *Sueton. Aug.* 89. *'Απολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ θεοῦ Καίσαρος σεβαστοῦ διδάσκαλος ... ἔζησε ἔτη ὀγδοήκοντα δύο* *Lucian. Macr.* 23 Praecipue tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit et Theodorus ... sed Apollodori praecepta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus in tradendo fuit latine C. Valgius, graece Atticus (Dionysius Atticus *Strab.* XIII 625 C). nam ipsius sola uidetur ars edita ad Mattium, quia ceteras missa ad Do-

mitium epistula non agnoscit. *Quintil.* III 1, 17. 18. (*cf. Strab.* XIII 625 C) *eius praecepta Quint.* II 15, 12; III 1, 1; 5, 17; 6, 35. 36; 11, 3; IV 1, 50; 2, 31; V 13, 59; VII 2, 20; IX 1, 12. *Anon. ap. Speng. Rhet.* I 434, 30. *Tacit. dial.* 19.] Apollodorum cui semper narrari placet C II 1, 36 (cf. *Anon. ap. Speng. Rhet.* I 441, 1). *Eius discipuli:* Bruttedius Niger C II 1, 36; Vipsanius Atticus C II 5, 11; Moschus Apollodoreus C II 5, 13; Turrinus pater C X *pr.* 14.

Apollodorei [*Quint.* II 11, 2; III 1, 18; IV 1, 50. *Anon. ap. Speng. Rhet.* I 431, 11; 441, 1; 442, 10] Apollodoreis placuit fixa esse themata et tuta C I 2, 13; Moschus Apollodoreus C II 5, 13; Clodius Turrinus pater ... Apollodoreos sequitur X *pr.* 15.

Apollonivs Graecus in epilogis uehemens fuit C VII 4, 3.

Arbronivs (?) Silo *auditor* Latronis, pater huius Silonis qui pantomimis fabulas scripsit et ingenium grande non tantum deseruit sed polluit, ... *recitauit* carmen (*Achilleida?*) in quo agnouimus sensum Latronis S 2, 19.

Arellivs Fvscvs *eius dicendi genus describitur* C II *praef.* 1 *in primum declamatorum tetradeum referendus* C X *praef.* 13 *Hybreae* sententiam Fvscvs Arellivs cum esset ex Asia (Asianis ?) non casu dixit sed transtulit ad uerbum C IX 6, 16; *Adaei sententiam* mutauit A. F. ... memini deinde Fuscum cum haec Adaei sententia obiceretur, non infitiari transtulisse se eam in latinum, et aiebat ... id se ... exercitationis causa facere C X 1, 13. Solebat Fuscus ex Vergilio multa trahere ut Maecenati imputaret S 3, 5; 4, 4. 5. Dicebat autem Suasorias libentissime et frequentius Graecas quam Latinas S 4, 5. aiebat praeceptore suo dicente summa cum admiratione exceptum illud Homeri Priamo aptum C I 7, 14; 8, 15. Fuscus illum colorem introduxit quo frequenter uti solebat, religionis C I 1, 16 = C I 8, 15 II 1, 27. Recolo nihil fuisse me iuuene tam notum quam has explicationes Fusci, quas nemo nostrum non alius alia inclinatione uocis ... cantabat S 2, 10. ut sciretis quam nitide Fuscus dixisset uel quam licenter ... uestri arbitrii erit utrum explicationes eius luxuriosas putetis an uegetas S 2, 10. Fusci Arelli explicationes ..... quarum nimius cultus et fracta conpositio poterit uos offendere cum ad meam aetatem ueneritis S 2, 23. Fuscus Arellius egregie declamauit C I 6, 10. *Latro* non probabat Fuscum qui paulo apertius agebat C II 13, 11. [Cum quaereretur quomodo P. Vinicius diceret Arellius ait 'tractim' *Sen. Epp.* 40, 9] (*Fusci*) color displicebat Passieno C VII 2, 12. *eius auditores:* Fabianus C II *pr.* 1. 5. Ouidius C II 2, 8. 9 quidam cuius pudori parco S 4, 5.

*eius sententiae:* Arelli Fusci patris S 2, 1; 3, 1; 6, 5; 7, 8; C I 1, 6; 2, 5; 3, 3. 7; 4, 5; 5, 2; 6, 7; 7, 5; 8, 2; II 1, 4. 18; 2, 1; 3, 3; 4, 4. 5; 6, 2; VII 1, 7; 2, 4; 3, 5; 4, 2; 5, 1; 6, 7. 8; 7, 2; VIIII 1, 1; 3, 1. 7; 4, 4. 6; 5, 2; X 2, 7; 4, 6; 5, 7; 6, 2. Fusci patris C II 3, 9. Arelli Fusci S 1, 14; 4, 1. 4; 5, 1; C I 4, 10; II 3, 4; 5, 4; VII 7, 9; VIIII 1, 12; 6, 5. 16; X 1, 3; 3, 1; 4, 10. 20. Fusci C I 4, 11; 7, 14; VII 5, 8.

*Colores* Fusci Arelli patris C X 2, 13. Fusci Arelli C I 4, 8; 6, 10; 8, 15; II 1, 27; 3, 21. 22; 6, 9; VII 1, 21; 2, 12; 3, 7; 7, 14; VIIII 2, 20; 4, 16; X 4, 21; 5, 18. Fusci C I 1, 16; 2, 16.

*Diuisiones* Fusci Arelli patris C I 1, 15; 3, 8. Fusci Arelli C I 2, 16; 5, 7; II 2, 5; VII 5, 7. Fusci S 2, 11; 3, 3; 4, 4; 5, 4; C II 1, 19; 3, 16; VII 8, 8.

Argentarivs. Indignabatur Cestius detorqueri ab *Argentario* totiens et mutari Sententias suas. quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Cesti simius est .... fuerat enim Argentarius Cesti auditor et erat imitator. (*cf.* C I 5, 1.) Aiebat inuicem: quid putatis esse Cestium nisi Cesti cinerem? et sic solebat iurare: 'per manes praeceptoris mei Cesti' cum Cestius uiueret. Omnibus autem insistebat Cesti uestigiis: aeque ex tempore dicebat, aeque contumeliose multa interponebat; illud tamen optima fide praestitit, cum uterque Graecus esset, ut numquam Graece declamaret, illos semper admiraretur, qui non fuerunt contenti unius linguae eloquentia. C VIIII 3, 12. Argentarius in quae solebat scemata minuta tractationem uiolentissimam fregit. C VIIII 2, 22.

*eius sententiae:* S 1, 2; 3, 2; 5, 3; 6, 7; 7, 7; C I 1, 8. 1; 2, 6; 3, 5; 4, 3; 5, 1. 9; II 2, 3; 3, 17; 4, 5; 5, 7. 10; VII 1, 5; 2, 2; 3, 1; 6, 1; 7, 12; VIIII 1, 7; 2, 1. 22; 3, 7; 4, 15; 5, 4; 6, 4; X 1, 5; 3, 14; 4, 5; 5, 3. *colores* C I 1, 18; 2, 19; 4, 9; II 6, 11; VII 1, 22; 2, 14; 6, 18; 7, 16; VIIII 3, 12; 5, 12; X 2, 13. *diuisiones* S 5, 6; C II 1, 23.

Aristides C II 1, 18.

Aristoteles. praeceptori Alexandri amitino Aristotelis S 1, 5.

L. Arruntius *eius contentio cum Albucio in iudicio centumuirali* C VII *pr.* 7.

Artemon *eius* sententiam Latro fortius et uirilius dixit C X 4, 21. *Eius sententiae* S 1, 11; C I 6, 12; 7, 18; II 1, 39; 3, 23; VII 1, 26; VIIII 2, 29; X 1, 15; 4, 20. 24 (?).

Asia S 6, 11; 7, 13.

Asiani *rhetores*: Adaeus C VIIII 1, 12. Craton X 5, 21. Hybreas *et* Grandaus I 2, 23. Arellius Fuscus (?) VIIII 6, 16.

Asilivs Sabinvs uenustissimus inter rhetoras scurra S 2, 12 [*Tiberius* Asellio Sabino sestertia ducenta donauit pro dialogo in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat *Sueton. Tib.* 42. Puerum Gaium xv. Kal. Iun. si dii uo-

lent ut ducerent Talarius et Asillius heri cum iis constitui. *Augustus ap. Sueton. Calig.* 8.]

Asinius Gallus . . . *Pollio* cum filium Asinium Gallum relinqueret, magnum oratorem, nisi illum quod saepe euenit magnitudo patris non produceret sed obrueret C IIII *pr.* 4.

Asinivs Pollio *Caluus* cum uideret a Clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumuentum in foro inponi se supra cippum iussit et iurauit si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturum calumniam C VII 4,7. Moschum Apollodoreum qui reus ueneficii fuit et a Pollione Asinio defensus C II 5, 13 [= *Porph. ad. Horat. Epist.* I 5, 9] cum mortuo in Syria Gaio Caesare per codicillos questus esset diuus Augustus . . . quod in tam magno et recenti luctu suo homo carissimus sibi pleno conuiuio cenasset, rescripsit Pollio: 'eo die cenaui quo Herium filium amisi'. C IIII *praef.* 5. *Sextilius Ena Ciceronis* proscriptionem recitaturus in domo Messalae Coruini Pollionem Asinium aduocauerat S 6, 27. A. P. numquam admissa multitudine declamauit, nec illi ambitio in studiis defuit: primus enim omnium Romanorum aduocatis hominibus scripta sua recitauit C IIII *praef.* 2. Audiui illum et uiridem et postea iam senem cum Marcello Aesernino nepoti suo quasi praeciperet *ib.* 3. Memini intra quartum diem quam Herium filium amiserat declamare eum nobis *ib.* 4. Floridior erat aliquando in declamando quam in agendo: illud strictum eius et asperum et nimis iratum ingenio suo iudicium adeo cessabat, ut in multis illi uenia opus esset quae ab ipso uix inpetrabatur *ib.* 3. . . . nisi scirem et Pollionem Asinium . . . minus bene uideri quam Cestium aut Latronem III *praef.* 14. *Asinii iudicium seuerum de* Arellio Fusco S 2, 10. Buteone C VII 4,3. Q. Haterio IV *praef.* 11. Porcio Latrone C II 3, 13. Triario C II 3, 19 de Hispone Romanio, Silone Pompeio, Cestio et Latrone C IV 6, 4. 5. *de incerto* C II 5, 10. *Iniquitas erga* Ciceronem S 6, 15. 27. infestissimus famae Ciceronis permansit et . . occasionem scolasticis alterius suasoriae dedit S 6, 14. *laudabat sententias Albucii* quas optime albas uiolas uocabat C VII *praef.* 2 *et* Vibii Rufi VIII 2, 25. *Fragmentum ex oratione pro Lamia* S 6, 15. *ex Historiis elogium Ciceronis* S 6, 24. *sententiae ex declamationibus* C IIII 2,5; VII, 1, 4; 6, 12. *colores* I 6, 11; VII 1, 22. *praecepta de colore* C IIII 3.

P. [*Nonius*] Asprenas *Glyconis* dixit sensum eodem modo, uno uerbo magis proprio usus C X 4, 19. *eius sententiae* S 7, 4; C I 1,5; 2, 9; 4, 2. 12; 8, 4—6; II 2, 4; 3, 8; 6, 3; VII 8,6; VIIII 2,3; 4, 19. 25. *color* C I 8,12; II 3,18.

L. [*Nonius*] Asprenas pertinere . . . non ad rem puto . . . quomodo L. Asprenas . . declamauerit C X *pr.* 2.

'Ἀθηνᾶ S 1, 7.

Athenae S 5, 2; C IV 8; VI 5; VIIII 1, 10; X 5, 3. 4. 13. 17. A. eloquentia inclutae S 2, 5.

Athenienses S 1, 6—8; 2, 6. 16; 5, 4. 5; C I 8, 6; II 5, 16; III 8; VIII 2; X 5 *passim.*

Athos S 5, 7.

'Ἀτρεὺς C X 5, 23.

Attalvs stoicus qui solum uertit a Seiano circumscriptus, magnae uir eloquentiae, ex his philosophis quos uestra aetas uidit longe et subtilissimus et facundissimus S 2, 12.

Attici rhetores C X 5, 21. Atticus nasus S 1, 7. 'Ἀττικὸν τάλαντον C X 5, 21.

Aufidius Bassus *eius de Ciceronis morte narratio* S 6, 18. 23.

Augustus *u.* Caesar.

Avidienvs (?) Pavllvs C VII 2, 14.

Babylon S 4, 3. 5.

Barbarvs *graecus rhetor* dixit uolgarem sensum satis uolgariter C II 6, 13. S 1, 13.

Baros *Gargonio* Baros scurra uenustissimam rem dixit C I 7, 18 [*cf. Acro ad Horat. Serm.* I 7, 8.]

Bassus *u.* Aufidius. Iulius. Sepullius.

Bathyllus *pantomimus* C III *pr.* 16. B. in comoedia multum a se aberat III *pr.* 10. *Gallionis* rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis X *pr.* 8.

Blandvs (*Rubellius?*) [in domum Rubellii Blandi, cuius auum Tiburtem, equitem Romanum, plerique meminerant *Tacit. Ann.* VI 27 *cf. Borghesi Opp.* IV 486] . . . qui primus eques Romanus Romae docuit C II *pr.* 5. *Silonis* sensum cum postero die declamaret in ironiam uertit I 7, 13. *eius diuisio improbatur a Latrone* II 5, 14. *probatur a Buteone* II 5, 15. *eius sententia laudabatur* VII 5, 13. *eius discipulus* Papirius Fabianus II *pr.* 5.

*eius sententiae* S 1, 8; 5, 7; C I 2, 4; 7, 6. 10. 13; II 1, 9; 2, 4; 3, 10; 6, 2. 3; VII 1, 6; 2, 5; 5, 5. 13; 6, 3. 23; 7, 2; 8, 3; VIIII 1, 7; 2, 2; 4, 4; 5, 5; 6, 7. 17; X 4, 20. *colores* C I 1, 17; 4, 9; II 1, 32; 6, 6; VII 2, 11; 7, 12. 17; X 2, 13. *diuisiones* C I 8, 10; II 5, 13. 15.

Broccvs (?) quidam non malus rhetor C I 1, 23 [*an de Cornelio* Boccho *siue* Bocco *cogitandum, de quo cf. Mommsen ad Solin. p.* XVII?]

Brvttedivs Brvtvs cotidiano uerbo significanter usus est C VII 5, 8. *eius diuisio* VIIII 1, 11.

Brvttedivs Niger *eius de morte Ciceronis narratio* S 6, 20. 21. pro haerede adulteri rea *contra* Syriacum Vallium *dixit* C II 1, 35. 36. praeceptorem . . Apollodorum *habuit ib.* 36. [C. Silanum . . . Iunius Otho praetor Bruttedius Niger aedilis (*a. u.* 775) simul corripiunt . . . . Bruttedium artibus honestis copiosum et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quaeque iturum festinatio exstimulabat, dum aequalis, dein superiores, postremo suasmet

ipse spes antire parat *Tacit. Ann.* III 66. *Iuuenal.* 10, 82.]

[*L. Iunius*] Brutus C III 9; VIIII 2, 12; X 3, 8.

M. [*Iunius*] Brutus S 6, 11. 14. 17. 19; 7, 5; C X 1, 8. Bruti superbia S 6, 14.

Bvteo aridus quidam declamator sed prudens diuisor controuersiarum contra Latronem sentiebat, Blando accedebat C II 5, 15. B. fatuam quaestionem mouit VII 4, 3; longe arcessito colore usus est I 6, 9. Gargonius Buteonis auditor, postea scholae quoque successor I 7, 18. Buteonis colorem non probabat Latro I 1, 20 (*cf.* I 6, 10) *diuisiones non probabat* Passienus II 5, 17. Asinius Pollio VII 4, 3.

*eius sententiae* VII 2, 7; 4, 2; VIIII 2, 11; 6, 7; X 3, 4. *colores* I 1, 20; VII 2, 12; 6, 16. *diuisiones* II 5, 15. 16; VII 4, 3.

[*C. Iulius*] Caesar S 1, 8; 6, 12. 13. 17; 7, 1. 2. 5; C X 3, 1. 3. 5. Diuus Iulius S 2, 22; C VI 8; VII 3, 9; X *pr.* 16.

Caesar Augustus C II 4, 12. 13; X *pr.* 14. Diuus Augustus C II 4, 13; 5, 20; IV *pr.* 5. Caesar X 5, 21. 22.

Gaius Caesar *adoptatus ab Augusto* C II 4, 12; *mortuus in Syria* IIII *pr.* 5.

Lucius Caesar *adoptatus ab Augusto* C II 4, 12.

[*Tiberius*] Caesar S 3, 6; C VII 5, 11 (?); VIIII 4, 19. 20. *Tiberius Theodoreus erat* S 3, 7.

Caieta S 6, 17.

Calchas S 3, 4.

Callias *socer Cimonis* C VIIII 1 *passim.*

Callimachus *Aphidnensis* C VIIII 1, 2.

[*C. Licinius*] Calvvs . . . ipsa declamatio apud nullum antiquum auctorem ante Ciceronem et Caluum inueniri potest C I *pr.* 12. Caluus, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiae habuit . . . uiolentus actor et concitatus fuit . . . paruolus statura . . . Solebat praeterea excedere subsellia sua et inpetu latus usque in aduersariorum partem transcurrere. Et carmina quoque eius, quamuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi . . . . Compositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget: nihil in illa placidum, nihil lene est, omnia excitata et fluctuantia VII 4, 6—8. *eius reus* Vatinius *ib.* 6 *amicus* Asinii Pollionis *ib.* 7. *uersus in Pompeium ib.* 7 (= X 1, 8). *epilogus pro Messio in quo* omnia fere non tantum emollitae conpositionis sunt, sed infractae *ib.* 8.

[*M. Furius*] Camillus exul S 7, 6.

Canidii S 7, 3.

Cannense proelium C V 7 *C.* ruina VIIII 4, 5.

Capito . . . amabam itaque Capitonem, cuius declamatio est de Popillio (*cf.* VII 2, 5) quae misero Latroni subicitur: bona fide scholasticus erat, in his declamationibus, quae bene illi cesserunt, nulli non post primum tetradeum praeferendus C X *pr.* 12. *eius sententiae* VII 2, 5—7; VIIII 2, 9. 10.

Capitolium C I 6, 4; II 1, 1.

colit etiamnunc in Capitolio casam (*i. e. Romuli cf.* I 6,4) uictor omnium gentium populus II 1,5.

Carthago C I 1,6; 8,2; X 2,5.

C. Cassius S 1,8; 6,11.17.19; 7,5. Cassii uiolentia 6,14. Cassii epistula ad M. Ciceronem 1,6 (= *Cic. epp. ad fam.* XV 19).

Cassivs Severvs *eius dicendi genus describitur* III *pr.* 1—8. 18 [*Tacit. dial.* 19. 26. *Quint.* X 1,116.117. Cassius Seuerus orator egregius, qui Quintianum illud prouerbium luserat, XXV exilii sui anno in summa inopia moritur uix panno uerenda contectus *Hieron. ad* a. Abr. 1048 (a. 786) *cf. Tacit. Ann.* I 72; IIII 21]. Non est quod illum ex his quae edidit aestimetis . . . auditus longe maior erat quam lectus *ib.* 3 grauitas quae deerat uitae. actioni supererat *ib.* 4. non reum illi defendere nisi se contigit *ib.* 5. *reus Fabii Maximi* II 4,11. summus amator Publilii Syri VII 3,8. *mirabatur sententiam* Varii Gemini S 6,11. Labieno inuisissimus C X *pr.* 8. *eius rixae cum Cestio* III *pr.* 16—18. *eius facete dicta* 6,11; C II 4,11; III *pr.* 16; IIII *pr.* 11; VIIII 3,14; X *pr.* 8; 5,20. [*Quint.* VI 3, 43. 79.] *eius sententiae* VIIII 2,12; X 4,2.25. *color* VII 3,10.

[*L. Sergius*] Catilina S 6. 21. 26; 7,2; C VII 2,4.7.

Cativs Crispvs municipalis κακοζήλως dixit S 2,17.

[*M. Porcius*] Cato *Censorius. eius definitio* Orator est Marce fili, uir bonus dicendi peritus C I *pr.* 10. coloni sui filiam duxit uxorem VII 6,17.

[*M. Porcius*] Cato *Vticensis* S 7,4; C VI 4,8. in Catone moderatio desideratur II 7,4. Pulchro obiciente furtorum crimina audit X 1,8 = VIIII 6,7. *Catonis* mors S 6,2.4.10; C VIII 4; X 3,5.

[*C. Porcius*] Cato reus Asinii Pollionis C VII 4,7.

[*C. Valerius*] Catullus in hendecasyllabis (53,5) C VII 4,7.

Q. [*Lutatius*] Catulus S 7,3.

Censorinvs *eius belle dictum* de his qui honores in municipiis ambitiose peterent *laudatur a Cassio Seuero* III *pr.* 12.

L. Cestivs Pivs [L. Cestius Pius Smyrnaeus rhetor latine Romae docuit *Hieronym. ad* a. Abr. 2004 (a. 742).] soleo dicere Cestium Latinorum uerborum inopia, graecum hominem laborasse, sensibus abundasse C VII 1,27. pueri et iuuenes . . . . Cestii declamationes ediscunt, Ciceronis orationes non legunt nisi eas quibus Cestius rescripsit III *pr.* 15 [*scripsit* Cestius contra Ciceronis actionem habitam pro Milone *Quint.* X 5,20]. *Cassius Seuerus exagitat* Cestium cum recitaturus esset in Milonem III *pr.* 16. 17. Cestius nullius quidem ingenii amator, Ciceroni etiam infestus S 7,12. *punitus a M. Cicerone filio ib.* 13 homo nasutissimus 7,12. mordacissimus C VII *pr.* 8. *rixae cum* Albucio VII *pr.* 8. 9. Argentario VIIII 3,12. Cassio Seuero III *pr.* 16. 17. Votieno Montano VIIII 6,10.11. *corripit* Surdinum S 7,12. Alfium

Flauum **C** II 6,8; III 7. auditores ignotos VII 7,19. Aietium Pastorem I 3,11. Quintilium Varum I 3,10. *non probat* Albucium I 3,11; VII *pr.* 8. 9. Alfium Flauum I 1,24. Arellium Fuscum II 3,22. Argentarium I 5,3; VIIII 3,12. Iulium Bassum I 3,11. Triarium I 3,9; 6,11. *imitatur* Daman Scombrum X 4,21. Vergilium VII 1,27. *Cestium imitantur* Argentarius VIIII 3,12. Murredius VIIII 6,12. Triarius VIIII 6,11. *eius auditores* **C** VII 7,19. Alfius Flauus I 1,22; II 6,8; III 7. Aietius Pastor I 3,11. Argentarius VIIII 3,12. Quinctilius Varus I 3,10. Surdinus **S** 7,12. *auditores* Cestium ... Ciceroni praeferrent nisi lapides timerent III *pr.* 15. *Cestii praecepta de suasoriis* **S** 1,5. 6. *de euitanda echo* **C** VII 7,19. 'multa autem dico non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt' **C** VIIII 6,12.

*eius sententiae* **S** 1,11; 2,5.6. 14; 3,2; 5,3; 6,4; 7,2.10. **C** I 1,7; 3,7; 4,2.11; 5,1; 6, 1.7; 7,3; 8,1; II 1,3; 2,1; 3,2.10; 4,2.6; 5,2.3; 6,1; IIII 1,8—11.25; 2,3.14; 3,1; 4,1.2; 5,4.8; 6,2; 7,1; 8,3; VIIII 1,2; 3,5; 4,1.8; 5,1; 6,1.17; X 1,2; 4,6.21; 5,4; 6,2. *narrationes* **C** I 2, 7. 8; 3,2; II 1,3; VIIII 4,16. *colores* **C** I 1,19.24; 3,9; 4,9; 7,16.17; II 1,28.30; 3,18.20. 22; 4,9; 5,18; 6,6.7; IIII 6; VII 1,21; 2,12; 5,13; 6,15; 7,13.18; 8,10; VIIII 1,12.14; 4,15; 5,12; X 2,12; 3,13. *diuisiones* **S** 1,5.6.9; 2,11; 3,3; 5,4; 6,10; **C** I 1,14.15; 2,15.19; 3,8; 5,8.9; II 2,6; VII 5,7; VIIII 3,11; 6,10.11.

*Cestianus color* **C** I 7,17.

[*C. Cornelius*] Cethegus. poena Cethegi **S** 6,26.

Charybdis **S** 1,13; 6,5.

[*M. Tullius*] Cicero **S** 6 *passim* 7 *pass.* **C** I *pr.* 6; II *pr.* 5; IIII *pr.* 9; X *pr.* 6; 3,3. *de eius morte narrationes* **S** 6,17. 21. *elogia* 6,22—26. exoratus a Vatinio, G. Verri quoque adfuit **S** 6,13. Cum declamabat controuersias **C** I *pr.* 12. in C. constantia desideratur II 4,4. eloquentia eum in carminibus destituit III *pr.* 8. orationes non legunt nisi quibus Cestius rescripsit IIII *pr.* 16. uitium quod ex captione unius uerbi plura significantis oritur ad uirtutem transtulit VII 3,9. Ciceronis in Laberium iocus VII 3,9. *eius aduersarii* Asinius **S** 6,14.15. Caluus **C** VII 4,6. Cestius Pius **S** 7,13; IIII *pr.* 17.

*loci laudati*: ad fam. XV 19; **S** 1,6;
pro Archia 10,26; **S** 6,27;
in Catil. I 1,1; **S** 7,14; I 1,2; **S** 6,3;
. . . IV 2,3; **S** 6,12; **C** VII 2. 10;
pro Milone 37,101; **S** 7,3;
Philipp. II 27,67; **S** 6,5
— II 31,77; **S** 6,7;
pro Roscio Am. 26,72; **C** VII 2,3;
incertae sedis **S** 7,5; **C** I 4,7.

M. Tullius, M. f. Cicero *Asiae procos.* homo qui nihil ex paterno ingenio habuit praeter urbanitatem, *cui* et natura memoriam dempserat et ebrietas si quid ex ea supererat subducebat ... Ciceroni de corio Cestii satisfecit

S 7,13. scordalus in Hybreae filium *ib.* 14. *eius praeceptor* Dionysius C I 4,11.

Cilicia S 6,11.

Cimber etiam in capto Mario uidit inperantem C VII 2,6.

Cimon *Miltiadis filius Calciae gener* C VIIII 1 *passim.*

Cineas missus a Pyrrho legatus ... postero die .. et senatum et omnem urbanam circumfusam senatui plebem nominibus suis persalutauit C I *pr.* 19.

Circenses odiosa res Circensibus pompa C I *pr.* 24.

Cleopatra S 1, 7. Dellii epistulae lasciuae ad Cleopatram S 1,8.

P. Clodius *Ciceronis aduersarius* C VII 2,4.13.

Clodivs Sabinvs in quem uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta sunt *a Q. Haterio, Maecenate, Cassio Seuero* C VIIII 3,13.14. [*cf.* VIIII 4,17 ?]

Clodivs Tvrrinvs cuius filius fraterno uobis amore coniunctus est C X *pr.* 14. natus ... patre splendidissimo, auo Diui Iulii hospite, ciuili bello adtenuatas domus nobilis uires excitauit. et pecuniam et dignitatem quam primam in prouincia Hispania habuit eloquentiae debuit X *pr.* 16 solebat declamare studiose ... sed multum uiribus dempserat, dum Apollodoreos sequitur ... sententias dicebat excitatas, insidiosas, aliquid petentis .. numquam non de colore Latroni controuersiam fecit .... nihil probare nisi tutum ... causas nemo diligentius proposuit, nemo respondit paratius X *pr.* 14—16.

*sententiae:* Clodii Turrini patris X 3,2; 4,6. Clodii Turrini X 2,5.6; 5,2; 6,1. *colores* X 2,14; 3,12.14; 4,16. *diuisiones* X 2,10; 3,9.

Clodivs Tvrrinvs filius fraterno uobis amore coniunctus adulescens summae eloquentiae futurus si mallet ... consequi quantum potest X *pr.* 14. inde filius eius, id est meus, numquam enim illum a uobis distinxi, habet in dicendo diligentiam, qua uires ex industria retundit. hoc et in ipso genere uitae sequitur, ad summa euasurus, nisi modicis contentus esset *ib.* 16.

Codrus C VIII 4.

Cordubenses poetae S 6,27.

Cornelia C VI 8.

lex Cornelia C III 9.

Cornelivs Hispanvs duro colore usus est C VII 1,24. *eius sententiae* S 2,7.9; 3,2; 6,7; C I 1,9; 2,2; 3,5.7.12; 4,1; 7,4; 8,3; II 1,14; 3,8.17; 5,5; VII 1,7; 2,4.14; 3,2.3; 6,5; VIIII 2,22; 3,4; 4,8; 6,4; X 3,5.15; 4,5; 5,6. *colores* I 1,20; VII 1,24; 8,11; VIIII 5,12.

Cornelius Seuerus interfuit recitationi Sextilii Enae S 6,27. *eius* elogium Ciceronis 6,26. *eius* uersus in quibus soloecismum arguebat Porcellus grammaticus 2,12.13.

Coruncanii *paupertatis exempla* C II 1,18.

Corvvs rhetor cum temptaret scholam Romae Sosio, qui Iudaeos subegerat, declamauit controuersiam ... in qua sententia ridebatur S 2,21.

Crassus ... urbis Romanae

ditissimus C II 1,7. uictus V 1. captus V 7.

CRATON uenustissimus homo et professus Asianus, qui bellum cum omnibus Atticis gerebat X 5,21. Caesar (*Augustus*) donauit ei talentum, commendauit Passieno, numquam nisi mense decembri audiebat X 5,21. saepe solebat apud Caesarem cum Timagene confligere X 5,22. *eius sententia* furiosissima *ib.* 21.

CREMVTIVS CORDVS de Ciceronis morte S 6,19. eius laudatio Ciceronis nec ipso nec Cicerone digna S 6,23.

Cretae prouinciae procos. Occius Flamma C VIIII 4,19.

Cretenses magistratus C VIIII 4,19.

CRISPVS antiquus rhetor C VII 4,9. *eius sententiae* belle sonantis conpositio multis imposuit *ib.* 10.

Croesus inter reges opulentissimus C II 1,7. Croesi filius mutus VII 5,12.

Curtius. *eius* mors C VIII 4.

Cyclades S 1,12.

Cyclops S 1,11.

Cynaegiros S 5,2; C VIIII 1,2.

DAMAS Scombros [C II 6,12; X 4,21.] corruptissime *dixit sententiam Glyconis* C X 5,21 (*cf.* I 4,10) [(*Trallibus*), . . *ἐγένοντο ῥήτορες ἐπιφανεῖς Διονυσοκλῆς τε καὶ μετὰ ταῦτα Δάμασος ὁ σκόμβρος Strabo* XIIII *p.* 649.] *eius sententiae* S 1,13; 2,14; C I 4,10; II 6,12; X 4,21; 5,21.

Danai S 2,19.

Decii C VIIII 2,9.

Decius C X 2,3.

Q. Dellius quem Messala Coruinus desultorem bellorum ciuilium uocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset: a Cassio deinde transiit ad Antonium, nouissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. Hic est Dellius cuius epistulae ad Cleopatram lasciuae feruntur S 1,7. [*Strabo* XI p. 523 *Plut. Anton.* 59. *Vellei.* II 84. *Cass. Dio* XLIX 39; L 13. *Sen. de clem.* I 10. *Horat. Carm.* II 3.] *eius belle dictum* S 1,7.

Deiotarus S 6,11.

Demosthenes S 2,15; C VII 3,4; 4,8; VIIII 1,14.

DIOCLES CARYSTIVS dixit sententiam, quae non in declamatione tantum posset placere, sed etiam in solidiore aliquo scripti genere C I 8,16 (*cf.* VII 1,26). *eius sententiae* S 2,20; C I 1,25; 3,12; 5,9; 8,15.16; II 3,23; 6,13; VII 1,26; X 5,26.

DIONYSIVS filius eius Dionysii qui Ciceronis filium docuit, elegans magis declamator quam uehemens C I 4,11.

*Διόνυσος* S 1,6.

Dolabella S 1,7.

[*Cn.*] Domitius [*Ahenobarbus*]. *Iulius* (?) *Sabinus dixit* in Domitium nobilissimum uirum in consulatu (a. u. 785) cum thermas prospicientis uiam sacram aedificasset, coepisset deinde rhetores circumire et declamare 'ego' inquit 'sciebam' hoc te facturum et matri tuae querenti de tua desidia dixeram: *πρῶτον κολυμβᾶν, δεύτερον δὲ γράμματα* C VIIII 4,18.

DORION corruptissimam rem omnium .... putabant Dorionis esse dictam in metaphrasi Homeri, cum excaecatus Cyclops saxum in mare reiecit S 1,12. disertissima illa fertur sententia Dorionis S 2,11. *item laudatur* C I 8,16. furiose dixit X 5,23. *eius sententiae* S 2,11; 22 [Durionis] C I 8,16; VIIII 2,15; X 5,23.

Elei S 2,1 (?); C VIII 2.
Emathius Perses S 6,26.
Etruscae acies C X 2,3.
EVCTEMON leuis declamator sed dulcis C I 1,25. homo uenustissimi ingenii VII 4,8. *Glyconis sententiam* dixit sanius X 5,21. *eius facete dictum* VII 4,8. *sententiae* I 1,25; VII 5,13; VIIII 2,29; X 1, 15; 5,21.
*Εὐφράτης* S 6,11.
Eurotas S 2,5.
Euthycrates *Olynthius* X 5,11.

Fabianus *u.* Papirius.
[Q.?] FABIVS MAXIMVS [*cos.* 744?] nobilissimus uir fuit, qui primus foro Romano hunc nouitium morbum quo nunc laborat intulit; de quo Cassius Seuerus antequam ab illo reus ageretur, dixerat. quasi disertus es, quasi formonsus es, quasi diues es; unum tantum es non quasi: uappa ... dixit quasi tricolum tale qualia nunc basilicam infectant C II 4,11.12. hos minus nobiles sinite in partem abire ... Fabium, et si quis est nec clari nominis nec ignoti X *pr.* 13. circumferebat nobilem Hisponis sententiam II 4,9.

Fabricius *continentiae exemplum* C II 1,8.18; V 2. *Pyrrhi uictor* VII 2,7. Fabriciorum (?) imagines Metellis patuerunt II 1,17.
FESTVS quidam rhetor, pusillae staturae, dedit Publilianam sententiam C VII 4,8.
Flamininus procos. *a meretrice rogatus hominem decollari iussit* C VIIII 2 *passim*.
FLORVS quidam auditor Latronis C VIIII 2,23. *eius sententia* inepte tumultuosa *ib.* 24 [*an* Iulius Florus, in eloquentia Galliarum, quoniam ibi demum exercuit eam, princeps. *Quint.* X 3,13?]
Formianum S 6,17.
FVLVIVS SPARSVS .. et Sparsum hoc colore declamasse memini hominem inter scolasticos sanum, inter sanos scolasticum C I 7,15. Sparsus ... dicebat uiolenter, sed dure. ad imitationem se Latronis (*cf.* X 5,26) derexerat, nec tamen unquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret. Cum Basso certamen illi fuit X *pr.* 11.12. *Osci contumelia in* Sparsum scholam communem cum rhetore quodam habentem *ib.* 11. *eius sententiae uituperantur a* Montano X 4, 23. Seneca X 5,23.
*Eius sententiae* D I 2,2; 3,3.7; 4,3; II 5,10; VII 2,3; 4,1. 2; 6,3.23; VIIII 1,7; 2,5; 3,4; 4,3; 5,4; 6,1; X 1,5; 2,4; 3,3; 4,8—10.23; 5,8—10.23.26. *diuisio* X 4,14. *color* I 7,15.
FVRIVS SATVRNINVS qui Volesum [*Tac. ann.* III 68. *Sen. de ira.* II 5.] condemnauit, maius nomen in foro quam in declamationibus habuit ... is

cum L. Lamiae filio declamaret dixit sententiam *graecam* C VII 6,22.
Fuscus *u.* Arellius.
Fusius *Threx clarissimus aetate Cestii* III *pr.* 16.

Galla *u.* Numisia.
Gallio *u.* Iunius.
GARGONIVS fuit Buteonis auditor, postea scholae quoque successor, uocis obtusae sed pugnacissimae C I 7,18. homo uilissimus S 7,14. foedo genere cacozeliae usus est C VIIII 1,15; *eius* stultitia notatur S 2,16; C X 5,25. *Eius sententiae* S 2,16; 7,14; C VIIII 1,15; X 5,25; *color* I 7,18; [*Horat. Serm. 1 2,27 ubi u. Bentl.*]
GAVIVS SABINVS. *eius sententiae* S 2,5; C VII 1,16; 2,1 *colores* C VII 6,19,21; [*Quint.* I 6,36?]
GAVIVS SILO bene declamauit, cui Caesar Augustus cum frequenter causas agentem in Tarraconensi colonia audisset plenum testimonium reddidit; dixit enim: ʻnumquam audiui patrem familiae disertioremʼ C X *pr.* 14 partem esse eloquentiae putabat eloquentiam abscondere *ibid. eius sententiae* C X 1,7; 2, 16; 3,14; 4, 7; 5,1.
Germanicus S 1, 15; Varus Quinctilius tum Germanici gener C I 3,10 *uersus Albinovani Pedonis* de Germanico nauigante S 1,15.
GLAVCIPPVS Cappadox C VIIII 2,29.
GLYCON SPYRIDION [Glyconi, cui Spyridion fuit cognomen *Quint.* VI 1, 41] Spyridion honeste dixisse Romanos fecit; multo enim uehementius insaniit quam nostri phrenetici C X 5,27 (cf. I 6,12; VIIII 5,17; X 4,22) *eius sententiae* laudantur S 1,11.16; 2,14; C I 7,18; II 1,39 *citantur* I 5, 9; 8,15.16; II 3,23; 6,12; VII 426; 4,10; VIIII 2,29; 3,14; X 4,19.24; 5,20.
GORGIAS egregie dixit C I 4,7.
Gracchus *Scipionis gener* C V 2.
Graecia S 2,1.4.5.7.9; 5,2.4. 6.8; C VIIII 1,6; X 5,14 Gr. insolens I *pr.* 6.
Graece C VII 4,8; VIII 3, 12.13.
Graeci S 3,6 declamatores 1, 16; 2,14. C I 2,22; 4,10.12; 8,7.15; II 6,12; VII 4,3; VIIII 2,23.29; X 4,18.21; 5, 19.23.25. gr. eloquentia X 4, 23; facultas IIII *pr.* 7. fabulae S 7,12; homo VII 1,27; suasoriae 4,5; nomen I *pr.* 12; sententia C I 6,12; VII 1,25; X 4,23; uerbum S 6,21.
Graeculus S 1,7.
Graii S 2,20.
GRANDAVS Asianus declamator C I 2,23.
Granicus S 1,10.11.
[*Q. Fabius*] Gurges *eius* luxuria C VIIII 2,19.

Q. HATERIVS [Q. Haterius promptus et popularis orator usque ad XC prope annum cum summo honore consenescit *Hieron. ad* a. Abr. 2040 (a. 778) fine anni (779) excessit ... Q. Haterius ... eloquentiae quo ad uixit celebratae; monimenta ingenii eius haud perinde retinentur. scilicet impetu magis quam cura uigebat (cf. *Sen.* C IIII *pr.* 7) *Tacit. Ann.* IV 61. Q. Haterii cursum, suis temporibus oratoris cele-

berrimi, longe abesse ab homine sano uolo: numquam dubitauit, numquam intermisit; semel incipiebat, semel desinebat *Sen. Epp.* 40, 10.] *eius dicendi genus describitur* C IIII *pr.* 7—11 oratorem et promisit et praestitit VIIII 6, 13; coepit subito quo solebat orationis cursu describere I 6, 12; *uertit sententiam Hybreae* VIIII 6, 16; *eius facete dictum de Clodio Sabino* VIIII 3, 14; *improbatur a Cestio* VIIII 6, 13; Gallio apud Caesarem (*Tiberium*) cum mentio esset de ingenio Haterii ... dixit 'et ille erat plena deo' S 3, 7; inbecillo animo mortem Sex. filii tulit C IIII *pr.* 6. *eius sententiae*: S 2, 14; 6, 1. 2; 7, 1; C I 6, 12; VII 1, 4; 2, 5; 8, 3; VIIII 4, 16; 6, 8. 11; X 5, 24.

Hector S 2, 19. 20; C X 4, 25.

Hecuba C VIIII 5, 17.

Ἑλλησπόντιος S 1, 11.

Hercules caelum meruit S 1, 1; 2, 5 pictura Herculis liberos occidentis C X 5, 14.

Hermagoras [plura scripsit Theodorus, cuius auditorem Hermagoran sunt qui uiderint *Quint.* III 1, 18.] H. solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breuiter attingere C II 3, 22; *H.* eleganter transiit a prooemio in narrationem I 1, 25; *H.* aridas sententias dicebat, sed argutas et quae auditorem ... securum et neglegentem transcurrerent II 6, 13; Albucium memini admiratione Hermagorae stupentem ad imitationem eius arescere VII *pr.* 5 [quidquid aridissimis Hermagorae libris praecipitur in honore erat *Tacit. dial.* 19.] *eius sententiae* C I 1, 25; II 1, 39; 3, 22; 6, 13; VII 5, 13. 14; X 1, 15. [Ἑρμαγόρας ὁ νεώτερος ... ἰδίᾳ περὶ πραγματικῆς μονόβιβλον συντάξας *Max. Plan. ad Hermog.* V, 338; IV.]

Herodotus (*uel* Diodorus) S 2, 11.

A. Hirtius S 6, 1.

Hispania S 1, 6; C VIIII *pr.* 3; X *pr.* 16.

Hispana consuetudo ... utcumque res tulit ita uiuere C I *pr.* 16.

Homerus. Dorionis (?) metaphrasis *Odysseae* Homeri S 1, 11; *laudatur* C VIIII 3, 14 (*E* 85); S 1, 5 (*E* 340); C I 8, 15 (Z 407); X 2, 18 (Z 479); VII 7, 19 (*I* 97); I 7, 14; (Ω 478); X 2, 18; (ω 514).

Horatii imperii decora C VIIII 2, 9. H. Cocles X 2, 3.

*Q.* Hortensius ... Pompeius *Hortensi* se clientem libenter professus est, et H. bona Pompei, non Pompeium defenderat C VII 2, 6. a Sisenna prouocatus in auctione persedit per diem totum et omnes res ... ordine suo argentariis recognoscentibus ... recensuit C I *pr.* 19 (= *Quint.* XI 2, 24).

Hybreas *pater* [nobilissimus artis rhetoricae Graecus praeceptor habetur *Hieron. ad* a Abr. 1984 (a. 722). Mylasensis *Strabo* XIII 630; XIV *p.* 659. 660. *Plut. Ant.* 24] *M. Tullius Asiae procos.* Hybreae disertissimi uiri filio male apud se causam agenti *maledixit* S 7, 14. *uituperatur a Scauro* C I 2, 23. *eius sententiae* S 4, 5. C I 2, 23; 4, 11; II 5, 20; VII 4, 10; VIIII 1, 12. 15; 6, 16.

Hybreas filius patris sui totum locum omnibus agnoscentibus ad litteram dixit *apud M. Tullium Asiae procos.* S 7,14.

India S 1,4.
'Ινδὸς S 1,11.
[Iouius Bassus *uolgo* C I 3,4].
Iphicrates (Epigrates *cod.*) reus quod uim in iudicio fecerit C VI 5.
Iphigenia S 3,3.
Iuba et Petreius mutuis uulneribus *obierunt* S 7,14.
Iudaei *a Sosio subacti* S 2, 22.
Ivlivs Bassvs ... cum Basso certamen Sparso fuit, quem uos quoque audiuistis, homine diserto cui demptam uelles quam consectabatur amaritudinem et simulationem actionis oratoriae X *pr.* 12 eum audiuit et eius sententiam admirabatur Albucius X 1, 13 in eum multa dixit Cestius I 3,11; sordide dixit I 2,21. *eius sententiae* C I 3,4.11; 4, 4; 6,2—6; 7,8.9; II 4,4; 5, 7; VII 2,5; 4,1; 5,5; 6,4; VIIII 1,8; 2,4; 4,3.6.15; X 1,13; 2,7; 4,5.25; 5,1; *colores* C I 2, 21; 6,10.
Ivlivs Montanvs qui comes fuit ⟨*Tiberii?*⟩ egregius poeta aiebat Cestium imitari uoluisse Vergilium C VII 1,27; de Vergilii pronuntiatione *Fragm.* 4; [Iulius Montanus tolerabilis poeta et amicitia Tiberii notus et frigore *Sen. epp.* 122,11; cf. *Ouid. Pont.* IV 16,11].
Ivlivs (?) Sabinvs urbanissimus homo, ... comes Occii Flammae, maiestatis reus C VIIII 4,17—21; *eius facete dicta de* Syriaco Vallio *ib.* 18; Domitio *ib.* 18; Turdo *ib.* 20; lautumiis *ib.* 21; bene declamauit C VIIII 4,17.
Ivnivs Gallio in primum declamatorum tetradeum referendus .. hi quotiens conflixissent ... penes Gallionem palma fuisset X *pr.* 13; idiotismon nemo praestitit decentius VII *pr.* 5; recitabit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis, in quo suspicietis adulescentis animum X *pr.* 8; *eius facete dicta de* Q. Haterio *apud Tiberium* S 3, 6. 7. Iunio Othone C II 1, 33. Nicete *apud Messalam* S 3,6; *iudicium de* Cassio Seuero C III *pr.* 2; *amicus* Ouidii S 3,7; [*Ouid. Pont.* IV 11] Senecae (Gallio noster) 3,6; C II 1,33; 5,11.13; VII *pr.* 6; X *pr.* 8 (?) [tinnitus Gallionis *Tacit. dial.* 26; de arte rhetorica scripsit non nihil pater Gallio *Quint.* III 1,21; *a Tiberio punitus* (a. 785) *Tacit. Ann.* VI 3].
*eius sententiae* S 5,7; C I 1,4. 25; 2,11.12; 5,2; II 2,3; 3, 6.7; [= *Quint.* IX 2,91]; 5, 6; 6,4; VII 1,12.13; 6,23; 7,3—5; 8,4; VIIII 1,8; 3,2. 3.6.14; 4,1; 5,1; X 1,4; 2, 1—3.10; 4.8.
*colores* C I 6,10; II 3,17; IV 2; VIIII 1,12; 3,10; 4,16; 5,11; 6,20; X 1,12; 2,12; 3,13; 4, 15; 5,17.18. *diuisiones* C I 1,14; 6,8; 7,12; 8,9; II 3, 14; 5,11.13; VIIII 1 10; 4, 12.13; 5,7.8; X 1,9; 3,10; 4,14; 5, 13—17.
Ivnivs Otho pater [*C. Silanum postulat* Iunius Otho praetor (a. 775) ... I. Othoni litterarium ludum exercere uetus

ars fuit; mox Seiani potetian senator obscura initia inpudentibus ausis prouoluebat *Tacit. Ann.* III 66]. Q. Iunius pater solebat difficiles controuersias belle dicere, in quibus inter silentium et significationem medio temperamento opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorum (I 3,11), quos Gallio ... Antiphontis libros uocabat: tantum in illis somniorum erat C II 1,33; erat .. ex somniatoribus Otho: ubicumque eum defecerat color, somnium narrabat VII 7.15; optime dixit pro haerede adulteri rea contra Vallium Syriacum II 1,34.

*eius sententiae* C I 1,5; 8,3; II 6,3; VII 3,5.10; *colores* I 3, 11; II 1,37—39; IV 8; VII 7.15.20; X 5,25.

Iuppiter S 7,6; C V 3; VII 1,15; X 5,1.5.6.24.25; Phidiae Iuppiter VIII 2; X 5,18.

Iuppiter *sidus* S 4,2.

*Dec.* Laberius a Diuo Iulio mimus productus et ob id a Cicerone irrisus C VII 3,9; vitium quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur a Pomponio transiit ad Laberium *ib.*

T. Labienvs declamauit non quidem populo admisso sed egregie .... adfectauit censorium supercilium, cum alio animo esset: magnus orator, qui multa inpedimenta eluctatus ad famam ingeni confitentibus magis hominibus peruenerat quam uolentibus. summa egestas erat, summa infamia, summum odium. ... color orationis antiquae, uigor nouae, cultus inter nostrum ac prius saeculum medius ... libertas tanta ... ut quia passim ordines hominesque laniabat Rabies uocaretur; animus inter uitia ingens et ... uiolentus, qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuisset. X *pr.*4.5. historiam recitauit *ib.* 8; libri ex senatus consulto (*rogante Scauro?*) conbusti *ib.* 5—8; non tulit hanc contumeliam Labienus ... sed in monimenta se maiorum suorum ferri iussit atque ita includi *ib.* 7; eius libros Cassius Seuerus Labieno inuisissimus edidicerat *ib.* 8; de Asinio Pollione dictum C IIII *pr.* 2); *oratio* in Bathyllum Maecenatis (?) *ib.* 8.

*eius sententiae* X 2,19; 3,5; 4, 17.18.24; *color.* X 3,15.

Lacedaemonii S 2,1.

Laco S 2,3—9.12.16—18.

L. [*Aelius*] Lamia-*Asinii Pollionis* oratio pro Lamia S 6, 15; Saturninus Furius .. cum. L. Lamiae filio declamaret dixit sententiam graecam C VII 6,22.

Lasthenes *Olynthi proditor* C X 5,4.11.18.

Latia lingua S 6,26.27.

Latine declamare C VIIII 2, 13.

Latini declamatores S 1,14; C I 1,25; 5,9; X 4,20; l. eloquentia X 4,23.

L. lingua C IIII *pr.* 7; X 4, 23; l. sermo S 7,12; C II 4, 8; VII *pr.* 3; l. uerba VII 1, 27.

Latinum C I *pr.* 12.

Latro *u.* Porcius.

Lentulus S 6,1.

Leonidas S 2,11.12.14.

M. Aemilius Lepidus *triumuir* S 7,6.8.

M'. [*Aemilius*] Lepidus Neronis *Germanici f.* praeceptor C II 3,22; L. uir egregius et qui declamatorio non studio ... VIIII *pr.* 5. Scaurum declamantem audiuimus et nouissime quidem M'. Lepido X *pr.* 3. [*cos.* 764. *Tac. Ann.* I 13; III 11; 50; IV 20; VI 5; 27; *cf. Borghesi ad Tac. Ann.* III 32 = *Opp.* V p. 289]; *eius sententia* C II 3,23.

Lesbocles *Mitylenensis* magni nominis et nomini respondentis ingenii ... mollius mortem filii tulit S 2, 15. *eius sententia* tenuis C I 8,15 [*ἐγένετο καθ' ἡμᾶς Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς Strabo* XIII *p.* 617.]

Liber pater S 1,2.7.

Licinivs Nepos *eius insanae sententiae* S 2,16; C VII 5,9; 6, 24; VIIII 2,28; X 4,22; 5,24.

*C.* Ligarius *a Cicerone defensus* S 6,13; C X 3,3.

T. Liuius funebrem laudationem benignius omnibus magnis uiris praestitit S 6, 21; natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator S 6,22; tam iniquus Sallustio ut ... sententiam et translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret C VIIII 1 14; *iudicium* de oratoribus qui uerba antiqua et sordida consectantur VIIII 2,26; eius gener L. Magius X *pr.* 2; *eius narratio* de morte Ciceronis S 6,17.22.

Lucretia C I 5,3; VI 8.

*L. Licinius* Lucullus C VII 1, 15; *eius* auaritia VIIII 2,19.

Luculli S 6,1.

Lycurgus S 2,3.

Maecenas *cum M. Agrippa et Caesare Augusto Latronem audit* C II 4, 13; *de Clodio Sabino urbane dictum* IX 3, 14. *iudicia eius de Vergilio* S 1,12. 2,20. solebat Fuscus ex Vergilio multa traherei ut Maecenati inputaret S 3, 5. *Bathyllus Maecenatis* C X praef. 8.

L. Magivs. ... non ad rem pertinet quo modo L. Magius gener T. Liui declamauerit, quamuis aliquo tempore suum populum habuerit, cum illum homines non in ipsius honorem laudarent sed in soceri ferrent. C X *pr.* 2.

Mamercus *u.* Scaurus.

Mamilivs Nepos *insana eius sententia* C VII 6,24.

Manlius *Torquatus in filium animaduertit* C VIIII 2, 19; X 3,8.

Marathon S 5,1.

Marcellus (*i. e.* C. Claudius Marcellus cos. 705) S 6,1.

Marcellvs Aeserninvs [M. Claudius Marcellus Aeserninus. Asinii Pollionis nepos *Suet. Aug.* 43. *Tacit. Ann.* XI 6,7. *orator Tac. Ann.* III 11. eius libertus *Plin. N. H.* XII 12] audiui autem illum (*i. e. Pollionem*) ... iam senem cum Marcello Aesernino nepoti suo quasi praeciperet C IIII *pr.* 3. Marcellus quamuis puer iam tantae indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiae suae crederet *ib.* 4. *eius sententiae* S 2,9; 6,4.10; C II 5,9; VII 1,5.22; 2,10; 4,1.

Marcivs Marcellvs. Montanus Votienus Marcellum Marcium amicum suum cuius fre-

quenter mentionem in scriptis suis facit tamquam hominis diserti aiebat hanc dixisse sententiam ... C VIIII 6,17; *sententiae a Montano relatae* C VIIII 5,14; 6,17.

*C.* Marius mendicans C I,3.5; in carcere Minturnensi C VII 2,6; suae claritatis auctor C I 6,4.

Mars *sidus* S 4,2.

Marvllvs (Marillus) *Seneca et Latro* condiscipuli apud Marillum rhetorem, hominem satis aridum, paucissima belle sed non uulgato genere dicentem C *I praef.* 22. aliquam eius sententiam solebat mirari Latro, immo ut ipse ait exosculari C I 2,17. M. praecepter noster (*cf.* C VII 2, 11) licenter uerbo usus est satis sensum exprimente C II 2,7. M. decenter dixit II 4,7. Marilli scola I *praef.* 24. *eius sententiae* S 1,3; 2,5; 3, 2; C I 1,12; 2,2.17; 3,7.12; 4,2; 7,7; 8,6; II 2,2.7; 4,7; VII 2,7; 6,11; IX 6,5; X 3, 4. *color* C I 1,19.

Massiliae *docuit Moschus* C II 5,13; cum *Osco* Massiliae mane occurrisset *Pacatus rhetor* C X *praef.* 10; Agroetas Massiliensis C II 6,12.

Maximus *u.* Fabius. Stertinius.

Melissio equus C III *praef.* 16.

Menestratvs ... sententiam M. cuiusdam declamatoris non abiecti suis temporibus nactus sum S 1,13.

Mento .. unum ex his quos audiui declamantis scio Mentonem usum non patrono patre sed aduocato VIIII 4,22; eius sententia laudata est *ib.* *eius sententiae* C I 2,4; 5,1; 7, 6; 8,3.14; II 6,3; VII 2,3; VIIII 1,5; 2,1; 3,6; 4,5.22; 5,5; 6,6; X 2,17; 3,6; 4,7.

Mercurius *sidus* S 4,2.

*M. Valerius* Messala Corvinvs .. exactissimi ingenii quidem in omnis studiorum partes, Latini utique sermonis obseruator diligentissimus (*cf.* S 2, 17: cognomen uel ut M. ait cognomentum); itaque cum audisset Latronem ... dixit 'sua lingua disertus est' C II 4,8. Latro .. pro Pythodoro ⟨in⟩ Messalae orationem disertissimam recitauit. *ib. minus bene auditur quam Cestius et Latro* C III *praef.* 14. *eius dictum de Dellio* S 1,8. *iudicium de uersu Vergiliano* S 2, 20; *de colore Fabiani* C II 4,10. Memini una nos (*Seneca et Gallio*) ab auditione Nicetis ad Messalam venire S 3,6. Sextilius Ena .... proscriptionem recitaturus in domo Messalae Coruini S 6,27.

Volesus *Valerius Messala* [*Sen. de ira* II 5; *Tacit. Ann.* III 68] Furius Saturninus qui Volesum condemnauit C VII 6,23.

*C.* Messius Caluus .. in epilogo quem pro Messio tunc tertio causam dicente habuit C VII 4,8.

[L. Caecilius] Metellus Vestae extinxit incendium C IV 2; VII 2,7.

[Q. Caecilius] Metellus *ab Atinio Macerione uexatus* C X 1,8.

Metellis Fabriciorum (?) imagines patuerunt C II 1,17.

Metrodorvs *eius sententia inepta* C X 5,24.

[*T. Annius*] Milo S 6,2: recitaturus in Milonem Cestius C III *pr.* 16.

Miltiades C VIIII 1 *passim*.
Miltiades rhetor; *eius dictum elegans a Liuio laudatur* C VIIII 2,26.
Minerua Atheniensium S 1,7; C X 5,1; 8,12.
Minturnensis palus C VII 2,6.
Misericordiae ara *Athenis* C X 5,10.
Mithridates C VII 2,7; centurio Luculli Mithridaten non potuit occidere VII 1,15; M. habuit uenenum VII 3,4.
Mitylenae S 2,15.
Moderatvs . . . declamator nec clari nominis nec ignoti C X *pr.* 13.
Montanus *u.* Votienus.
Mucius Scaeuola C VIII 4; X 2,3.5.
Munda S 1,6; Mundensis ruina S 6,3.
Mvrredivs rhetor dum Niceten imitatur stultissime dixit C I 4,12; Cestium imitatur VIIII 6,12; Publilianam sententiam dedit VII 2,14; *eius ineptae sententiae notantur* S 2,16; C I 2,21.23; VII 3,8; 5,9.14; VIIII 2,27; 4,22; X 1,12; 4, 22; 5,28.
Mvsa rhetor quem interdum solebatis audire (*cf.* Musa noster C VII 5,9), licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingenii, nihil cordis. omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent X *pr.* 9. *eius sententiae ineptae* S 1,14 (?); C VII 5,9.12; X *pr.* 9.
*sententiae* S 1,2; C VII 1,14.15. 16; 3,4; VIIII 1,1; 2,1; 4,2; X 3,5; 5,6; 6,2.
Mutinensis ruina S 6,3.
Narbonensis colonia C VII 5,11.
Naso *u.* Ouidius.
Nepos *u.* Licinius. Mamilius.
Nero *Germanici filius*; eius praeceptor M'. Lepidus C II 3,23.
Nicetes [Nicetes . . . nobilissimus artis rhetoricae Graecus praeceptor habetur *Hieron. ad* a. Abr. 1984 (a. 722)] nulli alii contigisse scio quam apud Graecos Niceti . . . ut discipuli . . . contenti essent audire C VIIII 2,23; Tiberius Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio S 3,7; N. ualde suo inpetu Graecis placuerat 3,6; Gallionis apud Messalam de eo iudicium *ib. eius sententiae* S 2,15; C I 4,12; 5,9; 7, 18; 8,13; VIIII 2,29; 6,19; X 2,18; 5,23.
Nicocrates Lacedaemonius aridus et exuctus declamator C VII 5,14; *laudat* sententiam Durionis S 2,22; *eius sententia* C VII 5,14.
*Νιόβη* C X 5,24.
Numantia C 1,8,12; Numantianum (?) bellum *ib.*
Numenius (?) *cursor* C III *pr.* 10.
Numisia Galla ueneficii rea *a Votieno defensa* C VIIII 5,15.

Occius (?) Flamma Cretae procos. C VIIII 4,19.
Octauia *Antonii uxor* S 1,7.
*Οἰδίπους* C X 5,24.
Olympia C V 3.
Olynthii C III 8; X 5 *passim*.
Olynthus C III 8; X 5,1.2. 4.25.26.
Oppius (?) Flamma Cretae procos. C VIIII 4. (Exc.)
Oscvs non incommode dixit, sed sibi ipse nocuit; nam dum nihil non schemate dicere

cupit, oratio eius non figurata erat sed praua C X *pr.* 10; *Massiliae uixit ib. queritur de Publilio Syro.* C VII 3,8? *eius sententiae* S 1,2; C II 3,4; X 1,3; 3,1; 6,1. *color* X 1, 12; 2,17.

Otho *u.* Iunius.

Othryades Laco S 2,3.16.17.

OVIDIVS NASO ... declamauit apud rhetorem Arellium Fuscum, cuius auditor fuit; nam Latronis admirator erat, cum diuersum genus dicendi sequeretur. Habebat comptum et decens et amabile ingenium, oratio eius iam tum nihil aliud poterat uideri, quam solutum carmen. Adeo autem studiose Latronem audiit, ut multas illius sententias in uersus suos transtulerit C II 2,8; tunc autem cum studeret habebatur bonus declamator ... declamauit longe ingeniosius (*quam Arellius Fuscus*) excepto eo quod sine certo ordine per locos discurrebat II 2,9; declamabat autem Naso raro controuersias et non nisi ethicas; libentius dicebat suasorias. molesta illi erat omnis argumentatio. Verbis minime licenter usus est, nisi in carminibus, in quibus non ignorauit uitia sua, sed amauit. C II 2,12. nescit quod bene cessit relinquere VIIII 5,17; ut in multis aliis uersibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam mutuandi, *uersum Vergilii in tragoediam transtulit* S 3,7. Scaurus in Ouidio multa Montaniana arguebat C VIIII 5.17. *Ouidii censura uersuum Varronis Atacini* VII 1,28; P. Vinicius summus amator Ouidii X 4,25; Alfius Flauus studiose legit Ouidium qui, *iudice Cestio,* hoc saeculum amatoriis non artibus tantum, sed sententiis impleuit C III 7. Gallionis *amicus* S 3,7. Pedonis *amicus* qui inter arbitros fuerat de tribus versibus tollendis C II 2,12.

*eius sententiae* C II 2,9—11; *uersus laudati*: II 2,8 = *Am.* I 2,11; II 2,12 = *Am.* II 11, 10; II 2,12 = *A. am.* II 24; III 7 = *Met.* VIII 877; X 4, 25 = *Met.* XII 607; II 2,8 = *Met.* XIII 121; VIIII 5, 17 = *Met.* XIII 503; S 3,7 = *Medeae fr. 1*; C I 2,23 = *Priap.* II 8.

PACATVS rhetor *Massiliensis* (?) ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas C X *pr.* 10; *eius uellicatio* Osci, Passieni, Sparsi *ib.* 10,11.

Palladium urbis Romae C IV 2.

PAMMENES ex nouis declamatoribus C I 4,7.

*Παμφύλιον πέλαγος* S 1,11.

Pansa consul (711) S 6,1.

PAPIRIVS FABIANVS philosophus, qui adulescens admodum tantae opinionis in declamando, quantae postea in disputando fuit. Exercebatur apud Arellium Fuscum, cuius genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impendit ut similitudinem eius effugeret C II *pr.* 1; *eius dicendi genus describitur ib.* 2,3. Sextii philosophi discipulus *ib.* 4; habuit et Blandum rhetorem praeceptorem ... et apud Bl. diutius quam aput Fuscum Arellium studuit cum iam transfugisset *ib.* 5; *Seneca* tanto

minorem natu quam ipse erat *non saepe audiebat ib.* 5. Albucius eum tanto iuveniorem quam ipse erat audiebat **C** VII *pr.* 4. L. Vinicius eius colorem ualde probabat **C** II 5,19.

*eius sententiae* **S** 1,4; **C** II 1, 10—13; 2,4; 3,5.9; 4,3.7; 5, 6.7; 6,2.4; *colores* II 1,25. 28; 5,18; *diuisiones* **S** 1,9.10; **C** II 3,12.

Parrhasius *pinxit Promethea* X 5 *passim.*

Passienvs [Passienus pater declamator insignis diem obit *Hieron. ad* a. Abr. 2008 (a. 746)] scio (*Cassius Seuerus*) et Pollionem . . et Messalam . . et Passienum qui nunc primo loco stat minus bene audiri quam Cestium aut Latronem **C** III *pr.* 14. Passienus noster cum coepit dicere, secundum principium statim fuga fit, ad epilogum omnes reuertimur, media tantum quibus necesse est audiunt. miraris eundem non aeque bene declamare quam causas agere? *ib.* 10.11. Passienus uir eloquentissimus et temporis sui primus orator [cf. VII 1,20]. . . . Latroni adsentiri dicebat II 5,17. Craton cum commendaretur a Caesare Passieno nec curaret, interroganti quare non conplecteretur tanti uiri gratiam *superbe respondit* X 5,21. Pacatus . . . Passieno . . . obscenum nomen inposuit, declamatori subtili sed arido X *pr.* 11. *eius diuisiones* **C** II 5,17; VII 8,9. *colores* VII 1,20.22; 2, 12. *sententiae* VII 5,8; VIIII 3,7; X 3,4 [*non enim mihi persuasit N. Faber, qui duos apud Senecam Passienos distinxit, quamuis grauem huius sententiae nactus patronum Borghesium Opp.* V *p.* 159].

Pastor *u.* Aietius.

Paternvs *declamator ignobilis* **C** X *pr.* 13.

[*L. Aemilius*] Paullus Persen deuicit **C** VII 2.7.

Paullus *u.* Sabidiebius (?).

Pavsanias (?) *eius sententiae* **C** X 5,25.

Pedo *u.* Albinouanus.

Persae **S** 2,2; 5,6; **C** VIIII 1, 6. Persicus **S** 2,8; 5 *tit.* **C** VIIII 1,4.

Perses *Macedonum rex* **S** 6, 26; **C** VII 2,7.

Petreius Pompei legatus **S** 7,3. *moritur una cum Iuba* **S** 7,14.

Pharnaces uictus a Diuo Iulio **S** 2,22.

Pharsalica ruina **S** 6,3. Pharsaliae acies **S** 6,6; **C** V 1.

Phidias Iouis Olympii artifex **C** VIII 2; X 5,8.11. *Mineruam fecit* X 5,8. ab Eleis truncatus Athenas remittitur **C** VIII 2.

Philippus Macedonum rex **C** III 8; VII 3,4; X 5 *passim.* Ph. *tertius* **S** 6,26.

Phocion *paupertatis exemplum* **C** II 1,18.

[*L. Munatius*] Plancus, summus amator Latronis **C** I 8,15.

Platonis oratio pro Socrate scripta nec patrono nec reo digna est, iudice Cassio Seuero **C** III *pr.* 8.

L. Plotius primus omnium Latinus rhetor Romae fuit puero Cicerone **C** II *pr.* 5 [*cf. Suet. de rhet.* 2].

Plvtion **S** 1,11 [. . . Plutio nobilissimus artis rhetoricae

Graecus praeceptor habetur *Hieron. ad* a. Abr. 1984 (a 722)]. *eius sententia* S 1,11.
Polyxene C VIIII 5,17.
Polyzelus *Atheniensis* [*cf. Suid. s. u.* Ἱππίας] S 5,2.
Cn. Pompeius Magnus S 6,1. 12; 7,2.3.4; C I 8,12; V 1; VII 2,7; 3,9; 4,7; X 1,8. *homo nouus* C I 6,4. *occisus* S 6,6; C X 3,2.5. *eius bona* S 6,3; 7,5. Hortensius defenderat C VII 2,6.
Cn. Pompeius *filius* S 7,3. *eius stultitia* 1,6.
Sex. Pompeius *filius* S 6,11. 19. *eius stultitia* 6,14.
Pompeivs Silo sedens et facundus et literatus est, et haberetur disertus, si a praelocutione dimitteret; declamat tam male ut uidear (*sc. Cassius Seuerus*) belle optasse cum dixi 'numquam surgas' III *pr.* 11. Silo, homo qui iudicio censebatur VIIII 2,22. non suae infirmitatis sententiam dixit VII 2,11. efficaciter declamauit S 7,10. uenusto genere sententiarum usus est 5,7. *inprobat Triarii colorem* C II 3,21. *dissentit cum Latrone de colore* VII 8,10; VIIII 5,10. *eius praecepta* VIIII 6,16; X 2,11. *eius sententiae* S 1,2; 2,7; 5,7; 6,4; 7,5.11; C I 1,8; 2,5; 4,10; 5,2.3; 7,5.10; 8, 3; II 1,16; 3,3; 6,3; VII 1, 15; 2,4; 3,4; 7,16; VIIII 2, 5.22; 3,6; 4,4.7. *narrationes* C I 2,20; 3,6. *diuisiones* S 3,4; C I 2,15; 7,13; II 1,20. 21; 2,6; 3,15; VII 4,4; VIIII 1,11; 2,17.18; 6,14.15; X 2, 11; 3,11. *colores* C I 1,18; 3,12; 4,9; 7,15; 8,8; II 1, 30.32; 3,17.21; 6,10; IIII 6; VII 2,11; 6,18; 7,11; 8, 10.11; VIIII 5,10; 6,17; X 4,17; 5,18. [*an* Sex. Pompeius *cos.* 767 *cuius facundiam Ouidius et Valerius Maximus praedicant ?*]
Pomponius Atellanarum scriptor auctor uitii quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur C VII 3,9.
Popillius *Ciceronis interfector* S 6,20; C VII 2 *passim.* Popillium pauci ex historicis (*cf. Bruttedius Niger* S 6,20) tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque non patricidi reum a Cic. defensum sed in priuato iudicio C VII 2,8. Capitonis declamatio de Popillio quae misero Latroni subicitur C X *pr.* 12.
Porcellus grammaticus in uersu Cornelii Seueri soloecismum arguebat S 2,13.
M. Porcivs Latro *eius dicendi genus describitur* C I *pr.* 13—24. Hispanus I *pr.* 16; VIIII *pr.* 3. Senecae carissimus sodalis et a prima pueritia usque ad ultimum eius diem amicus I *pr.* 13. Senecae condiscipulus apud Marullum rhetorem I *pr.* 22. 24. cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquo suo diceret .... usque eo confusus est ut a soloecismo inciperet nec ante posset confirmari quam inpetrauit ut iudicium ex foro in basilicam transferretur VIIII *pr.* 3 [= *Quint.* X 5,18]. scholasticus II 3,13; VIIII *pr.* 3. Declamabat Caesare Augusto audiente M. Agrippae, et *offendit Augustum, notante Maecenate* (*a. u.* 737) II 4,12.13.

[M. Porcius Latro Latinus declamator taedio duplicis quartanae semet ipsum interficit *Hieron. ad* a. Abr. 2013 (a. 751)] in primum declamatorum tetradeum referendus X *pr.* 13. Pollio et Messala et Passienus minus bene audiuntur quam Cestius aut Latro III *pr.* 14. *eius imitatores* Sparsus X *pr.* 12; 5,26. Ouidius II 2,8. *ei adsentitur* Passienus II 5,17. *eius auditores* Arbronius Silo S 2,19. Florus C VIIII 2,23. Ouidius II 2,8. nulli alii contigit . . . quam apud Romanos Latroni ut discipuli non audiri desiderarent, sed contenti essent audire. Inde contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores uocabantur VIIII 2,23. in praefatione dixit, quod scolastici quasi carmen edidicerant II 2,18. [*cuminum bibentes* . . . ferunt Porci Latronis clari inter magistros dicendi adsectatores similitudinem coloris studiis contracti imitatos *Plin. Nat. H.* XX 160.] *eius aduersarii* Albucius X 1,14. Asinius Pollio II 3,13. Messala qui ei ingenium concessit, sermonem obiecit II 4,8. L. pro Pythodoro in Messalae orationem disertissimam recitauit aeque compositam et suasoriam de Theodoto declamauit per triduum II 4,8. Turrinus nonnumquam Latroni de colore controuersiam fecit X *pr.* 15. *L. non probat colores* Buteonis I 1,20; 6,10. Mentonis I 8,14. Nicetis I 8, 13. Silonis VII 8,10; VIIII 5,10. *item sententias* Marulli I *pr.* 22. Triarii VII 4,10. *quaestiones* Cestii I 5,9. *eius praecepta* I *pr.* 24; 1,25; II 6,10; IIII 3; VII 4,10. *sententiae* S 1,14; 2,4.19; 6,3; C I 1,1—3; 2,1; 3,1; 4,1.10. 12; 5,1; 6,1; 7,1.2.10; 8,1; II 1,1.17; 2,1; 3,1.18; 4,1. 5; 5,1; 6,1; 7,1—9; VII 1, 8.26; 2,1.14; 3,2.5; 5,6.12; 6,9; 7,7.8; 8,2; VIIII 1,6; 2,3.23.24; 4,3; 6,6.18; X 1, 6.14; 3,1; 4,1.21; 5,10.26; 6,1. *colores* I 1,16.21; 2,17; 4,7; 6,9—11; 7,16; 8,11.13 —15; II 1,27.30; 3,20; 4, 10; 5,18; 6,6; IIII 6; VII 1, 20; 2,10; 3,7; 4,6; 6,14.17; 7,13.15; 8,10; VIIII 1,12; 5,9.10; X 1,10. *diuisiones* S 6,8; C I 1,13—15; 2,13.14; 3,8; 4,6; 5,4—6; 6,8; 7,11; II 1,22; 2,5.6; 3,11.12.15; 4,7; 5,12.13—17; 6,5; VII 1, 16—18; 2,8.9; 4,3; 5,7; 6, 13; 7,10; 8,7.8; VIIII 1,9; 3,8.9; 4,9—11.13; 5,8; X 1, 9; 2,8; 3,7.8; 4,11—13. Latronianus color I 7,17.

Porcius Rusticus *Latro* . . . cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquo suo diceret C VIIII *pr.* 3.

Porsenna rex C VIII 4.

*Ποσειδῶν* C VII 1,25.

Postumius *u.* Accaus.

Potamon [*Lesbonactis f. Mitylenaeus . . . καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς Strab.* XIII *p.* 617. *ῥήτωρ, ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Τιβερίου Suid. s. u. Ποτάμων qui eius scripta recenset cf. id. s. u. Θεόδωρος. Π. δὲ οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ ἔτη ἐνενήκοντα Lucian. Macrob.* 23.] Potamon magnus declamator Mitylenis, qui eodem tempore uiguit quo

Lesbocles . . . . a funere filii contulit se in scholam et declamauit S 2,15.16.
Priamus S 3,1.2; C I 7,14; X 4,25.
Prometheus (*tabula Parrhasii*) C X 5,1.3.5.6.7.11.20.21.24.25.28.
Publilius *Syrus* C VII 3,8.9. Publilianae sententiae VII 2,14; 3,8; 4,8.
[*P. Clodius*] Pulcher *Catonem furti accusat* C X 1,8. [*Plut. Cat.* 45.]
Pylades *comoedus* C III *praef.* 10.
Pyrrhus *rex.* C I *praef.* 19; VII 2,7; V 2.
Pythodorus *reus Messalae?* C II 4,8.

Qvintilianvs senex quomodo declamauerit non ad rem pertinere puto C X *pr.* 2. [*Quint.* IX 3,73.] *eius sententia* C X 4,19.
Qvintilivs Varvs tunc Germanici gener et praetextatus declamauerat apud Cestium C I 3,10. [*Tacit. Ann.* IIII 66.]

Regulus captus C V 7.
Romani S 2,12; 6,8; C I *pr.* 19; 6,4; VIIII 4,5. R. declamatores II 6,12; VIIII 2,23; X 5,27. Romanus animus S 2,12. aures C I 8,7. ciues S 6,3; C IX 2,8. eques II *pr.* 5; 1,17; VIIII 2,10.11. facundia I *pr.* 6. forum II 4,11. gens X 4,3. imperium I 3,1; VIIII 2,6. nomen S 6,19. populus 6,4.5.10; 7,4.6.10; C I *pr.* 11; 1,22; 8,12; VIIII 2,3.11.13.15.19.24; X *pr.* 2. sanguis S 6,6. urbs C II 1,7. tragicus VII 3,8.
Romanivs Hispo erat natura qui asperiorem dicendi uiam sequeretur C VIIII 3,11. maligne et accusatorie dixit C II 5,20. [R. H. qui formam uitae iniit, quam postea celebrem miseriae temporum et audaciae hominum fecerunt. nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis saeuitiae principis adrepit, mox clarissimo cuique periculum facessit, potentiam apud unum, odium apud omnis adeptus . . *Tacit. Ann.* I 74 (a. 768.)] *eius sententiae* C I 1,10; 2,6; 3,6; 7,6; 8,3; II 1,15; 2,2; 3,18.21; 4,5; 5,5; 6,13; VII 4,10 (?); 6,21; VIIII 2,4; X 5,23. *colores* I 6,9; II 2,7; 4,9; 5,20; IIII 6; VII 2,13; 7,12.14; 8,11; VIIII 1,15; 3,11; X 1,13; 5,19. *diuisiones* I 2,16; 7,11; VII 4,4; VIIII 1,11. [*Quint.* VI 3,100.]
Romulus C VII 2,6.
Rufus *u.* Vibius.
Rusticus *u.* Porcius.

Sabinae C I 5,3.
Sabidiebivs (?) Pavlvs inepte, qui induxit Cicéronem cum maxime pro Popillio orationem legentem C VIII 2,14; [*an* Sabidius ? *cogitaui quoque de* Sabirio Pollione.]
Sabinus *u.* Asilius. Clodius. Gauius. Iulius.
Saguntini C VIIII 4,5.
Salamis S 5,1.2.
Sallvstivs . . laudatio . . in paucissimis personis usurpata a Sallustio. S 6,21. breuitate Thucydidem uicit C VIIII 1,13. T. Liuius . . iniquus Sallustio VIIII 1,14. orationes Sallusti in honorem historiarum leguntur III *pr.* 8.

Sallustiana sententia C VIIII 1,13.
Samnites C II 1,8.
Saturninus *u.* Furius.
Saturnus *sidus* S 4,2.
[*L. Decidius*] Saxa S 7,3.
[M. AEMILIVS] SCAVRVS MAMERCVS [cos. suff. 774 (?) *C. I. L.* IV 1553. † 787 *Tacit. Ann.* VI 29. *Cass. Dio* LVIII 24. *cf. Tacit. Ann.* I 13; III 23. 31. 66; VI 9.] *iudicium de eius actione et genere dicendi* C X *pr.* 2—4. non noui quemquam cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. dicebat neglegenter .... nihil erat illo uenustius, nihil paratius: genus dicendi antiquum uerborum quoque non uulgarium grauitas, ipse uultus habitusque corporis mire ad auctoritatem oratoriam aptatus ... pleraeque actiones malae ... eo illum longa immo perpetua desidia perduxerat, ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem edidit, quae deinde ex S. C. combustae sunt .... sed extant libelli .... multo quidem solutiores ipsis actionibus declamantem audiuimus et nouissume quidem M'. Lepido C X *pr.* 2—4. non tantum disertissimus homo sed uenustissimus I 2,22 Tuscus qui Scaurum Mam. in quo Scaurorum familia extincta est maiestatis reum fecerat S 2,22. *Scauri iudicia de* Ouidio C VIIII 5, 17. *de Latrone* X 1,9. *facete dicta* I 2,22; II 1,39; VIIII 5,17; X 1,9. *eius sententia* X 2,19.
[*P. Cornelius*] Scipio [*Africanus maior*] C V 2; VII 2,7.
[*L. Cornelius*] Scipio [*Asiaticus*] C VII 2,7.
[*P. Cornelius*] Scipio Aemilianus C I 8,12; X 2,5.
P. [*Cornelius*] Scipio *Nasica sese interfecit* S 6,2; 7,7.
Scipiones S 7,8; C II 1,17.
Scylla S 1,13.
Seianus Attalum Stoicum persecutus est S 2,12.
Seianiani (?) locupletes in carcere C VIIII 4,21.
SENECA fuit cuius nomen ad uos potuit peruenisse, ingenii confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere adeo, ut nouissime morbo huius rei et teneretur et rideretur ... et uocari coepit Seneca Grandio S 2,17; *eius sententia ibid.*
*Annaeus* Seneca *pater. discipulus* Marulli C I *pr.* 22; (cf. I *pr.* 2; II 2,7; VII 2. 11) omnes magni in eloquentia nominis audiit, excepto Cicerone, *quod* bellorum ciuilium furor ... intra coloniam *eum* continuit C I *pr.* 11; Seneca iuuenis S 2,10; *eius* senectus C I *pr.* 1,2; memoria *ib.* 2,3; de aequalibus iudicium *ib.* 6—9; amicus Latronis *ib.* 13, 22. *familiaris* Cassii Seueri C III *pr.* 1; VII 3,8 Gallionis S 3,9; Messallae S 3,6; 6,27 (?) Osci C VII 3,8; Votieni C IX *pr.* 1; Albucium non frequenter audiit VII *pr.* 1; Fabianum tanto minorem natu quam ipse erat audiebat quotiens inciderat II *pr.* 5.
*Annaeus* Mela. *eius* animus a ciuilibus officiis abhorrens et ab omni ambitu auersus [*cf. Tac. Ann.* XVI 17] philosophiae tantum deditus C II *pr.* 3,4; Musae rhetoris fautor X *pr.* 9.

*Annaeus* Nouatus filius C I *pr.* 1; II *pr.* 1,4; III *pr.* 1; IV *pr.* 1; VII *pr.* 1; IX *pr.* 1; X *pr.* 1.
*L. Annaeus* Seneca *filius* C I *pr.* 1; II *pr.* 1,4; III *pr.* 1; IV *pr.* 1; VII *pr.* 1; IX *pr.* 1; X *pr.* 1.
SENIANVS ex stultorum nota protulit sententiam quam Vinicius solebat deridere (VII 5,9.10 *eius ineptae sententiae castigantur* V 2; VII 5,9.10; VIIII 2,29. *laudatur* S 2,18.
SEPVLLIVS BASSVS *laudatur* C VII 5,8. *eius sententiae* VII 1,16; 2,1; 5,3.9; 6,12. *colores* VII 1,23; 7,17.
Sertorius a Pompeio uictus C VII 2,7.
Seruius Tullius rex serua natus C I 6,4; III 9; VII 6,18.
Sextilius Ena municeps noster fuit homo ingeniosus magis, quam eruditus, inaequalis poeta et plane quibusdam locis talis quales Cicero Cordubenses poetas ait ... is proscriptionem *Ciceronis* recitaturus in domo Messalae Pollionem Asinium aduocauerat ... *eius uersum imitatus est Cornelius Seuerus* S 6,27.
Sextius *philosophus*, *magister* Papirii Fabiani C II *pr.* 5.
Sicilia S 6,11.
Silo *u.* Arbronius. Gauius. Pompeius.
Σιμόεις S 1,11.
Sisenna prouocauerat Hortensium de memoria C I *pr.* 19.
Socrates *a Platone defensus* C III *pr.* 8.
*C.* Sosius ... Coruus cum temptaret scholam Romae Sosio illi qui Iudaeos subegerat declamauit controuersiam S 2, 21. [*Tac. Hist.* V 9.]
Sparsus *u.* Fuluius.
Sparta S 2,5.6.7.8. ibi muros habet ubi uiros 2,3.
Spartani S 2,7.16.
Spartacus uictus a Crasso C VII 2,7.
Spyridion *u.* Glycon.
STATORIVS VICTOR municeps meus, cuius fabulis memoria dignissimis aliquis delectetur S 2, 18. *eius* sententia stulta decentissimi generis *ib.*
Stertinius Maximus cuius comes per XII annos Syriacus Vallius fuerat C II 1,36.
Stygiae umbrae S 6,26.
Sulla in S. clementia desideratur C II 4,4; VIIII 2,19. Syllana ciuilis sanguinis sitis S 6,3. Syllana potentia 7,2.
SVRDINVS ingeniosus adulescens, a quo Graecae fabulae eleganter in sermonem latinum conuersae sunt, solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen praedulces et infractas S 7,12. Cestii discipulus *ib.* *eius eleganter dictum de Votieno* C VII 5,11.
Syphax S 6,26.
Syria C IIII *pr.* 5.
Syriacus *u.* Vallius.

Tarpeium *saxum* C I 3,6.
Tarquinii C III 9.
Tarraconensis colonia C X *pr.* 14.
Taygetum nemus S 2,5.
Thebae sacris inclitae S 2,5.
THEODORVS *Gadareus* cui non semper narrari placet C II 1,36. *eius discipuli* Tiberius Caesar S 3,7, Vallius Syriacus C II 1,36. [Theodorus Gadareus qui se dici maluit Rhodium: quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius

Caesar ... plura scripsit Theodorus (*cf. Suidas u.* Θεόδωρος) cuius auditorem Hermagoran sunt qui uiderint *Quint.* III 1,17.18. Theodorus . . . nobilissimus artis rhetoricae Graecus praeceptor habetur *Hieron. ad* a. Abr. 1984 (a. 722) ἐκ Γαδάρων . . . Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ *Strab.* XVI *p.* 759. *eius praecepta Quint.* II 15,16.21; III 6,2. 36.51; 11,3; IIII 1,23; V 13,59. *Anon. ap. Speng.* I *p.* 434,25; 440,1; 443,19. *Demetr. de eloc.* 237. *Theon. prog.* 12 *in.*

Theodoreus Tiberius ipse Theodoreus S 3,7 [*Strab.* XIII *p.* 625. *Quint.* II 11,2; III 1, 18; 3,8; 11,27; IV 2,32.

Theodotus *Samius.* [Θ. ὁ ῥήτωρ, διδάσκαλος ὢν τοῦ παιδὸς (*Ptolemaei*), ἀθέμιστον εἰσηγεῖτο ἔργον, ἐνεδρεῦσαι καὶ κτεῖναι Πομπήιον *App. B. ciu.* II 84. Θεόδοτον δὲ διαδράντα Κάσσιος ὕστερον ἐκρέμασεν εὑρὼν ἐν Ἀσίᾳ *App. B. ciu.* II 90. solent in scholis fingi materiae ad deliberandum similiores controuersiis . . . ut cum apud C. Caesarem consultatio de poena Theodoti ponitur *Quint.* III 8,55 sq.] Latro . . . suasoriam de Theodoto declamauit per triduum C II 4,8.

Thermopylae S 2,5.7.8.18.20.

Thraces C VI 5.

Threx C III *pr.* 16.

Thucydides magnis uiris laudationem funebrem semel aut iterum reddit S 6,21. praecipue in eo uirtus breuitas C VIIII 1,13. eius sententia (*immo Demosthenis*) a Sallustio translata VIIII 1,13.

Thyesteus mos furoris C I 1,21.

Tiberius *u.* Caesar.

Timagenes *Craton* saepe solebat apud Caesarem cum Timagene confligere, homine acidae linguae et qui nimis liber erat . . . ex captiuo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario usque in intimam amicitiam Caesaris felix, usque eo utramque fortunam contempsit . . . ut cum illi multis de causis iratus Caesar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarum . . . disertus homo et dicax, a quo multa inprobe sed uenuste dicta X 5,22.

Triarius compositione uerborum belle cadentium multos scolasticos delectabat, omnes decipiebat C VII 4,10. Cestius, *quem imitatur* (VIIII 6,11), *eius aduersarius* I 3,9: 6,11; VIIII 6,11; *eum uituperant* Pollio II 3,19; *et* Latro VII 4,10; corrupit sententiam Glyconis X 5,20; dum sententiam uirilem captat, inepte dixit I 6,11; ineptum introduxit colorem VIIII 2, 20. *Eius sententiae* S 5,7; 6, 5; 7,6; C I 3,9; 4,2; 5,2.9; 7,17; II 1,15; 5,8; VII 1,8; 2,4; 4,1; 5,1.2.6; 6,10; VIIII 2,12.21; 3,14; 4,1; 6,8.9; X 3,6; 4,4; 5,5.20.24.

*colores* C I 1,18; 2,21; 3,12; 6, 11; II 3,19.21; VII 1,25; 6, 23; VIIII 2,20; 4,15; 6,11. 17.19; X 2,18.

Triptolemus C X 5,28.

Troia S 2,20; 3,1; C X 6,2.

*Τρῳάδες* C X 5,24.

**Turdus** inter infames maxime et inuisos homines, *comes Oppii Flammae proc. Cretae* C VIIII 4,19.20.

**Turrinus** *u.* Clodius.

**Tusculanum** *Ciceronis* S 6,17.

**Tvscvs** [Seruilius? Cornelius? *Tac. Ann.* VI 29] ille qui Scaurum Mamercum .. maiestatis reum fecerat, homo quam inprobi animi tam infelicis ingenii *ut* historicus fatuus *uituperatur* S 2,22.

**Valerius** *u.* Messala.

**Vallivs Syriacvs** homo disertus C II 1,34; VIIII 4,18; praeceptorem habuit **Theodorum** II 1,36; in heredem adulteri ream calumniam iurauerat *contra* Iunium Othonem *et* Bruttedium Nigrum II. 1, 34—36; contra Stertinium Maximum a quo premebatur cum comes eius fuisset per XV annos *acerbe dictum* II 1,36; uidebatur calumniam laturus, derisus a Iulio Sabino VIIII 4,18.

*eius sententiae* C I,11; II 6,13; VII 6,11; *color.* X 1,21: [Συριακὸς δ᾽οὔτ᾽ ἀδικήσας τι οὔτ᾽ αἰτιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμος ὢν ἐσφάγη διὰ τοῦτο μόνον ὅτι φίλον αὐτὸν τοῦ Γάλλου (*Asinii*) ὁ Τιβέριος εἶπεν εἶναι (*a.* 784) *Cass. Dio.* LVIII 3].

**Varivs Geminvs** [sublimis orator pulcre dixit *Seneca ap. Hieron. adv. Iouinian.* I 15. acerbe dixit P. Vinicium tria uerba iungere non posse *Sen. epp.* 40,9]. *Caesari eleganter blanditur* VI 8; *laudatus a* Cassio Seuero S 6,11; *inpugnatus a* Cestio C IIII 8; VII 8,10; dixit scurrilia, ut illi mos erat S 6,12.

*eius sententiae* C VII 1,26; 2,9; 3,2.4; 4,2; 5,6.8; 6,10.23; 7,6; 8,5; VIIII 5,14; *colores* IV 8; VII 1,23; 2,13; 6,15.16.17; 7,11.16.18; 8,10. *diuisiones* S 6,11—14; C VII 1,18.19; 4,5; 8,9.

**Varro** *Atacinus*, optimos eius uersus in melius expressit **Vergilius**, correxit **Ouidius** C VII 1,28.

**Varus** *u.* Quintilius.

*A.* **Vatinius** *Ciceronis inimicus* S 6,13; *Calui reus* C VII 4,6.

**Ventidii** S 7.3.

**Venus** *sidus* S 4,2.

**Vergilius** quomodo tumida ad sanitatem reduxerit S 1,12; *Varronem Atacinum expressit* C VII 1,28; *eius imitatores* Arellius Fuscus S 3,4.5; Iulius Montanus C VII 1,27; Ouidius S 3,7; *de eo iudicia* Maecenatis S 1,12; 2,20; Messalae S 2,20; eum felicitas ingenii in oratione soluta reliquit C III *pr.* 8.

*eius uersus laudantur:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ecl. | III | 59 ? | S 3,5. |
| Georg. | I | 427 *sqq.* | S 3,5. |
| | I | 432 | S 3,5. |
| Aen. | II | 40 | C VII 5,9. |
| | | 553 | S 4,5. |
| | IV | 379 | S 4,4. |
| | VIII | 26 *sqq.* | C VII 1,27. |
| | | 691 | S 1,12. |
| | X | 128 | S 1,12. |
| | XI | 288 *sqq.* | S 2,20. |

**Vergiliana** descriptio S 3,5.

**Verginia** C I 5,3.

**Verginii** C VIIII 1,11.

G. **Verres** proscriptus fortiter periit S 6,3.24; Cicero Verri adfuit 6,13; amici Verris C VII 2,4; orationes in Verrem S 2,19.

Vesta C I 3,4.6; IIII 2; VI 8; VII 2,7.

Vestalis virgo C VI 8.

VIBIVS GALLVS fuit tam magnae olim eloquentiae quam postea insaniae, cui hoc accidisse uni scio ut ad insaniam . . . iudicio perueniret; nam . . . dum lenocinium ingeni furorem putat, quod toties simulabat ad verum redegit. Hic controuersiam postero die quam erat a Fabiano dicta declamauit C II 1,26; *eius sententiae* I 1,10; 4,5; II 1,9; 6, 3; VII 5,3.13; 8,5; VIIII 1, 4; 2,23; 6,2; X 1,1; 4,3; *narratio* I 3,6; *color* II 1,26; VIIII 2,21.

VIBIVS RVFVS erat qui antiquo genere diceret C VIIII 2,25; *eius sententias* recepit Asinius VIIII 2,25; laudabat Votienus VIIII 2,19; obiurgavit Cestius VIIII 6,13; sordide dixit I 2, 21; subtiliter dixit I 5,9; eodem colore egit quo Mento I 8,14; *eius sententiae* C I 1, 12; 2,23; 4,10.11.12; 7,10; II 1,2; 3,8; VII 3,4; VIIII 2,2.25; 3,7; 5,3; 6,13; X 6, 2; *color* I 2,21; 8,14; II 1, 28; 3,18; 6,10; VIII 2,19; X 1,12.

Victor *u.* Statorius.

L. VINICIVS pater [*cf. Nipperd. ad. Tac. Ann.* III 11]. Fabiani colorem ualde probabat . . . hic est L. Vinicius quo nemo ciuis Romanus in agendis causis praesentius habuit ingenium: quidquid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi dabat; ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit Diuus Augustus: 'L. Vinicius ingenium in numerato habet' C II 5,19. 20; [cos. 721 ?].

P. VINICIVS exactissimi uir ingenii, qui nec dicere res ineptas nec ferre poterat C VII 5,10; summus amator Ouidii X 4,25; iniquus Montano accusauerat illum apud Caesarem a colonia Narbonensi rogatus VII 5,11; pulcre dixit et non noue: sumpsit ab omnibus bene dicta I 4, 11; deridebat sententias Seniani et Montani VII 5,10; *eius sententiae* I 2,3; 4,11; VII 6,11. [Cum quaereretur quomodo P. Vinicius diceret, Arellius ait: 'tractim' . nam Geminus Varius ait 'quomodo istum disertum dicatis nescio: tria uerba non potest iungere' *Sen. Epp.* 40,9; Piso . . . P. Vinicium patronum petiit *Tac. Ann.* III 11 (*a.* 773). *cos.* 755.]

M. Vipsanius Agrippa . . . Latro audiente Caesare Augusto Agrippae declamauit et excidit C II 4,12. Tanta sub Diuo Augusto libertas fuit ut praepotenti tunc M. Agrippae non defuerint qui ignobilitatem exprobrarent *ib.* 13.

VIPSANIVS ATTICVS discipulus Apollodori C II 5,11. [*Agrippae et Pomponiae filius* ?].

VOTIENVS MONTANVS pro Galla Numisia apud centumuiros tirocinium posuit VIIII 5,15; eum accusauerat apud Caesarem P. Vinicius a colonia Narbonensi rogatus C VII 5,11; [de Votieno Montano celebris ingenii uiro cognitio . . ob contumelias in Caesarem dictas . . . Et Votienus maiestatis poenis adfectus est *Tac-*

*Ann.* IV 42 (a. 778). Votienus Montanus Narbonensis orator in Balearibus insulis moritur, illuc a Tiberio relegatus *Hieron. ad* a. Abr. 2043 (*a.* 781)]. adeo numquam ostentationis declamauit causa, ut ne exercitationis quidem declamauerit C VIIII *pr.* 1; *cur id faciat* exponit *ib.* 1—5. homo rarissumi etiamsi non emendatissimi ingenii VIIII 5,15. habet hoc M. uitium: sententias suas repetendo corrumpit ... et propter hoc Scaurus solebat Montanum inter oratores Ouidium uocare VIIII 5,17; edidit orationem pro Galla Numisia VIIII 5,16; in scriptis Marcelli Marcii amici frequenter mentionem facit tamquam hominis diserti VIIII 6,18 (*cf.* VIIII 5,14) = P. Vinicius deridebat sententiam in oratione dictam a Montano VII 5,10.11. toto animo scholasticus erat VII 5,11; Latronem unicum declamatoriae uirtutis exemplum uocat VIIII *pr.* 3; *iudicium de* Vibio Rufo VIIII 2,19; Sparso X 4.23. *eius sententiae* VIIII 1,3; 2,11. 22; 3,5; 4,5.15.17; 5,3.16; 6,3.19; X 2,16; *colores* VIIII 1,12; 2,19; 3,10; 4,14; X 2, 12; *diuisiones* VIIII 1,10; 2, 13—16; 4,11; 5,6; 6,10; Montaniana *in Ouidio* VIIII 5,17.

Xerxes S 2 *passim*; 5 *passim*.

Ζεὺς S 1,7.
Zeuxis pinxit puerum uuam tenentem C X 5,27.28.

# BIBLIOTHECA GRAECA

CURANTIBUS

## FR. JACOBS ET VAL. CH. FR. ROST.

| | | ℳ︎ | Ngr. |
|---|---|---|---|
| **Aeschinis** oratio in Ctesiphontem, notis instr. I. H. BREMI. 8. mai. 1826 | | — | 7½ |
| **Aeschyli** Agamemno, illustr. R. H. KLAUSEN. Ed. II. ed. R. ENGER 8. mai. 1863 | | 1 | 7½ |
| —— Choephorae, illustr. R. H. KLAUSEN. 8. mai. 1835 | | — | 22½ |
| **Anacreontis** carmina, **Sapphus** et **Erinnae** fragmenta, annotatt. illustr. E. A. MOEBIUS. 8. mai. 1826 | | — | 6 |
| **Aristophanis** Nubes. Ed. illustr. praef. est W. S. TEUFFEL. Ed. II. 8. mai. 1863 | | — | 12 |
| **Delectus epigrammatum Graecorum,** novo ordine conc. et comment. instr. FR. JACOBS. 8. mai. 1826 | | — | 18 |
| **Demosthenis** conciones, rec. et explic. H. SAUPPE. Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II. 8. mai. 1845 | | — | 10 |
| **Euripidis** tragoediae, ed. PFLUGK et KLOTZ. Vol. I, II et III. Sect. I—III. | | 4 | 27 |

Einzeln:
Medea. Ed. II. 15 ngr — Hecuba. Ed. II. 12 ngr — Andromacha. Ed. II. 12 ngr — Heraclidae. Ed. II. 12 ngr — Helena. Ed. II. 12 ngr — Alcestis. Ed. II. 12 ngr — Hercules furens. 18 ngr — Phoenissae. 18 ngr — Orestes. 12 ngr — Iphigenia Taurica 12 ngr — Iphigenia quae est Aulide. 12 ngr

| | | |
|---|---|---|
| **Hesiodi** carmina, recens. et illustr. C. GOETTLING. Ed. II. 8. mai. 1843 | 1 | — |

Einzeln:
Theogonia. 7½ ngr — Scutum Herculis. 5 ngr — Opera et dies. 10 ngr — Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi. 15 ngr

| | | |
|---|---|---|
| **Homeri** Ilias, varietat. lect. adi. SPITZNER. Sect. I—IV. 8. mai. 1832—36 | 1 | 15 |

Einzeln:
Sect. I. lib. 1—6. 9 ngr — Sect. II. lib. 7—12. 9 ngr — Sect. III. lib. 13—18. 13½ ngr — Sect. IV. lib. 19—24. 13½ ngr

Die einzige Ausgabe der Ilias, welche den kritischen Apparat vollständig enthält.

| | | |
|---|---|---|
| **Lysiae et Aeschinis** orationes selectae, ed I. H. BREMI. 8. mai. 1826 | — | 15 |
| **Lysiae** orationes selectae, ed. I. H. BREMI. 8. mai. 1826 | — | 9 |
| **Pindari** carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. L. DISSEN. Ed. II. cur. G. SCHNEIDEWIN. Vol. I. 1843 | 1 | 9 |
| —— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 15 ngr) | 1 | — |
| **Platonis** opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit G. STALLBAUM. 10 Voll. (21 Sectiones). 8. mai. 1836—65., compl. | 21 | 15 |

Thlr Ngr

Platonis opera omnia. Einzeln:
Apologia Socratis et Crito. Ed. IV. 1858. 24 Ngr — Phaedo. Ed. IV. 1866. 27 Ngr — Symposium c. ind. Ed. III. 1852. 22½ Ngr — Gorgias. Ed. III. 1861. 24 Ngr Protagoras. Ed. III. c. ind. 1865. 18 Ngr — Politia sive de republica libri decem. 2 Voll. Ed. II. 2 Thlr 15 Ngr Einzeln: Vol. I. Lib. I—V. 1858. 1 Thlr 12 Ngr, Vol. II. Lib. VI—X. 1859. 1 Thlr 3 Ngr — Phaedrus. Ed. II. 1857. 24 Ngr — Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857. 27 Ngr — Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857. 27 Ngr — Cratylus cum ind. 1835. 27 Ngr — Euthydemus. 1836. 21 Ngr — Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae et Hipparchus. 1836. 1 Thlr 12 Ngr — Timaeus et Critias. 1838. 1 Thlr 24 Ngr — Theaetetus. 1839. 1 Thlr — Sophista. 1840. 27 Ngr — Politicus et incerti auctoris Minos. 1841. 27 Ngr — Philebus. 1842. 27 Ngr — Leges. Vol. I. Lib. I—IV. 1858. 1 Thlr 6 Ngr, Vol. II. Lib. V—VIII. 1859. 1 Thlr 6 Ngr, Vol. III. Lib. IX—XII. — Epinomis. 1860. 1 Thlr 6 Ngr

**Sophoclis** tragoediae, rec. et explan. E. Wunderus. 2 Voll. 8. mai. 1847—57 . . . . . . . . . . . . . . . 3 —
Einzeln:
Philoctetes. Ed. III. 12 Ngr — Oedipus tyrannus. Ed. IV. 12 Ngr — Oedipus Coloneus. Ed. III. 18 Ngr — Antigona. Ed. IV. 12 Ngr — Electra. Ed. III. 12 Ngr — Aiax. Ed. III. 12 Ngr — Trachiniae. Ed. II. 12 Ngr

**Thucydidis** de bello Peloponesiaco libri VIII, explan. E. F. Poppo 4 Voll. 8. mai. 1856—66 . . . . . . . . 4 —
Einzeln:
Lib. I. Ed. II. 1 Thlr — Lib. II. Ed. II. 22½ Ngr — Lib. III. 18 Ngr — Lib. IV. 15 Ngr — Lib. V. 15 Ngr — Lib. VI. 18 Ngr — Lib. VII. 15 Ngr — Lib. VIII. 15 Ngr — Indices et de historia Thucydidea commentatio. 20 Ngr

**Xenophontis** Cyropaedia, comment. instr. F. A. Bornemann. 8. mai. 1838 . . . . . . . . . . . . . . . . — 15
—— Memorabilia (Commentarii), illustr. R. Kühner. 8. mai. 1858. Ed. II. . . . . . . . . . . . . . . . . — 27
—— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. R. Kühner. 1852. 1 6
Einzeln à 18 Ngr:
Sect. I. Lib. I—IV. Sect. II. Lib. V—VIII.
—— Oeconomicus, rec. et explan. L. Breitenbach. 8 mai. 1841. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . — 15
—— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843 . . . . . — 12
—— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844. . . . . . . . . — 7
—— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853. — 12
—— —— Sect. II. (lib. III—VII.) ex ead. rec. 8. mai. 1863. 1 18

BINDING DEPT. JUL [illegible] 1969

PA 6659 A2 1872

Seneca, Lucius Annaeus
Oratorum et rhetorum sententiae divisione colores

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY